Ebionitę, Iudaici erroris heredes, mille annorum delitias præstolantur, 4.tom.498.d. cæteros apostolos recipiunt, Paulum vt legis trãsgressorem reiiciunt, & repudiant, 6.to.44.f. Nazaræorum vtuntur euangelio, 6.to.46.d. Ebionitarum error, & peruersa interpretatio confutatur, 6. tomo. 271. c.
Ebrietas euertit animi vigorem, 5.tom.14.e.
ebrietas cordis deum ostendẽs, tenebrarum est, & non lucis: propterea quicunque inebriatur, nocte inebriatur, 4.to.778.e. Ebrietas aufert cor, 5. to.105.a. ebrietas statum mentis euertit, & homines vigilare non patitur, 4.tom.197.a. ebrietas ad libidinem prouocat, 8.to.244.f. ebrietate qui vincitur, regnare non potest, 6.to.342.e. ebrietas tollit regnum dei, 4.tom.155.a. ebrietas quot & quantas suggerit insanias, 6.tom.446.d.e. ebrietati iuncta semper est luxuria, 6.tom.342.f. ebrietas sacerdotum & apostolorum comprobatur, 4. to.655.c. ebrietas non solùm ex vino, sed & ex cæteris bibendi generibus, quæ vario modo confíciuntur, accidere potest, 6.to.342.f. ebrietas nõ solùm ostenditur in vini potione, sed & in negotiis sæcularibus malis, & fraudulentis, 4.to.1063.b.
ebrietatis ex effectis descriptio, 4. tom.47.b.
ebrietas in bonam partem accepta, 4.tom. 659.c.
pro omnium rerum copia, 5.to.175.b. ebrietas fœlix, quæ, 6.tom.189.b. allegoricè expositа, 5.to. 181.b.
Ebriosi regnum dei non possidebunt, 6.to.342.e.
Ebrius quisque, quod patitur, nescit, 4. tom. 701.a.
Ebur, quòd candidum sit, & nitidum, splendoré eloquentiæ monstrat, 4.to.918.f.
Eboris natura, & mysterium, 7.to.142.d.
Ebur vnde nascitur, & ex quo fit, 4.tom.716.f.
Eburneæ domus, domus dentis, seu elephantis in Hebræo, 5.to.232.e. eburneam domum Achab sibi struxit, 5.tom.232.e. eburneæ domus, id est, amplæ, propter magnitudinem elephãtorum: ampla est enim via, quæ ducit ad perditionem, 7.tom. 142.d.
Ἐκβρασμὸς, & ἐκβράσματα, 5.to.399.f.
Ecclesia Latinè congregatio appellatur, 8. tom. 264.d. 5.tom.186.f. ecclesia, sanctorum omnium congregatio, columna, & firmamentum veritatis, 8.to.72.e. ecclesia ex pluribus personis congregatur, & tamen vna dicitur, propter vnitatem fidei, 7.tom.76.e. ecclesia Christi non est in alia, nisi anima credentium in Christum, 7.tom.260.e.
ecclesia est vna, & vnus Christus sponsus ecclesiæ, 7.to.195.c. ecclesiæ multæ, est vna ecclesia, 7. to.40.d. ecclesiæ propter vnitatem dicitur vna, 7.tom.178.d. ecclesia duplex dici potest, 6. tom. 272. d. cur septiformis, 6. tomo. 182.e.f.
ecclesia ibi, est vbi vera est fides, 7.tom.388.e.
ecclesia, templum dei, 7.to.39.a. tabernaculum dei, 7.tom.45.c. cœnaculum est gratiæ dei, 6. to. 188.f. regnum dei, quæ regitur à deo, & ipsa regit homines, &c.6.tom.161.c. ecclesia est cœtus omnium sanctorum, 8.tom.299.c. sons domini, 5.to.149.b. flos campi, & lilium conuallium, quæ non habet rugam, neque maculam, 5.tom.175.a.
ecclesiæ refugium in Christo, & Christi refugiũ in patre, 7.to.54.e. ecclesia, cor Christi, 7.to.71.a. gloria Christi, 7.tom.88.f. corona dei, 7.tom. 67.b. oliua fructifera, 7.tom.159.c. ecclesia cur dicitur speculatio, 7.to.34.f. mons dei sanctus, 4.to.91.b. mater nostra, 4.to.821.c. ecclesia catholica cur mulier fortis appelletur, 8.to. 270.f.
ecclesia terra dicitur, 7.tom.145.c. est ciuitas dei, quæ super montem posita, non absconditur, 7. to.144.d. ecclesia, ciuitas munita, quia est per fidem munita, 7.to.177.b. ciuitas magni regis, 7. to.147.c. ecclesia per fidem est Christi filia, 7.to. 142.e. regina circundata varietate, 7.tom.142.e.
caro Christi, 8.to.38.e. domus orationis, 4.to. 400.d. domus Christi, 4.tom.614.e.7.tom.392.e. 82.d. domus dei, columna & firmamentum veritatis, 5.to.537.a. dei sedes, 7.tom.34.e.& 141.b.
hereditas Christi, 7.tom.88.d. ecclesia quomodo dicitur mater & filia hominis Christiani, 8. to. 38.e. ex gentibus venit, 7.to.33.c. ecclesia prophetarum & apostolorum testimoniis congregata, 7.tom.79.c. ecclesia prima ex Iudæis & Apostolis congregata, 5. tom. 33. b. de scopulis maris collecta, 6. tomo. 194. d. ecclesiæ ædificandæ typus. 4.tom.28.e. ecclesia Christi prima de Iudæorum populo congregata, 4.tom.310.f. ecclesia priorem populum supplantauit, 4.tom.77. b.
ecclesia Christi non de Academia & Lyceo, sed de vili plebecula est congregata, 6.tom. 328.c.
de ecclesia & Christo omnis credentium multitudo generata, 6.tom.425.a. ecclesia gentibus diuersis congregata, 6.tom.56. d.e. ex vtroque populo congregata, 4.tom.383.c. ecclesia miratur, de circuncisionis primùm populo congregata, ad se volare gentium turbam toto orbe terrarum, 4. tom.439.a.b. ecclesiam de suo latere fabricatus est Iesus, 6.tom.435.b. ecclesiam Christus resurrectionis suæ virtute acquisiuit, 7.tom.231.c. ecclesiam nouam instituit deus per baptismum, 7.to. 101.c. ecclesia in virtutum culmine constituta, 4. tom.109.a. ecclesia non parietibus consistit, sed dogmatum veritate, 7.tom.388.e. ecclesia super montem fundata, 4.to.15.a. supra petram fundata, 6.to.in epistol. ecclesiarum fundamenta, prophetæ & apostoli, 7.tom.57.b.& 300.d. ecclesia super apostolos & prophetas ædificata, 6.to.308.f. 309. ecclesiæ columnæ D. Petrus, Iacobus, & Ioãnes, 6.tom.286.e. ecclesia, institutione apostolica fundata, 7.tom.143.a. ædificata in passione domini & resurrectione, & quotidie ædificatur ab eo, qui nouit mensuras, & merita singulorum, 5.tom. 530.f.& 531.a. ecclesiæ columnæ, quæ sint, 8.tom. 72.e. ecclesiam Christus enutriuit, quando nostram suscepit carnem, 7.to.94.e. ecclesiam suscepit Christus, quando carnis assumpsit humanitatem, 7.tom.91.a. ecclesia in latere Christi ponitur, 6.tom.425.a. in ecclesia est speculatio & intuitus dei, 4.tom.653.b. dei misericordia est plena, 7.to.102. ecclesiæ sparsæ per totum mundũ, vites dici possunt, 8.to.381.c. ecclesiæ & synagogæ differẽtia, 8.to.186.d. ecclesiæ virtus, est Christus, 7.to.54.e. ecclesiæ virtutes sunt fides, spes, & charitas, 7.to.42.f. ecclesiæ caput est in cælo, & in terra eius membra, 7. tom.271.c. ecclesiæ vota, opera bona, 7.tom.73.a. ecclesiæ Romanæ datus est Christus, 6.tom.165.c. ecclesia Romana, mater nostra, 6.to.169.a. ecclesia sibi non viuit, viuit autem Christus in ea, 7.to.73.b. ecclesia adhæret Christo, quia Christus non fecit peccatum, 7. to.58.d. ecclesia per iustitiam adhæsit Christo, & eius membra in eodem corpore continentur, 7.to. 80.f. ecclesiam suam benedixit Christus, 7.tom. 140.f. ecclesia quotidie sitit Christum, 7.to.181.c.
ecclesia in obscuritatibus sæculi lucet, 7. tom. 214.d. ecclesia in totum mundum diffusa, 7.tom. 178.c. ecclesia, ciuitas muro fidei cincta, 6.tom. 188.e. ecclesiæ vnitas per Christi tunicam significata, 7.to.72.d. in ecclesia stant pedes domini, in synagoga ambulant & prætereunt, 4.to.1046.d.
ecclesia à Christo suscipitur in fide, 7.tom. 54.f.
ecclesiam suam regit Christus, 7.to.74.d. ecclesiam deus abscondit in tabernaculo suo, 7.tom. 84.e. ecclesia in fide corroborata, & super huius sæculi fluctus stabilita, 7.to.75.c. ecclesiam roborauit Christus, cùm in crucem ascẽdit, 7.to.71.b.
in ecclesia sola Christi fŏs est vitalis, 6.to.397.a.
ecclesia Christi est gloriosa, non habens maculam, neque rugam, aut quid eiusmodi, 6.to. 422.e.
quod extra ecclesiam est domini, mũditiam habere non potest, 4.to.767.f. ab ecclesia qui recesserit, Christi corpus lacerat, 5.tom.141.b. ecclesia tota lucida, tota perfecta, nihil in se continens obscuritatis, 7.to.265.c. ecclesiæ ligandi & soluendi potestatem deus dedit, 7.to.62.d. & 66.d. de ecclesiæ magistrorum sententiis iudicare, periculosum, 4.to.1147.a. ecclesiæ præpositis obediendũ, 5.to.377.b. ecclesia pristinam gloriam recipiet, 5.to.596.d. ecclesia nunc laborat in mundo, & ad cœlestia ire festinat, 4.to.1067.c. ecclesiam suam in mundi cõsummatione cum lucerna scrutabitur dominus, 5.to.472.e. ecclesia duas habet pennas, 7.to.164.c. continet tam peccatores, quàm sanctos, 6.to.373.a.b.7.to.53.a. non potest emendare malos, nec segregare malos à sanctis vsque in finem, 7.to.95.c. in ecclesia quicunque malus est, in conspectu sancti pro nihilo computatur, 7.tom. 47.a. ecclesiæ fortitudo solidatur fundamentis orbe toto diuisis, 4.to.1050.d. ecclesię tunica desuper est contexta, & nulla ex parte consutilis: quæ ne ab inimicis quidem scindi potest, 6.tom.408.f.
ecclesia hîc in tribulatione lætatur, 7.tom.101.a.
ecclesiæ prouerbium electorum afflictionis tẽpore, 4.to.700.f. ecclesia per apostolorũ nauim ventis agitatam figurata, 6.to.65.a. ecclesiæ inimici qui sint, 7.to.78.e. ecclesia duos habet hostes, adulationes, & blasphemationes, 7.tom.130.e.
vnum apertè, alterum occultè, 7.to.163.c. ecclesiam humiliant peccatores, 7.to.80.f. ecclesia infirmata est inter homines malos, inter quos habitat hîc in præsenti vita: quia plures sunt peccatores, & pauci sunt sancti, 7.to.96.d. ecclesia scit in passionibus crescere, 4.to.700.f. pace, & persecutione crescit, atque decrescit, 4.to.499.b.c. ecclesiam de tribulatione deus eduxit, 7.to.57.c.72.f. & 55.a.b. ecclesia non exauditur in prosperitate, vt non se extollat, 7.to.69.c. ecclesia ante aduentum Christi, per peccatum erat infirmata, 7.to.54.f.
in ecclesia imperitissimi florent, 5.t.59.c. ecclesia dei quando in latronum speluncam vertitur, 4. to.540.e.f. immobilis in sæcula sempiterna persistet, 7.to.232.f. ecclesia cur non timet, 7.t.74.e.
nullo turbine subuerti potest, 4.to.37.c. in cõsummatione mundi hæreditatem consecutura est vniuersis nationibus Christo credentibus, 7.t.23.a.
ecclesiæ custodes qui sint, 4.to.450.e.f. ecclesiæ principatus sanguini non deferẽdus, &c. exemplum diuinum, 6.to.443.a. ecclesiæ cura ad vnũ presbyterum pertinere debet, vt schismatum semina tollantur, 6.to.443.b.
Ecclesiastes liber quid doceat, 5.to. 6.a.8.t.292.d.
in Ecclesiaste Salomonis physica comprehenditur, 8.to.290.f. Ecclesiastes quid mysticè significet, 5.to.7.a.
Ecclesiastici ordines, 6.to.399.b.4.tom.1068.d.
ecclesiasticus sermo qualis, 4.tom.512.f. ecclesiasticorum nullus tantùm habet studij in bono, quantum hæretici in malo, 4.to.169.a. ecclesiastici moris est, Christi genu flectere, 4.tom.329.a.
ἔκθεμα 4.to.826.d.
Ethniani hæretici, 9.to.311.d.
ἔκτρωμα. i. abortiuum, 5.to.229.c.
Eden. i. delitiæ, 4.to.929.a.
Eden, regio oriẽtalis, cuius populos Sennacherib Assyriorum rex debellauit: positi autem erant in Thalassar, 4.tom.276.e. Negotiatores Tyriorum Ezechiel vocat: hoc est qui ad Tyri nundinas suas res deferebant, 4.to.922.d. Paradisus terrestris in Eden iuxta editionem lxx. contra Orientem plantatus. Gen.2. Caïn à facie domini eiectus, habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Edẽ. gen.4. Et paradisus in Eden, delitiarum paradisus appellatur, 4.tom.657.c. Non enim pro loco, vt Lxx. sed pro delitiis Hieronymus accepit verba geneseos capite secundo. Vbi enim illi dan Eden mikedem, id est, paradisum in Eden contra Oriẽté, verterũt: ipse interpretatus est paradisum voluptatis à principio.
Editiones Bibliorum multæ: Lxx, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis: item quinta ab Origene inuenta sine nomine, vt Hieronymus ipse testatur in versione commentarij Origenis super canticũ cãticorũ: Et sexta similiter sine nomine in doliis reperta: Epiphanius in lib. de ponderibus & mẽsuris, Quintam Hierico, Seueri Caracallæ tempore, Sextam Nicopoli, eo tempore quod inter Antonium & Alexandrum Mammeæ intercessit, inuentam asserit. Hieronymus quintam Nicopoli, hoc est in Actiaco littore inuentam magis vult. Has sex in vnum miscens volumen, per columnas tamen distinctas, Origenes Hexapla vocauit. In minores prophetas se septimam etiam inuenisse editionem Hieronymus secundo Habacuc cap. testatur. Tres tamen vltimę omnes sine nomine ferebãtur. Post hæc Lucianus Antiochenus martyr, & Hesychius Alexandrinus Biblia emendarunt: quibus (vt Hieronymus ad Damasum in proœmio super quatuor Euãgelia à se eius iussu Græcorum veterum codicum collatione correcta scribit) nec in veteri testamento post, Lxx. emẽdasse quid liceat, nec in nouo, vbique iam vulgatis exemplaribus, profuit correxisse. Luciani editio Lucianea, Hesychij Alexandrina dicebatur: vtramque tamen pauci erant qui sequerentur. Ea quæ erat Lxx. & vulgata appellatur, quáq; Eusebius & Pãphilus Palæstinæ inuulgarant, in Hexaplis Origenis sincera, & incorrupta asseruabatur: At quæ sparsa, vulgataque per omnes ecclesias erat, propterea νοινὴ, id est, communis appellabatur, vbique terrarum multis in locis variabat, 240.f. Sicut vulgatæ nostræ accidit à D. Hieronymi tempore (qui postremus omnium veterum ex Hebraico vetus testamentum vertit, & nouum Græcæ reddidit fidei) vsque ad nos.
Editio Septuaginta, vulgata dicitur editio, 4.to. 206.f. editio Aquilę, Symmachi, & Theodotionis, vide in eorum nominibus. editio quinta, 5. tom.171.c. vbi inuenta, vide 3. tom. editio sexta & septima, 5. to. 432. f. editio κοινὴ, id est, communis, diuersa à Septuaginta (sincera scilicet & impolluta) varia tamen inter se vbique terrarum erat, 4.to.405.a. Alicubi enim habebat emendationes Luciani intermixtas, vt ipse ad Suniam & Fretellam testatur: hancque à Constantinopoli Antiochiam vsque homines sequebantur, vt idem ad Chromatium epistola 170. scribit. Alicubi Hesichij, quam Alexandria & Aegyptus sequebantur: eáque Alexandrina vocabatur editio, 4. to. 422.d. quòd etiã in eadem ad Chromatium epistola continetur: Mediæ inter has prouinciæ sinceros Septuaginta interpretes ab Origene elaboratos, & ab Eusebio & Pãphilo diuulgatos sequebantur codices. editio D. Hieronymi κατ' ἀκρίβειαν iuxta Hebræum versa, 4. to. 1104. f. de hac vide infrà, Hieronymus, & suprà, Biblia.
Edom & Esau idẽ est, ab Idumæa nomen sumpsit, 5. to. 216. d. & 289. b. Edom, non loci vocabulum est, sed nomen sanguinis, 4. tom. 454. d.
Edom interpretatur, πυῤῥὸς, id est, rufus, 5. tom. 290. d. interpretatur, sanguineus, vel terrenus: & quid Edom mysticè significat, 4.t. 721.c. 722.d. & 197. b. 7. to. 396. e.
Effusionis verbum, sensum largitatis ostendit, 5. to.597. b. 646. f. effusiõ in bonam & in malam partem accipitur, 4. to. 783. b.
Egenus, pauper, & inops, quomodo differunt, 7. tom. 130. f.
Egestas impiorum in præsenti, & in futuro, 8. to. 182. e. egestas nec bona, nec mala, 4.to.391.c.
ἐλασμὸς, propitiatio, vel expiatio, 4.to. 1142.f.
Elam, Elamitarum ciuitas, 4. to. 124. d. Elam, Assyriorum vrbs, 4. tom. 582. f. & regio Persidis trans Babylonem: à qua Elamitæ, 4. to. 627.c. regionis metropolis Susis, quę & Susa vrbs potentissima: vbi Daniel turrim mire pulchritudinis struxit, 4. to. 1140. d. Choastres fluuius Susam Herodoto interluit: quam à Dario Hystaspis conditã. Plinius scribit. Elam interpretatur, ascensus eorum, 4. tom. in cap. 22. Esaiæ. Elamitæ vnde sic dicti, 4. to. 1140. d. interpretantur contemptores, ibidẽ. hæc vox superbos notat hæreticos, 4. to. 964.f.
Elau interpretatur, circa eum, siue sustentacula, 4. to. 1021. c.
Elchana, qui interpretatur, possessio dei, pater fuit sanctissimi Samuelis prophetæ, 8. tom. 9. b.
Eleale, Moabitarum vrbs, 4. to. in cap. 15. Esaię. hæc vrbs in Galaad erat in tribu Rubem: quæ Hieronymi tempore adhuc ostendebatur, grandis villa. interpretatur, ascensio, 4.to. 157.
Eleazar vestimentis Aaron patris indutus est, 4. to. 130. f.
Eleazarus, summus pontifex, quo tempore Septuaginta interpretes sanctas scripturas Alexandrię dicuntur in Græcum vertisse sermonẽ, 4.to.1149.b.
Electio fit ex pluribus, 6.to.362.f.& 363.a, electio Iudæ, & Saulis vnctio Deũ non arguunt ignorãtiæ futurorũ, sed præsentium esse iudicem, 4.to. 734.e.
Electus omnis, sapientia conditur, vt digna victima dei altaribus efficiatur, 6.to. 175.b. electorum dei magna diuersitas, 6. to.440.f. electi iuniores, & multi seniores reprobi, in typum Synagogæ & ecclesiæ, 4. to.915.b.c. electus nemo vnquam sua virtute, 8.to. 220. f. electos deus pro meritis adiuuat in cęlis, 7.to. 204.d. & eorum occulta mala remittit, 8. to.231.b. electi nõ capiuntur laqueo mortis, 8.to.169.c. Eliguntur præsentia nec statim qui eligitur tentari non potest, nec perire: quia & Saul electus in regẽ, & Iudas in Apostolũ suo postea vitio corruerunt, 4.to. 862.f. sicut dominus habet electos sanctos, ita & diabolus habet electos suos, 7. to. 401. a. electi oculos mentis habent acutos, ibidem. electrum auro &, argẽto pretiosius, 4. to.730. e. in medio ignis & tormentorum apparuit, vt dei prouidentiam tormentis ostendat, ibidem.
Eleemosyna cur hostia vocetur, 8. tom. 596.f. illa hoc præstat, quod & baptisma, 7. to. 390. d.
eleemosyna duplex, 6.tom.16.d. 7.to. 339.a.
delet peccata, 7. tom. 150. d. eleemosynas nõ facere crimen habentis est, 7. to. 339.a. eleemosynæ prosunt defunctis, 8.to. 303.a. eleemosyna quelibet deo non placet, 5.to. 252. d. si ob laudẽ fiat, inanis est gloria, 6.to. 346. f. eleemosyna rapinis non facienda, 4.to. 418. f. eleemosynæ ab hæreticis, Iudęis, hypocritis, & infidelibus Ethnicis eis non prosunt ad salutem, 7.to. 389.a.b.
ἔλεγμὸς, 5. to. 100.f.
Elementa ardentia soluentur, 4.to. 358. d. elementa mundi mysticè, 6. tomo 309. b. elementa quatuor, ignis, aer, aqua, terra, 7. tomo 41. c. ex elementis quatuor mundi omnia constant, 4.to. 731.b. & 940.d. elementa cur laudare Deum dicantur, 8.to.134.f. elementa mundi vniuersa sanguine agni immaculati sanctificantur, 4.to.1075.a.
elementa etiam iram domini sentient, 5. tomo 103.a. 4. to.99.a.
Elephantos ex Aethiopia Ptolemæus Philadelphus primus eduxit, 4.to. 1150.c. elephantis magni miraculum, 7.t.306.e. elephanti cum draconibus pugnãt, 5.to. in cap. 1. Ionæ. pro elephantibus quidã legunt Lucas boues, ad Galatas 4. cap. 6. to.324.e.f. ibi. Qui Lucem, boues crearit, & culices, quæ lectio mihi placet. Lucas autem boues appellatos elephantos, quòd in Lucanis Pyrrhi Epirotarum regis tempore primùm visi sint, Plinius libro octauo capite sexto, diserte scribit.
Eli, Eli, quid significat, 6.to.142.f.
Eli, sanctus fuit sacerdos, sed quia filios suos nõ erudiuit in omni disciplina & correptione, supinus cecidit, & mortuus est, 6.to.428.e.
Eliachim anagogicè quid significat, 4.to.130.a.
Elias interpretatur, deus dominus, 7.tom.416.c.
accepit cibum, & quadraginta diebus transiens, perrexit in eremum, 7.to.336.e. prophęta pilosus,

.4.to.981.c. in monte Carmelo pluuias impetrat, 1.t.211.c. in cælū cū corpore translatus, dei arbitrio regitur, 5.to.287.d. raptus, paradisi colonus est, & cælesti pane saturatur, & manet in ætate, qua raptus est, vide tomum 2. Christus vt apostolorū augeat fidem, dat signum de cælo, Elia inde descendente, quò conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, 6.to.76.c.f. Eliam pro Eli putare, est imperitia, 7.to.331.b. Eliæ nomine Apocalypsis quędā scripta, liber apocryphus, vide in dictione, Apocalypsis, & Apocryphi libri. Elias veniet nūciaturus venturum iudicem, scilicet Christum, 6.to.42.d. 5. to.645.b.

Elias monachus, vir sanctitate vitæ clarus, 9.to. 616.c.

Elim.i.arietes, seu fortes, 4.to.157.a.

Elimais, Persarum regio, 4.to.1141.c.

Eliphaz regnauit in Theman, vnde etiam Themanites dictus, 8.to.9.b. Eliphaz dei mei aurum sonat, 8.to.9.a.

Elisęus, propheta patientissimus, 7.to. 251.c. à pueris irrisus, Christi typus, 4.to 194.c 7.to.252.f.

mortuus mortuum suscitauit, 6.to.418.f.

Elimæi populi Antiochum bellum sibi gerētem cum exercitu toto deleuerunt, 4.to.in cap. 11. Danielis. ab Oroati flumine Persis ab Elimaide Plinio diuiditur.

Elizabeth spiritu sancto repleta, 6.to.487.c.

Elkeroa, genus virgulti hederacei, sine adminiculo se sustentans, 5.to.323.b.

Elohim pro deo, 7.to.psal.8.

Eloquentes deo difficilè credunt, 5.to.320.f.

eloquentia sæculi quid valeat apud homines, 5. to.320.d. eloquentia sæcularis aurum dicitur, 7. to.226.f. per argentum significata, 4.tom.1126.f.

eloquētia græcorum æri comparata, 4.to.1111.c.

Emanuel, vide Emmanuel.

Emaus, turris quæ nūc vocatur Nicopolis, 4.to. 1098.e.& 1141.

ἐμβολίσματα, 4.to.822.f.

Emboliſmus quid sit, 4.to.1148.b. ex quadrante.i.sex horis diei, quos vltra 365. dies, quos in perficiendo annuo cursu sol absumit, diem vnū quatuor in annis componimus, quem bissextilem vocamus. Item ex 11. diebus cum sex horis, quos plus sole luna singulis annis curſu peragit, in tribus annis colligitur à nobis mensis vnus, superātibus diebus tribus, & horis 18. qui Emboliſmaris, hoc est, adiectitius nūcupatur, mensis; sicut Emboliſmaris dies is qui bissextilis dicitur. Ex his diebus vndecim cum quadrāte, quos singulis annis adiicimus, Epactę, quibus luna inuenitur, originem habuerūt: Idem est autem græcè Emboliſmus, quod intercalatio Latinè; ab adiiciendo, inſerendoque nomen ducens.

Emendi consuetudo per testes, & instrumenta, 4.to.667.a.b. emendi, & redimendi vocabulum; 6.to.310.c. emere & redimere, 6.to.419.a.

Emptor dicit, malum, malum est, 8.tom.233.a.

emptor regni cælestis lætabitur, 8.to.233.a.

Emptio reuertebatur ad venditorem anno quinquagesimo remissionis, 4.to.766.d.

ἔμπυος δυσαλίπε, quid sit, 4.to.223.b.

Emmanuel, Esaiæ filius, ac typus domini saluatoris, 4.to.62.c.

Emmanuel, deus & homo, 9.tom.epist.17. de assumptione B.Mariæ. Emmanuel de virgine natus, 4.tom.1. Emmanuel Iudæis offensionis lapis factus est, 4.to.69.b.

Emmer, verbum sonat, 4.to.599.c.

ἐμμαίγματα, 4.to.486.d.

Enan, villa, 4.to.1090.d.

Encelado giganti Ethna mons impositus, ad cuius motum Trinacria contremiscit, 5.to.247.c.

Encratitæ hæretici, qui, 5.tom.185.c. Encratitarum hæresis, 6.to.351.b.c. Encratitarum patriarches, Tatianus, 6.to.438.f.439.a.

ἐνδελεχισμὸν græci vocant motum perennem & continuum, qualis in anima inuenitur: ad cuius similitudinem, rectè pro iugi sacrificio.

ἔνεχυρον, 6.to.369.c.

ἐνέργεια, quid, 4.to.774.f.

Engaddi, ager est in terra Iudææ, vineis & balsamis abundans, 4.to.347.c.1087.b.

Engaddi, vrbs in tribu Iuda, in fine maris mortui contra occidentem: interpretatúrque, fons, siue oculus hœdi, 4.to.in cap.47.Ezech. item oculus tentationis meæ, 8.to.348.c.

Ennon, locus Siloë fontibus irrigatus, vbi colebatur Baal, 4.to.672.d. vallis, in qua erat delubrū eius, 4.to.596.f. vallis, vbi idolo Moloch, cunctisque dæmonibus populus seruierit, 4.t.672.d. Ennon, gehenna vocata, 4.to.597.b.

Enoch ob principalem in deum spem, & inter cæteros eminētem, cœpisse scribitur inuocare dominum deum, 6.to.298.d. Enoch translatus est, ne videret mortem, 6.to.454.d. inter peccantium plurimam multitudinem, solus est ad deū raptus, 4.tom.473.b. ita deo placuit, vt is è medio mortalium sit raptus, & in mundo consummatus, de mundi habitatione translatus sit, 9.to.5.a. Enoch in præputio, Elia in circuncisione deo placuit, & vterque cum corpore raptus in cælum, 5.tom.543.c. cum Enoch dominus in cælum ascendit, 5.tom. 281.c.

Ascendit dominus in cœlum cum Enoch, ascendit cum Elia, 5.to.281.c. Vocat cælum, non empyreum, sed aëreum, & terræ sublimiorem locum, paradisum scilicet, vbi esse nunc creditur. Sequens in hoc scripturam ipsam, quæ in cælū leuatum scribit Eliā, 4.Reg.2. Alioqui Ecclesiastici 44. Enoch in paradisum translatus scribitur, non in cælum. D. Thomas in prima parte summæ. q. 102. art.2. ad tertiū, & alibi.

Enochi liber apocryphus, à D. Iuda citatus, 6.to. 450.f.

Enoch, prima mundi ciuitas, ex scelere, sanguine, & parricidio fabricata, 5.to.157.b.

ἔωλον, 4.to.470.f.

Epactarū origo, 4.to.1148.d. vide, Emboliſmus.

ἐπάγω, id est, adduco, superinduco: hinc epacta, hoc est, adscititius & intercalaris dies: aliunde scilicet aduectus.

ἐπαοιδοὶ, 4. to. 1107. a.

Epaphras, D. Pauli conceptiuus, 6. tom. 480. f. interpretatur, frugifer, & videns, siue succrescens, 6. tom. 482.d.

ἐπένδυμα, superindumentum, 5.tom.101.a.

ἐπιφάνιον, 4. to. 819. b.

Epha regio trans Arabiam camelorum fertilis, 4. to. 437.c.

Epha filius Madian, filij Abraham, Genes. xxv. à quo Madianitarū regio, quæ & Arabia petrea, Epha dicta est. Epha interpretatur resolutus siue effundens, 4. tom. 438.d.

Ephesus, metropolis, Asiæ 6. to. 319. a. interpretatur voluntas, siue consilium meum in ea, vel certè anima mea in ea, 6.to.409.b.

Ephesiorum vocabulum sonat, qui artium magicarum præstigiis derelictis, erroris zelum ad veritatis studium transtulerunt, 6. to. 411. a.

Ephi, Hebraicè mensura, decimam partem cori continens, & in aridis tantùm vsurpatur, sicut Batus in liquidis: qui eiusdem erat mensuræ, 4.tom.42. f.

ephi pro tribus mensuris, id est, tribus modiis, lxx. transtulerunt, ibidem, interdum pro mensura tantùm, 4. to. 1070. f. Corus, cuius decima pars erat ephi triginta capiebat modios, ibidem, & ita ephi tres capiebat modios, 4. to.1080.f.

Ephod, sacerdotalis habitus, 5. tom. 101. b. in quo habebant honorem Iudæi amiserunt, 6. tom. 192. e. quid moraliter, 7. to. 296.d. 5.to.385. c.

Ephraim, posterior filius Ioseph, surripuit primogenita Manasse, 4. to.654.f. ex qua tribu Samariæ imperium fuit, 5. tom. 298.c. Ephraim & Manasses de eodem vtero nati, odio hostili inter se dissidebant, 4. to. 78. f. Ephraim, susceptio capitis mei, 7.to.324.d. interpretatur, καρποφόρος, 5. to. 109. b. Ephraim tribus vocabatur etiam, tribus Ioseph, 4. to. 541. b. Ephraim factus est quasi columba inspiēs, 7.to.226.e. non habens cor, 5.to.125.b. Ephraim calumniam patiēs, 5. to.115.a. Ephraim, columba inspiens, 5.to. 170.d. cur columbæ cōparatus, 5.to.127.b. Ephraim factus est subcinericius panis, 5.to.125.a. Ephraim vidit lāgorem suum, 5. to. 115.a. Ephraim in Aegyptum reuersus est, 5.to. 135. b. & 136.d. Ephraim suscipiet cōfusionem, 5.to.148.d. Ephraim, gētium ad Christum venientium typus, 4.to.654.f.

Ephrata vsque hodie regio Bethlehem appellatur, 7.to.382.f. interpretatur furor, propter Herodis insaniam, 5. to.360. f. interpretatur, καρποφορία, id est, frugum vbertas: quæ alio nomine appellatur, Bethlehem, 4.to.656.c. 5. to. 361.b.

ἐπικράτεια, 5. to. 159. b c.

Epicurus recordatione præteritorum bonorum mala præsentia mitigari prodit, 4.to.284. d. Epicuri blasphemia, 4.to. 187. b. Epicurus voluptatem, maximum bonū esse dicebat, 4.t.168.c. Epicuri istiusmodi erat sententia: manducemus & bibamus, cras enim moriemur, 4.to.804.d. Epicurus res sæculi, & omnia corpora per momēta fluere, & abire dicebat: nihilque in suo consistere statu, sed crescere, & decrescere omnia, & aquarum modo torrētium labi in præceps, 5.to.261.a. Epicurus voluptatis assertor, vilibus cibis replet libros, 9. tom. de regula monachorum, in capite de Abstinentia. Epicureorum vita, 5. to.57.b.

Epimenides poëta, cuius Plato, & cæteri scriptores veteres meminerunt, 6.to.292.e.f. à D. Paulo citatus in epist. ad Gal. Cretenses semper mēdaces &c. 6. to.292.e.f. Epimenides, vt in eius vita scribit Diogenes, dum à peste liberare vellet Athenas (q & assecutus est) primus author fuit, vt in Ariopago, ignoto deo erigeretur ara.

ἐπιτίμιον, 4. to. 1101. b.

ἐπιούσιος panis quis dicatur, 6. to. 18. d. & 460. d.

Epiphania Græcè, Latinè apparitio dicitur, 9.to. 263. c. qua mundo baptizatus apparuit, ibid. epiphaniorum dies cur venerabilis, 4. tom. 728.f.

Epiphania, idem quod Arabia, 4. to. 80.f.

Epiphania ciuitas vnde hoc accepit nomen, 4. to.1090. d. Epiphania Syriæ, 4. to. 761.c.

Epiphanius, memorię venerabilis episcopus, volumen ἀπὸ λίθων scripsit, 4. to.386.f.

Episcopatum qui desiderat, bonum opus desiderat, 5. to. 491. b. ab episcopatu fornicarius arcendus, 6. to. 444. f.

Episcopus qualis ordinandus, 5.to.101.b. episcopus & presbyter pro eodē, 6. to. 443. b. episcopus quotidie pro suis & populi peccatis victimas illibatas deo offerre debet, 6.to.447.b. episcopus honorandus, 5. to.377. b. episcopū oportet vnius vxoris esse virum, 6.to. 444. c. episcopum oportet esse sine crimine, tāquam dei dispensatorem, 6.to.428.c. in episcopum accusatio difficilis, 5. to. 52. d. Episcopi nomen pro presbytero, 8.to.627.a. & 545.a. episcopi, ecclesiæ principes, 7.to.143.b. episcopi habēt presbyteros constituendi per singulas vrbes potestatē, 6.to. 443. a.

episcopi vitæ elegans descriptio, 6.to. 444. & 445. episcopi iurisdictio in sorores moniales, 9. to.616.c.d. & 634.a. episcopi scandalizant eos, quos docere, & ad meliora incitare deberent, 5. to. 51.c. & 52.d. episcopi ecclesiasticis bonis abutentes carpuntur, 6.to.161. & 428.d. episcoporū ordo & officium, 9.to.133.b.c. episcopos qui spernit, spernit & Christum, 6.to.443.a. episcopos plures vna ciuitas habere non potest, 6.to. 443. c. 8. tom. 627.a.

Epistolę Pauli nomine ab aliis missæ, 6.to.353.b. ea quę est ad Romanos, ad eos, qui ex Iudæis, gentibusque crediderant, scripta est, 6. to. 325.c. quæ est ad Ephesios sensibus verbisque inuoluta est, 6. to.403.c. 404.d. & 409. b. ex vrbe Roma scriptę sunt epistolę ad Ephesios, Colossenses, Philippēses, & ad Philomonem, 6. to.383.c. ante Abdiā prophetam, eam, quæ est ad Philemonē, Hieronymus commentatus est, 5.to.289.c. Epistolæ ad Hebræos dubia olim apud quosdā Latinorum auctoritas, 4. tom.51.c. & 70.c. & 411.a. quòd dicerent esse (sed falsò) in ea testimonia, quæ in Hebræis voluminibus non reperiātur, 4.to.55.a. Apostoli eam ipse vocat Hieronymus, 6.to.309.b. nec refert, quòd Pauli, & Apostoli nomē in ea omissum sit: quia reuerētia, de quo erat dicturus, hoc factum asserit Hieromus, 6.to.271.b.

Falsam istorum paucorum Latinorū esse opinionē, ipsāmq; epistolam verè Pauli Apostoli esse epistolā, ex cunctis retro ecclesiis multis Hieronymus probat in epistola ad Dardanū, quę est tertio in tomo cxxix. quam vide. Marcion, Arrius, Aeriani, & Ariomanitæ hæretici (vt cōstat ex Epiphanio) sicut ætate nostra Anabaptistæ & Seruetani, & similes, hanc in ecclesiam dubietatem introduxerūt: dicentes eam esse vel Barnabæ, vel Clementis: cùm veriùs sit eam potiùs à Clemente, vel Luca (vt vult Clemens Alexandrinus) ex Hebraico, in quo eam Paulus scripserat, translatam: Clemens Martyr (Eusebio teste) in epistola ad Corinthios, eius, vti Pauli apostoli meminit: Receptámque in sacrorum librorum canone esse, non solùm apparet ex cunctis retrò sacris ecclesiæ patribus, qui eā tanquam Pauli epistolam citant, siue Græcè, siue Latinè





Latinè illi scripserint: sed multo clarius ex Niceno, Laodiceno, Carthaginensi tertio, Arauficano, & nostrorum temporum Tridentino, conciliis: quæ canonicis scripturis, & vti Pauli genuinam epistolam, illam adscribunt. Facesant ergo pauci isti, ac scioli nouatores Latini, qui eam controuertunt.

Epistola de celebratione paschæ reuera est D. Augustini, 9.to.119.a.

ἐπίταγὴ, 5.to.379.c.

ἐπίτασις, extensio, 4.to.854.c.

Epithalamium, carmen nuptiale, 8.to.281.a.

ἐπίξυμα, 5.to.147.c.

ἐπωμὶς, superhumerale, 5.to.101.a.

ἔπωπη, vpupa, & eius naturalis historia, 5. tom. 547.a.

Epulum, 5.to.237.a. epulæ impiorum, sunt scelera, 9.to.in cap.de abstinentia.

Equarum greges frumenta terentes, 4. tom. 229.b.

Equites, id est, dæmones, 7:to.419.a.

Equus albus quid indicet, 8.tom. 336.f. equi albi, rufi, nigri, & varij qui sint, 5.to.449.f. equus ad salutem fallax, 5.to.173.c.& 174.f. equi in præliū parati, 7.to.246.f. equi, id est, homines peccatores, 7.tom.419.a. equi insanientes qui sint, 5. to.573.a. Equos qui ascenderunt, omnes dominatuerunt, 5.to.450.d. equus superbiam, asinus luxuriam significat, 8.tom.254.c. equi in bonam partem angelos notantes, 4. tom.406.f. Equi, quos ascendit dominus significant sanctorum animas, 5.tom.449.b. equi dei, animæ disciplinatæ, 8.tom.homilia prima in cantica canticorum.

equo candido anima Christi comparatur, ibid.

equi quatuor apud Nahum, quatuor animi perturbationes, 5.tom.in cap.3.Nahum. equus vngula terram fodit, 7.to.in psal.146. equus comparatur ad diem belli, ibidem. equi boni, & equi mali, 7.to.in psal.75. equos Hebræi non habent, ibidem. equus in bonam partem acceptus, 5.to. 63.c. equi dei, 7.to.217.b.

Eremi vastitas sexto à Bethlehem ad meridiem milliario, vsq; ad mare rubrum, Persarum, Æthiopum, & Indorum extenditur terminos, 5.to.207.f.

tota ipsa vastitas Arabiæ adiacet, 4.tom. 901.c.

eremus est, vbi Christus non colitur, 8.to.in cap. 31.Iob. eremi laus & vtilitas, 9.to.530.d.& seq.

Eremitarum qualis vita, 4.to.704.d.

Ericius, animal spinosum, plenum sentibus, vulnerans quidquid attigerit, 5.to.487.a.

ἐρίφιος, 4.to.266.f.

Eripiendi qui ad mortem ducuntur, 8.to. in cap. 23.in prouerb.

ἐρίθεια, quid propriè, 6.to.341.c.

Erodius auis, vide infrà, Herodius.

Eropus, Ptolemæi dux, 4.to.1162.e.f.

Errantium dissimilis ordo viuendi, 8.tom.168.d.

eorum periculum non dissimulādum, sed reuocandi sunt doctrinis sanctis, 9.tom.in epist. 47. de pastoribus. errores sapientiæ mundialis, 9.tom. epist.7.de viro perfecto. errores humanæ conditionis, ibid.sub finem. errores in hominum corda in vita sua, 5.to.55.a. errores labyrinthei, 5.tom. 550.c. erroribus omnia plena, 9.to.in regula monachorum, cap. de contemplatione, oratione, &c.

erroribus deus eximit fideles, 7.tom. in psal.64.

erroribus sola tantùm sacra scriptura caret, alij non quantumuis docti. vide to.2. errores in sacros Bibliorum codices vitio temporum, & librariorum imperitia introducuntur, 7.to.224.c.

Erubescendi qui potiùs, boni an mali, 9.tom. in epist.de ferendis opprobriis.

Eruca cur virtus magna domini vocata, 3.tom. 196.d. paruus vermiculus est homine fortior, 5. to.196.e. quid tropologicè significet, 5.to.181.a.

Eruditio timorem creat, imperitia verò confidētiam, 9.to.543.d.

Esaias, ישעיה (sic enim meo iudicio meliùs scribitur, quàm Isaias) cùm rectius sit vocalem potius sine consonanti, quàm consonantem sine vocali, Hebraica in voce, retinere: Alioqui vera lectio Iesaias, ישעיהו filius Amos, 4.tom.3. Esaiam socerum fuisse Manasse, regis Iuda, 4.tom.122. d.e.

Esaias interpretatur σωτηρία κυρίου, id est, salus domini, 5.t. 177.b.. Esaias vidit gloriam Christi, 6.to.290.e. Esaias so non prophetam, sed filium prophetæ vocat, 4.to.275.b. Esaias præcessit Hieremiam annis centum quinquaginta, 4.to.238.f.

Esaias iniuriis, conuitiis, plagisque à Iudæis afflictus, quòd eos Sodomorum, & Gomorrhæ populū, ac principes appellauerit, 4.to.351.c. Esaias sera lignea à Manasse sectus fuit, 4.to.404.d. 6.to. 127.c.

Esaü primogenitus, sed patris non accepit benedictionem, 4.tom.5. Esaü πυρρίνος, id est, quercinus, vel σώτημα. i.factura, vocatus, 5.to.223.a. Esaü feris delectabatur, & syluis, 4.to.480.f. erat venator, quoniam peccator erat, 7.to.272.d. hispidus & pilosus & rufus, sanguinarius & cruentus, 4. to. 981.c. Esaü stetit, & vixit in gladio suo, 4.t.972.d.

Esaü fornicarius & profanus, pro vna esca vēdidit primogenita sua, 6.to.445.a. Esaü priùs quàm gigneretur, ab hereditate dei repulsus est, 7.t.171.c.

Esau tribus dictus nominibus, Esaü, Edom, & Seir, 5.t.290.d. Edom enim interpretatur πυρρὸς. i.rufus, quia propter rufū lēticulæ cibū primogenita vendidit. Seir.i.pilosus, quia hispidus erat, & non habebat læuitatem Iacob: possēditq; eā regionem, quæ nunc gebalena dicitur, & in finibus est Eleutheropolis, &c.5.to.290. vel Edom interpretatur sanguinarius, 4.tom.905.a. Esaü interpretatur, factum, 4.tom.905.a. solitudinis habitator fuit, 4.t.981.c. seruus fratris factus, typus fuit, vt caro spiritui pareat, 4.t.905.a. Esaü Iacob inimicus, Iudæorum & hæreticorum figura, 5.to.290.c.f.

Esaü domus.i.Idumæi, 5.to.298.c. Esaü vxor consurrexit contra Rebeccam, 5.tom.376.a. Esaü secundam benedictionem. & Iacob primā accepit, 4.to.906.e. Esaü deo exosus, quia carnem rotabat, cuius opera deus odit, & spiritus opera diligit, significata in Iacob, qui vitiorum est supplantator, 4.t.905.c. temporalium rerū odium fuit, quippe cùm eius montes in solitudinem deus redegerit: quantum verò ad ipsum Esaü & Iacob, dilectio & odium dei ex præsentia nascitur futurorum, vel ex operibus: alioqui deus omnes diligit: sed eos propriè sibi vēdicat, qui vitiorum hostes sunt: & odit, quos vitiis addictos nouit, & qui destructa rursus extruere cupiunt: non quòd duæ naturæ sint, vna bona, altera mala, de Iacob diligit, & Esau odio habet: sed præscius futurorum, eum diligit antequam nascatur, quē scit iustum futurum: & quem peccatorem odit antequam peccet, 6. to. 278. c. de fine rerum, non de exordiis, vti is, cui cuncta præsentia sunt, sententiam fert, ibid.

Esca solidus cibus, 4.to. 1042. f. escæ quales, & quantæ sumendę, 9.to. in regula monachorum, in capite de abstinentia à earnibus. escas populis deus dat verbum suum, 8. to.451. a.b. esca populis datus est Christus, ouis occisus, 7. to.in 43.Psal.

esca neminem ædificat, 8. to. 451. a.b. esca spiritualis & potus prosunt, si præcepta seruentur, 8. tom. 488.c. Esca spiritualis, 5. to. 37.c.

Escha muliercula, falsò altera Ioseph vxor, secūdum libros quosdam apocryphos credita, 6. tom. 51. c. Altera est hæc ab Estha & Malchi vxore, de qua Africanus, dum genealogiæ Christi, quæ videtur, dissonantiam conciliat.

Esdras, vide infra, Ezdras.

Esebō, vrbs regis Amorreorum, quæ interpretatur, cogitatio, 4.to. 107.a. & 157.a.

Esææorum viuendi ratio, 9. to.539.d.

Esse & non esse, quid, & vtrum horum melius, 4.to. 602.e. f. nō esse melius, quàm in suppliciis viuere, 4.to.602.c.

Esuries domini quid sit, 7. to. in Psal. 50. in versiculum, si esuriero. esuries Christi qualis fuit, 7. to. in Psal. 68. esurienti da panem tuum ex animo, 5. to. 555.b. esurientes & sitientes viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, 7. to. 318. c.

Ethecæ, Græcè ἑξάτοαι, quæ sint, 4. tom. 1034.e. vox est Hebræa, Athikim, vide annotationes.

Ethica ante physicam docenda, 5. to. 6.b. ethicæ disciplinæ definitio, 8.to. 290.c.

Ethnicus condemnauit Iesum, 6. tom. 138.d.

ethnicorum magna diuersitas, 6. tom. 104. d.

ethnici omnes, quasi mulieres, 4. to. 119.c.

Etrusci Lydorum coloni, 4. t. in 66. Esaię, Thurreni, qui & Volthurreni, hodie Viterbienses, Etruriæ Italiæ initio principes, vnde cognomento Etrusci.

Etymologia verbi prout fuerit varia, variū quoque sensum inducit, 5.to. 75.b.

Eua de paradiso eiecta, cum dolore peperit, 5.to. 356.f. 357.a. Euā decepit coluber tortuosus, 4. to. 423.b.& 964.c. Euæ mulieris maledictum in mulieribus subuersum, 6.to.146.d. Eua lignum vetitum non cōtigisset, nisi hoc prius incautè respexisset, 4. to.709.a. Eua, ecclesiæ typus, 5.to.281.

Euagrij reprehensio, quòd Leuitam lapsum non consolatus sit, 9.to.244.a.

Euangelicus vir, 4.to.12.d. euangelicus sermo abbreuiatus, atque perfectus, 4.t.85.a. euangelici sermonis prædicatio, secūris est, 6. to.7.a.

Euangelista prophetæ non est contrarius, 6.t.1.a. euangelistæ quotum locum in ecclesia tenent, 6.to.399.b.c. Euāgelistarū dura conditio, 6.t.38.f. per euāgelistas deus malitiā disperdidit humanā, 7.to.56.f. euāgelistæ quatuor quomodo ab Ezechiele depicta, 6.to. in epist. 4.to. 730. e.f.

Εὐαγγέλιον, quid sit, 6.to.149.c. 8.to.391.c. euangeliū est legis veteris recapitulatio, 6.t.12.e. quid à lege distet, 6. to. 15.e. euangeliū ortum est, desinēte lege Mosayca, 6.to.10.d. euangeliū à dextris, lex à sinistris, 5.to. 543.c. euangelium non est in scripturarum verbis, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis, 6.to. 276. c. 9.to.544.b. Euangeliū ea præcipit, quę possumus, 6.to.44.f. euangelium dei sine spiritu sancto expositum, fit hominis, 6. to. 276.e. euangeliū Christi primùm de gente Iudęorum cœpit, 8.to.73.a. euangelium malè interpretatum, fit hominis, vel potius diaboli, 6.tom.276.f.

euangelium quomodo discere, & eidem credere possunt surdi nati, cùm fides sit ex auditu, 6.to. 294.d. euangelij pactum sempiternum, 4. tomo 432.f. euangelij gratia miseretur, & ad pœnitentiam prouocat, 5.tom. 22.f. euangelium deus D. Paulo reuelauit, 6.to.276.e. euangeliū in nomine dei dilatatū est in omnibus mundi finibus, 7.to. 143.b. euangeliū in orbe toto prædicauerūt Apostoli, 4.to.52.f.& 92.f. euangeliū in toto orbe prędicari, dominici est aduētus signum: vt nullus sit ex cusabilis, 5.to.8.e. 6.to.115.c. euangelij noui prædicator, efficitur puer, 4.to.70.e.f. euangelij prędicatores quid præstare debent, 4.to.352.f. euangelij prædicatores illuminat sanctus spiritus, 7.to. 41.a. euāgelia contexuntur quatuor qualitatibus & quibus, 6.to.146.f. euangelia quatuor, sunt flumina quatuor, quæ totum irrigauerunt mundum, 7.to.343.a. euangelia non dissonant, 6.tom.14.d.

euangelia quatuor, vnum sunt, & vnum quatuor, quę multarum sunt virtutum, 6. to. 149.b. euangelia quatuor, multo ante aduentum Christi ab Ezechiele prædicta, & visa, 6.to. in epist. euangelia à diuersis auctoribus edita quæ diuersarum hęreseon principia fuere, 5. to. in epist. euangelium iuxta Hebręos, 4.to. 852.d. Euangeliū, quo vtuntur Nazareni & Ebionitæ, à D. Hieronymo de Hebræo sermone translatum, 4.to.46.d. euangeliorum omnia loca apud hæreticos plena sunt scandalis, 6. to.67.b.

Euangelizatoribus veritatis quænam præcepta dedit Christus, 6. to. 34.d. euangelizantibus virtutes multas, dominus dabit verbum, 6.tom. 149.c.

Eubulus de tribus magorum generibus, 9.to. in regula monachorum, in capite de abstinentia philosophorum antiquorum.

Eucharistiæ panis non comeditur apud hæreticos, 5.to.294.c. Eucharistiā singulis diebus offerri in sacrificio Missæ, 4. tom. 1185. b. eucharistiæ mysteriū, & effectus, 5.to.24.f. eucharistiæ sacramentum præ eius maiestate, nemo cognoscere potest, 4.to.1055.b. in eucharistia, saluatoris domini carne alimur, & cruore potamur, 4. tom. 988. f.

in eucharistia Christus agnus immaculatus deo offertur, 4.to.108.e. eucharistia, charitas est, & corpus Christi, 9. to. de septē ordinibus ecclesiæ in cap. de sexto gradu eccles. in eucharistia de tritico cælestis cibus efficitur, de quo loquitur Dominus, caro mea verè est cibus, &c. 4. to.451.c.

eucharistiæ vinū in Christi cruore mutatur, 4. t. 1016.d. nos autē terrena conterimus, & non solum humani stercoris calcamus cibos, ac terrenas delitias putamus esse pro nihilo: sed comedimus panē qui de cælo descēdit: & fruimur illo cibo, de quo psalmista decātat, panē angelorum comedit homo, nequaquam Aegyptiis carnibus, sed mannæ tenuitate viuentes, 4. to.752. d. melius est, vt intelligamus panē iusti eum esse, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: & quem in oratione nobis tribui deprecamur, Panem nostrum substātiuum, siue superueaturum da nobis: vt quem postea semper accepturi sumus, in præsenti sæculo quotidie mereamur accipere, 4. tomo. 453. a.

Spreto igitur illo argẽto & pecuniis, quibus aquas domini emere non possumus, pergamus ad eum, qui nos prouocat ad bibendũ,4.t.390.f. Pro lacte in præsenti loco lxx.τίαρ,id est,adipem transtulerunt:de quo sanctus Dauid dicit in psalmo: Sicut adipe,& pinguedine repleatur anima mea:Et in alio loco: Cibauit eos de adipe frumenti,& de petra melle saturauit eos. Qui adipes non aliud quàm mysticam cœnam sonant: ad quam dominus discipulos hortabatur,dicens:Nisi comederitis carnẽ meam,& biberitis sanguinem meũ, non habebitis vitam in vobis: Vnde & in Gelsemani traditus est: quod significat vallem adipeam, siue pinguissimã, 4.tom.390.f. Potest & hoc dici,quòd cùm Israël populo,rabidæ priùs gentes prouocentur ad fidẽ: vt desertis saltibus,qui de exercitu Abessalon plurimos occiderunt,veniant ad ecclesiam, & comedant cælestem panem,agníque carne saturentur,4. tom.400.f.& 401.a. Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabuntur:Vt postquam domini fuerint carne saturati,eructent sermonem domini,& dicant opera sua regi, 4. tom. 442.f.& 445.a. Secundum tropologiam possumus dicere:omnes voluptatis magis amatores, quàm amatores dei,sanctificari in hortis,& in liminibus:quia mysterium veritatis non valent introire, & comedere cibos impietatis,dum non sunt sancti corpore,& spiritu:nec comedunt carnem Iesu,nec bibũt sanguinem eius,de quo ipse loquitur: Qui comedit carnem meam,& bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus.Qui non foris,sed in domo vna, & intus comeditur,4.tom.494.d. In Hierusalem ecclesia propriè dei cultus, & visio pacis est in solennitatibus eius: quando comedimus azyma sinceritatis,& veritatis,& agni carnibus vescimur, & cruore potamur,4.tom.988.f. Saluator quoque generis humani pascha fecit in cœnaculo, & magno,latóque cœnaculo, atque omni sorde purgato,stratóque, & ad spirituale conuiuium præparato:Vbi mysterium corporis & sanguinis, suis tradidit discipulis,& æternam nobis agni immaculati reliquit festiuitatem,4.tom.1030.f. Hoc est autem triticum,& hoc vinum, quod non comedent nisi laudantes dominum: & non bibent nisi in atriis sanctis eius:de quo dominus in passione dicebat:Amen amen dico vobis: Non bibam de genimine vitis huius, donec illud bibam nouum in regno patris mei. Quæ ex parte complentur in ecclesia,quando dicit dominus discipulis suis:Bibite amici mei,& inebriamini fratres: quod vinum lætificat cor hominis, & in plena luce atque meridie bibitur à Ioseph cum fratribus suis. Et complebitur plenius,quando inebriabitur terra benedictionibus domini. Triticum quoque de quo panis cælestis efficitur,illud est, de quo loquitur dominus: Caro mea verè est cibus. Rursúmque de vino: Et sanguis meus verè est potus.4.tom.451.c. Dicitúrque per eum ad omnes credentes: vt comedentes & bibentes corpus & sanguinem domini, vertantur in principes Ecclesiæ, & cum Apostolis audiant:surgite,4.to.179.a. Quódque infert: Non comedent,& nõ bibent (hæretici) subauditur corpus,& sanguinem saluatoris.4.tom.609.a. Sanguis autem ipse est pretiosus,in quo redimimur in passione domini saluatoris:cuius carnibus alimur, & cruore potamur,4.tom.988.f. Quia igitur Ecclesiasten interpretamur in Christo,& sapientia in cratere mixto,in prouerbiis prætereuntes ad se cõuocat: Corpus domini craterem magnum debemus accipere:in quo non meraca diuinitas, vt in cælestibus fuit,sed propter nos humanitate media temperata est:& per apostolos in minora Cylicia, scyphos,paruulos, & crateres,in toto orbe credentibus effusa sapientia est,5.to.16.f. Hæretici multas immolant hostias,& comedunt carnes earum: vnam Christi hostiam deserentes: nec comedentes eius carnẽ,cuius caro cibus credentiũ est,5.t.134.c.

Eucharistiæ perceptio non in quantitate consistit, sed in virtute:quòd corpus domini, sacerdote dispensante, tantùm est in exiguo, quantum esse constat in toto. Quod cùm ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia deriuata est, dicens: Qui multa habet, non abundabit:& qui modicum habet,non minorabit, &c.9.tom.581.b.c. ad corpus & sanguinem Christi accedendum non esse, nisi quis se priùs probauerit,4.tom.1046.c.f. ita viuendum, vt quotidie quis Christi corpus & sanguinem mereatur accipere,4.tom.853.a. dominicis diebus communicant fideles, 6.tom.314.e. regno patris cum apostolis suis nouum bibiturum esse pollicitus est, hæc est vinea Sorek,cuius vinum quotidie in mysteriis bibimus, 5.tom.286.e. ipse quoque dominus,verus Iona, missus ad prædicationem mundi, ieiunat quadraginta dies:& hereditatem nobis ieiunij derelinquens, ad esum corporis sui sub hoc numero nostras animas præparat, 5.tom. 318. f.

Eucharistiæ sacerdotes seruiunt,& sanguinem domini populis diuidunt, verbísque eam conficiunt,postquam precibus & solenni oratione domini aduentum imprecati sunt, 5. t.489.b.&491.a.

Quòd autẽ vita bona vnà cum verbis necessariam esse ad consecrationem Hieronymus ibi dicat,ait hoc (vt rectè D.Thomas exponit in tertia parte summæ.q.82.art.6.) vt malos redarguat sacerdotes: qui vitiis & sceleribus vacantes, sine vlla pœnitentia putabant se dignè posse Eucharistiam consecrare:reprehendens quòd ita ad consecrationem accederent:non autem negans eos consecrare,si accessissent:non factum rescindens, sed quod fieri deberet,ostendens: quod deceat, & expediat necessarium vocãs. Alioquì quod solo verbo Christi corpus sacerdotes conficiant, apertè Hieronymus scribit in epistola ad Heliodorum, & in epistola ad Euagrium, id est, 1. & 85. num. Postquam typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis comederat,assumit panem,qui confortat cor hominis, & ad verum paschæ transgreditur sacramentum: Vt quomodo in præfiguratione eius Melchisedech summi dei sacerdos, panem & vinum offerens faceret, ipse qxoque veritatem sui corporis,& sanguinis repræsentaret,6.to.129.e. 130.d. Dupliciter verò sanguis Christi, & caro intelligitur:vel spiritualis illa,atque diuina, de qua ipse dixit:Caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus. Et nisi manducaueritis carnem meam,& sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam. Vel caro, & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea, 6. tom. 365. c. & 366. d.

Habent hæretici in sacramentis panem & vinum & oleum, & omnem cibum:sed sacramenta eorum quasi panis luctus,omnes qui ea tetigerint, contaminabuntur, 5. to. 514. f. & declinaui ad eos, deserens regna cælorum, vt cum eis vescerer, assumpta forma hominis: siue dedi eis esum corporis mei: ipse & cibus,& conuiua, 5. tom. 155. b. & non solum domos hæretici ædificant, verùm etiam amantissimas quoque ac desiderabiles plantant vineas, vt Christi mysteria mentiantur, sed non bibent ex eis vinũ,nisi quod est furor draconum insanabilis.

Eucharistiæ sacramentum falsis mysteriis hæretici imitantur, 5. tom. 128. f. & 129. a. verum enim Eucharistię panem non comedunt, 5. tom. 294. d. sanguis eius verus est potus, iuxta, ἀπογωγὴν,hoc solum habemus in præsenti sæculo bonum, si vescamur carne eius, & sanguine potemur, non solum mysterio,sed etiam in scripturarum lectione, 5. to. 24. f. & 25. a. plantabunt quoque vineas cum Noë,& bibent vinum earum, & inebriabuntur, & audient à domino saluatore: Bibite amici mei & inebriamini.

Eucharistiã non solùm sacramentum, sed etiam sacrificium esse, 4. tom 655. a. 5. to. 519. c. vide suprà, corpus Christi.

εὐχάριστος,5. to. 415. a.

Eucherius Lugdunensis Episcopus, 7. tom. 9. c. tempore D. Hieronymi vixit, 7. tom. 13. b. in Psalmos allegatur, 7. tom 53.b. quænam scripserit, 9. to. in catalogo illustr. viror.

Eucles Rhodius, 4.to. 1162.f.

εὐδοκίω & εὐδοκίᾳ, 6.to. 365.c.

Euge irridentis & subsannantis particula, 8. to. 144.f. 146.c. in bonum & malum, sumitur, ibid.

Eugenius, Carthaginiẽsis Episcopus,quæ scripserit contra Arianos,9.tom. in catalogo illustr viror.

Euilmerodach, filius & successor regni Nabuchodonosor, 4. to. 1125. c.

Gens vnaquæque vel bonum, vel malum habet, quod alia non habet,6.tom.292.f. gentes omnes, id est,totus mundus,7.tom.145.b. gentes , antequam idola eorum multicarentur , deum naturaliter nouerant, 7.tom. 48.f. gentes & Iudæi quadrifariam diuiduntur,6.tom.379.a. gentes nullæ sunt,quæ naturaliter nō intelligant creatorem suū, 7.tom. 287.c. gentes omnes simul congregatæ sunt,ac tribus collectæ, 4.tom. 311.c. gentes omnes incircumcisæ sunt carne : filij autem Israël incircuncisi sunt cordibus suis,4.tom.365.c. gentes cunctæ ad deum venient , 4. tom. 229. a. gentes cohæredes sunt Israëli, vel potiùs Christo , 6. tom. 386.c. gentes non statim omnes crediturae , sed paulatim per partes, 4.to. in cap.45.Esaiæ. eas in oliuam patriarcharum insitas,8.to.in cap. 11. epist. ad Rom. gētium est adire Chaldæos, ariolos,aruspices,diuinos,fortilegos,& oracula dæmonū , quibus errori eorum illuditur,4.tom.861.c. gentium populus quōdam desperatissimus,superbus, elatus, immūdus,sanguinarius,idololatra, ignominiosus, nec in lege naturæ,nec dei,nec humano timore alligatus,6.tom.163.b. gentium omnium mōstratur salus,4.tom.327.b.c. gentium peccata deleta sunt,& cur,4.tom.584.f. gentium multitudo synagogæ præfertur,4.tom. 381.a. gentium cōmunio,6.to.167.c.169.a.

Gentilium populus non erat in viis, sed in exitibus viarum,6.to.104.d.

Genus fœminium pro neutro vsurpāt Hebræi, 5.tom.49.a. generis nobilitas quatenus consideranda,9.tom.epist.1. de virginitate , pagina quarta ante finē. de ea nō est gloriandum, 9.to. epist.14. de laude virginitatis,vna pagina ante finem.

Genua tribus diei horis deo flectenda , 4. tom. 1132.d. genua in Pentecoste non flectuntur,6.to.


ad finem




ad finem proœmij in epistolam ad Ephesios.

Geometræ fuerunt exploratores à Iosue missi,4. tom.1047.a. geometræ in puluere lateruculi lineas radio describunt,4.tom.747.b.

Geometria in sua scientia continet veritatem:sed scientia pietatis non est,6.to.441.a.b. geometria, philosophorum propria,4.to.1047.a.

Gerara,seu Gerari Ægyptiæ solitudini proxima, 5.tom.246. e. Gerara fuit metropolis Palæstinorū, in qua natus est Isaac:ab ea regio Gerara dicta: terminus Chanaā ab australi ora, inter Cades & Sur, hoc est,duas solitudines posita: quarum vna Ægypto iungitur,quam transito mari robro petit:altera verò Cades, vsque ad eremum Saracenorū protenditur.

Gerasa Arabia, 5. tom. in cap. 1. Abdiæ , sub finem.

Germanicus Cæsar Arati Phœnomena transtulit,6.tom.449.c.

Geruasij & Protasij reliquiarum veneratio, 9.to. epist.7. de viro perfecto circiter medium.

Geruntius exhæredauit filias propter Christum, 9.to.epist.3.ad Geruntij filias.

Gessen,Ægypti regio,vbi peregrinatus est Israël, 4.tom.367.a.

Gessemani,locus,vbi comprehensus est Christus, interpretatur,vallis pinguedinis,4. tom.655.c.

Gessemani interpretatur,vallis pinguissima, 6.t. 131.a.& 109.c.

גיא שמנים pinguium , propter tauros pingues, qui circumdederunt dominū,Scribas & Pharisæos, qui eum ibi comprehenderunt, 4.tom. 102. a.

Sunt eruditi,qui potiùs legendū putant גת שמני quoniam γεθσημανὶ legatur Matthei x x v i. vocémque Syriacam,non Hebraicam esse contendentes, pecuaria butyri ea lingua interpretātur , גת pecuarium,siue possessio,שמני ,butyrum. Verùm Syriacū euangelium legit,sicut Hieronymus ait.

Geth, Palæstinorum ciuitas, 5.to.259.b. in qua est torcular diaboli,5.to.215.b. interpretatur torcular, 5.to.333.b. vna ex quinque Palæstinorum vrbibus, vicina Iudææ confinio,inter Gazam, & Eleutheropolim siue Diospolim , nunc vsque maximus vicus:ex qua fuit Goliath ille Gethæus , quem Dauit occidit in prælio , 5.to. 332.d. cùm in malam sumitur partem,torcular venenorum,& hæresim notat,5.tom.623.a.b. Geth in Opher viculus, ex quo Ionas propheta excitus est , in secundo Sephorum milliario,quæ hodie appellatur Diocæsarea Tiberiadem euntibus: in quo prophetæ sepulcrum adhuc monstratur,5.tom.332.d.

Giezi , auaritiam secutus , lepra suffusus,6.tom. 155.a.

Gigas verus Nembrod,diabolus,8.to. homilia 3. in cantica canticorum sub finem. gigas in bonā partem,Christus,Psal.180.4.to.26. gigantes, terrigenæ vocati,quòd ex terra sint geniti, 4.to.146.f.

gigantes inmundi spiritus interpretantur, 8. to. 236.c. dicuntur cadentes,4. tom. 209.c. gigantes appellat scriptura diuina,homines superbos,rebelles,& contumaces,8. tom. 71.a. gigantes , rebelles dei sunt, 4.tom. 138.f. gigantes sub aquis gemunt,quid sit,8.to. 71.a.b. gigantum corpora dominus in pœnas detrahet sempiternas , 4. tom. 212.d. gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ , 7.tom.104.d. gigantes significant homines superbos , rebelles , & contumaces , 8. tom. 71.a.b.

γιγαντομαχία,5.tom.247.c.

Gimel,plenitudo interpretatur,8.to.271.c.

Gioras quid sit , & vnde dictum , 4. tom. 144.f. 145.a.

Gith,quod gentis seminis,4. tom.229. a. gith excutietur in virga, 4.tom. 230.c. gith per tropologiam expositum,4.to.229.c.

Gladius,quo est omnis caro iudicanda , 4. tom. 492.f. gladius, quo vulnerati sunt plurimi, & interfecti, 4.tom.150.e. gladius meus ebriatus est in cælo,5.tom.544.f. gladius domini inebriatus in cælo,ad terram descendet,4.tom.495.b.c.5.tom. 92.f. in medio mittitur peccatorum, 4.to.362.f.

deuorāuit à termino vsque ad terminum , 4. to. 565.b. est viuens,& efficax sermo dei , 4. to. 960. e.f. gladius spiritus,id est,verbum dei,4.to.371.c. 6.to.430.e. gladius spiritus sancti nobis induendus,7.tom.59.c. gladius dei diuisit filium à patre,filiam à matre, & nurum à socru, 7.tom.140.f.

gladium qui sumpserit,gladio peribit,6.to.133.c.

gladius peccatorum,quis,7.tom.118.f. gladius durus reliquos in terra perdet,4.tom. 214.d. gladius biceps de ore saluatoris exiens,4.tom. 214.e.

gladius ecclesiasticus,4.tom.973.a. gladij sanctorum ancipites,7.to.427.c. gladij mutabuntur in vomeres,4.tom.16.d.

Glacies egressa ex vtero,8.to.cap.38.Iob.

Glareæ,officia sunt Tartarorum, 8.tom. in cap. 21. Iob.

Glebæ sancti spiritus,8.tom. 80.f.

Gloria quid sit,& longa de ea narratio , 6. tom. 346.d.e. gloria bona,& gloria mala,346.d.e. gloria inanis & vana, ibid. gloriam ab hominibus non quærendam Christus docuit,9.tom. epist. 20. de vera circumcisione:hanc calcare fortissimi est animi,9.tom.in regula monachorū,cap. de paupertate,sub finem. gloriā qui ab altero quærit, mercedem suam recipit,6.to.346. d.e. gloria fideliū, est inuestigare verbum dei,8.to.in cap.15. Prouerb.

gloria domini quibus manifestatur hominibus, 6.tom. 155. b. gloria Christi in quo consistat , 9. tom.249.b. gloria filiæ Israël decaluata est, 5. to. 337.b. gloria filiæ regis intrinsecus,5.tom. 243.c.

gloria credentium est,7.tom. 338.f. gloria iusti non erit irrita, 4.tom. 198.f. gloria legis quo pacto per gloriam Euangelij euacuetur,8.to.521.c.

gloria vitæ futuræ , præsentis vitæ incommodis comparatur,9.to.91.b. gloria beatorū comprehēdi non potest,9.to.681.a.b.c. gloria patri & filio, &c.cur dicatur in fine Psalmorum, quis instituerit, 9.to.598.b. gloria infinita debetur beneficiis infinitis,8.to.550.d. gloriæ gradus sunt quidā inter iustos in cælo,sicut inter peccatores in inferno , 9. to.93.c. gloria inanis in quo consistat,8.to.565.a.

gloria non ab hominibus,sed à deo quærenda, 6. to.346.e. gloria per ironiam,id est ignominia,4.t. 111.c. glorię inanis cupidi quinam dicantur, 8.to. 565.a. gloria carnalis fœno comparatur,7.t.116. f.

gloria mundi, fœnū & flos agri,7.to.161.c. gloria mundi cum mundo peritura,6.to.9. b. gloria Assyrij consumetur,4.tom.83.c.

Gloriatio arrogans à deo punitur,4.to.1124.f.

Gnatones dulces præsusurrant illecebras, 9. to. 104.c.

γνησιώτικνοι, 6.tom.442.d.

γνάθεις τὲ ἀνδρώδεις ἐσιασιλὶ ἐπ᾽ ἀυτὸν,5.tom.50.f.

Gnostici hæretici veluti cæteris doctiores , & eruditiores essent,hoc nomine obscœnę execrandęque belluæ illæ se appellabant : qui in tantam vesaniam eruperūt, vt in cœna Domini promiscuè miscerentur, & pro corpore Domini offerrent & sumerent ea quæ referre pudet, vt auctor est Epiphanius : Scripturam ad alphabeti litterarum normam exponerent : Dauidem & illius diuinos psalmos reiicerent: & eorum loco reciperent libros aliquos à se confictos , euangelium Philippi Apostoli nomine, Adæ reuelationem, Pauli Apocalypsim, item de stirpe Mariæ,& Saluatoris infantia , Spiritū sanctum Christi matrem esse insuper dicentes. De his putō Hieronymū intelligere,dum scribit: His verbis abuti solet immundissima hæresis apud simplices quoſque atque deceptos , vt errorem faciat nouitate sermonem : quod scilicet qui hæc verba cognouerit,& in coitu eorum meminerit, absque vlla dubietate transeat ad regna cælorum. Vide Esaię cap.28. 4.tom. 224.e.f.

Goatha quis locus,4.tom.364.d.

Godolias,filius Ahicam, 4.tom. 238.f. fuit Sophoniæ prophetæ auus, interpretatur , magnitudo domini,5.tom.463.c. occisus, 5.tom.566.f.

Gog,quæ gentes, 4.to.997.c.998.f.999.a. Gog & Magog,nationes sæuissimæ,5.to.193.c. gentes inimicæ,aduersariæque sanctorum,egrediuntur ab angulis terræ,4.tom.999.a. Gog,gentes ab Aquilone venturæ,4.tom.250.f. Gog cum omni exercitu suo, quasi tempestas, veniet, quasi nubes, vt operiat terram credentium , 4. tom. 1000. e. Gog Græco sermone σκέπη , Latino tectum dicitur, 4.to. 998.d. Gog & ipse habet trinitatem suam, Bos, Mosoch , & Thubal , 4. tom. 1003. c. Gog gens bruchi multitudini infinitæ comparata, 5.to.267.a.

nullum est vitium,quod non in Gog possessione consistat,4.tom.1003.c. Gog non habet pluuiam voluntariam , non imbrem temporaneum & serotinum , &c,4.tom.1000.e. Gog crescet regnum, 4.tom. 1001.c. Gog sepulchrum non erit in montibus,sed in depressis vallibus, & in confragosis locis,4.tom.1005.a.b. Gog,hæreticorum princeps, 4.tom.1002.f.

Golgotha interpretatur,caluaria , 6.tom. 195.a.

Goliath , quem Dauid occidit in prælio , fuit de ciuitate Geth,5.tom.332.d.

Gomer,Galatarum regio;4.tom.997.b.

Gomer meretrix,tres peperit liberos,5.tom.85.c.

Gomor,quod mensuræ genus, 5. tom.99.c.4.to. 1069.c.

Gomorrha & Sodoma rerum abundantia perierunt, 5.tom.128.e. Gomorrha igne diuino deleta, 4.tom.670.f. Gomorrha sic subuersa, vt non habitabitur in æternum , 4.tom. 100.d. Gomorrhæ populus,4.tom.10.

γομφιασμὸς, 5.tom.237.c.

γονόῤῥοισι, id est, fluxum seminis sustinentes,4.to. 768.d.

Goza,flumen,5.tom.144.c.

Gradus psalmorum,7.tom.429.b.

Græcia, Hebraicè Iauam, 4.tom.494.f. Quòd originem ea gens habuerit à Iauan filio Iaphet , & Noë nepote : de quo Genes. 10. cap. Inde apud Græcos Iones , & Ionium mare , ibidem. Græcia maior erat ea pars Italiæ , quæ quondam à Græcis occupabatur, 6.com.297.b.c. Græcia interpretatur,est,& non est,& cur,4.tom.917.b.920.f.

Græca multa verba sunt , quæ in Latinum transferri non valent , 6.tom.369.c. Græcus generaliter gentilem,& ethnicum significat,6.tom.308.d.

Græci sapientes suam scientiam à Salomone acceperunt,8.tom.290.e. Græci leues, 6.tom.292.f.

Græci acuminis in occidente sæpe reperiuntur ingenia,& cur,6.tom.297.c. Græco sermone omnis loquitur oriens,6.tom.299.b. Græcorum sermo & lingua latior, & felicior Latina,6.tom.362.f. 364.e. Græcorum tanta ruina , vt prædæ sint , ac detorationi suis inimicis , 5. tom. 576. d. Græci quibus locis & vrbibus originem dederint, 298.c.

Græcus pro gentili ponitur,6.tom.308.d. Græcis historicis non semper credendum, 4.tom.in ca. 26.Ezech. Græco sermone omnis oriens loquebatur,5.tom.299.b.

Grammatica habet in sua scientia veritatem, sed non est scientia pietatis , 6..tom. in cap. 1. epist. ad Titum. grammaticæ regulas propter simplices interdum seruat Hieronymus , 4. tom. 1015. b. c.

grammatici negligendi quatenus sensus scripturæ fiat notior,8.tom.352.f.& 353.a.

γράμμ᾽,id est,linea,4.tom.747.b.

γραμματεὺς, 6.tom.26.d.

Grandine castigatio diuina monstratur , 7.tom. 230. f.

Granicus fluuius, apud quem Darium superauit ac trucidauit Alexander,4.tom.1143.a.

Granum frumenti Christus quomodo fructificauerit, 7.tom.191.b. granum frumenti moritur, vt multiplicius colligatur,6.to.174.f. grano sinapis simile regnum cælorum, 6.tom.79.a.

Gratia sancti spiritus septiformis , 8. tom. 10.f.

gratia spiritus sancti cuncta possidet , 4.to.36.e.

gratię diffusio in scripturis sanctis,est gratia spiritus sancti, 7.tom.140.e.f. gratia quam credentibus dat Christus,non secundum opera,sed secundum misericordiam, bonitas dicitur: Et quia retribuit vnicuique secundum opera sua, appellatur iustitia, 6.tom.417.a.b. gratia superabundat, vbi abundauit iniquitas,6.tom.33.b. gratia spiritus,pro spiritu ipso,8.tom.427.b. gratia & veritas per Iesum Christum facta sunt, 5.tom.541.c.6.tom.327.b.

gratia scientibus non est,5.tom.59.c. gratia salutis sumus per fidem , 7.tom.147.c. gratiam dei in vacuum quinam recipiant,8.tom.528.e. gratiā Dei non potest sortiri quispiam si non habeat spiritum sanctum,6.tom.488.f. gratiæ in ecclesia diuersæ,5.tom.15.b. gratis , dupliciter intelligitur, 7.tom.326.f. gratiæ quomodo , & quibus de rebus deo sint agendæ, 6.tom.420.e. f. 421.a. gratia baptismi duplex,9.tom.179.c. gratiæ lux,quæ desuper venit , spiraculum hominis præstat ad vitā, 4.tom.687.a. per gratiam bona ac meritoria opera consequimur,4.tom.in cap.11.Esa. non ob merita,sed ob gratiam,& fidem Christi,deo reconciliati sumus,4.tom.in cap.16.Ezech. sub finem. Sed ne dicerent, patres nostri suo merito placuerunt, ideo tanta sunt à domino cōsecuti, intulit Hieronymus, non meritis datum,sed quia ideo sit deo placitum, cuius est gratuitum omne,quod præstat,4.to.690. d.e. si non sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā,quæ reuelabitur in nobis, gratia

magis sum°, quàm opere, saluati: nihil enim possumus domino retribuere pro omnibus, quæ retribuit nobis, 6.tom.376.e.f. non quod liberum hominis tollatur arbitrium, & secundum illud Apostoli ad Romanos, non sit currentis, neque volétis, sed miserentis dei: verùm quod arbitrij ipsa libertas deum habeat auctorem, & ad illius beneficium cuncta referantur, cùm etiam bonum nos velle ipse permiserit. Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur à semetipso, & nõ à deo se esse saluatum, 6.tom. 376. f. reddidit causas quare gratia saluati sumus per fidem: & hoc ipsum non ex nobis, sed ex munere dei, dicens. Ipsius enim factura sumus. Hoc est, quod viuimus, quod spiramus, quod intelligimus, & credere possumus, ipsius est: quia ipse conditor noster est, 6.tom.376.f. dum gratia non merito aut operibus nos saluatos ait: salutis nomine in adultis scilicet non æternæ beatitudinis consecutionem, sed primam illam infidelis hominis ad fidem, vocationem, conuersionem, iustificationémque intelligit: Hoc enim gratia dei nullis priùs existentibus meritis incipit, & operatur: homine tamen consentiente, & ad oblatam gratiam susципiendam se preparante: Quando nec gratia sine homine, nec homo sine gratia id cõficit: vt Hieronymus asserit, & Tridentina synodus rectè sess. 6.cap.6. definiuit. Congruit hoc in sententiam Pauli: qui cum ait, apparuisse gratiam Saluatoris nostri dei, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: Christi in terras descensum, euangelij prædicationem, & vocationem ad fidem, gratiæ nomine ille intelligit: Volens tantùm ostendere gratiam priùs esse quàm bona opera: ab eáque opera incipere, non illam ab operibus inchoare: salutísque nostræ initiũ, & auctorem, deum esse, non nos: ita vt vera sit illa Ambrosij sententia: sine meritis peruenitur ad fidẽ, ex qua nascuntur merita. Et ponetur in ea murus, & antemurale: murus bonorum operum, & antemurale rectè fidei: Non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur, 4.tom.204.e. Ille ingreditur portas domini, qui custodit iustitiam in bonis operibus, & seruat siue amplectitur veritatem in fidei veritate: vt per bona opera, & fidem perueniat ad pacem: quæ omnem sensum exuperat: & ipsam pacem mereatur accipere, quia credidit in deum, qui æternus bonorum operum retributor est: Vnde & in alio loco scribitur: Desiderasti sapientiam: serua mandata, & dominus tribuet tibi eam, 4.tom. 204.f. In nostra ergo posita est potestate, vel facere quid, vel non facere: ita duntaxat, vt quidquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad dei gratiam referamus: qui iuxta Apostolum dedit nobis, & velle, & perficere, 4.tom.632.d. Ergo idipsum quod agimus pœnitentiam, nisi dei nitamur auxilio implere non possumus, 4.tom.656.a. Vide, quantum sit auxilium dei, & quàm fragilis humana conditio: vt hoc ipsum quod agimus pœnitentiam, nisi nos dominus antè conuerterit, nequaquam implere possumus, 4.tom.656.a. quod autem ait, dedi enim cui placuit in oculis meis: ostendit, quòd omnia humano generi per gratiam sint tributa, 4.to.636.f. nisi dominus adiuuerit scientiam, in vanum laborat, qui se putat esse sapientem, 4.tom.235.c.

Agricolæ quoque, quorũ vnus loquitur, dei agricultura estis, dei ædificatio estis: & in eodem loco, dei cooperatores sumus: operiunt caput suum, & confunduntur: intelligentes sine dei gratia, & adiutorio frustrà se tendere, 4.tom.572.d. & hoc dicimus, non quòd ignoret deus hoc, vel illud, gentẽ, aut regnum esse facturum: sed quòd dimittat hominem voluntati suæ, vt vel præmia, vel pœnas sua voluntate, & suo merito recipiat. Nec statim totum erit hominis quod euenit: sed eius gratię, qui cuncta largitur. Ita enim libertas arbitrij reseruãda est, vt in omnibus excellat gratia largitoris; iuxta illud propheticum, Nisi dominus ædificauerit domum, & cetera, 4.tom.593.c. quod autem dixit de ficis bonis, Dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum dominus: illi simile est Apostolico: deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Quòd non solùm opera, sed & voluntas nostra dei nitatur auxilio, 4.tom.623.a.b. si credentium multitudo negligens fuerit, & culturam pristinæ religionis amiserit, nec attulerit fruges virtutum, nec vinum fecerit, quod lætificat cor hominis: æternis tradetur ardoribus, & in nihilum reputabitur. Seruus enim, qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multis. Tale quid & dominus loquitur in euangelio secundum Ioannem: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnis palmes qui manet in me, & non facit fructum, tollet illum pater. Et omnis qui affert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sin autem Saluator vitis est, & nos palmites: & deus pater agricola: quamdiu dei præcepta seruamus, semper extollimur: & cultura nostra purgatio est. Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis dei. Quòd si afferẽtes fructum, purgamur à patre, vt fructus ampliores afferamus: ostẽditur omnem nostrum conatum adiutorio dei peruenire ad fidem, & fructum facere plenitudinis. Qui autem palmes fruges non fecerit, tolletur à patre. Et cùm sublatus fuerit, quid de eo pater faciat, scriptura non dicit: nisi fortè separatio à Christi corpore, pœna perpetua est, & interitus, 4.tom.in cap.1.lament.Hierem. quamuis propria voluntate ad dominum reuertamur: tamẽ nisi ille nos traxerit, & cupiditatem nostrã suo roborauerit præsidio, salui esse non poterimus, 4.to.521.a. ego, inquit, aperui os meum: quia mihi dictum est, Aperi os tuum, & comede. Et aperto ore dominus largitus est cibos: vt initia voluntatis in nobis sint, & perfectionem beatitudinis à domino consequamur: non est enim volentis, neque currẽtis, sed miserentis dei. Attámen, & velle, & currere, nostri arbitrij est, 4.tom.741.b. & est sensus: Meis beneficiis, meáque incredibili largitate, ad reginæ vocabulum peruenisti: ita vt de te omnium gentiũ sermo loqueretur, & esses non tuis meritis, atque virtute, sed mea liberalitate perfecta. Nisi enim dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerũt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilabit qui custodit eam. Qui plantat enim, & qui rigat, nihil est, nisi dominus dederit incrementum: quia non est volentis, neque currentis, sed miserentis dei. Vt postquam omnia fecerimus, dicamus, Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus: non quo ex beneficentia dei liberũ homini tollatur arbitriũ: sed quo ipsa libertas dñm habere debeat adiutorẽ, 4.to.821.c. primùm ergo pacẽ mereamur dei, & post pacẽ nobis gratia nascitur: quæ nõ in possidẽtis, sed in arbitrio donantis est. Defert autẽ emptionem gratia dei, illi qui in sublimibus collocatus est: vt quãuis videatur excelsus, tamen gratia Dei indigeat, 4. tom. 665. c.

Per gratiam autem nec liberum arbitrium tolli, nec opera ad salutem necessaria negari, aut infirmari, sed iuuari potius, ac roborari: qui latiùs quàm hic audierit, noscere à Hieronymo cupit, legat suprà, Arbitrium liberum, & infrà, Opera. Iuncta sunt enim simul hæc omnia, nec vnũ plenè sciri potest, nisi alterius notitia habeatur: Alterum enim per alterum eluceſcit. Ipsáque gratia præuenit tantùm opera, non illa tollit: Adolétque (vt Prosper inquit non abolet liberum hominis arbitrium) sine quo belluæ potius essemus quàm homines.

Gratianus Imperator proditus à suis militibus, 9.tom.196.d.

Grauis populus dicitur christianus, 7.to.112.e.f.

Gregorius, vir sanctus, Ponti episcopus, & Origenis auditor, metaphrasin in Ecclesiasten scripsit, 5.tom.32.e.

D. Gregorius Nazianz. vir eloquentissimus, & apprimè in scripturis eruditus, 6. tom. 425.b. D. Hieronymi præceptor, 4.tom.49.c.9.tom.731.a.

Gressus hominis à Deo dirigi, 7.to.119.c. gressus Dei, gesta Christi, 9.tom.in symbolo Ruffini.

Greges sodalium, gentes cunctę sunt, 8.tom.homilia 1.in cant.cantic. gregem suum, monachos vocat D.Hieronymus, 4.tom.in cap. 58.Esaiæ.

Grossi ficorum, 5.tom.in cap.3.Zacha.

Grunnius Corocotta miserabilis, qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguámque suam docuit mẽdacium, 4. to.610.d.e. Grunnius, id est, Ruffinus, 4.tom.501.& 502.e.f. Grunnianæ calumniæ sectator, 4.tom.641.c. Grunnianæ factionis hæredes, 4.tom.971.a.b.

Gubernacula intelligens acquiret, 8.tom.in homilia 1.in cant.cantic.

Gula & libido duo sunt vitia homines sui voluptate decipientia, 9.tom.16.a.

Gulosus ventrem colit, 5.to.219.c. gulosi deus, est venter, 5.tom.162.f.

Gustare Deum, quid sit, 7.tom.106.f.

Gutta contra venenum accipitur, 7. tom. 141.c. gutta congregabitur populus Iacob, 8.tom. hoc milia 1.in cantic. cantic. sub finem. gutta dicitur Christus, sicut & lapis paruus, & gutta exinanita, deitatis in Christo forma, 8.tom.homilia 1.in cant. cantic. sub finẽ. gutta reputatæ sunt gentes, ibid.

guttæ alligatura est dogmatum constructio, ibi.

Guttur pro loquela ponitur, 8.t.in cap.23.Prou.

guttur vocem prædicationis significat, 8. tom. 177.c.

Gymnesiæ insulæ, vocãtur Baleares, 6.to.297.b.

Gymnosophistæ, Æthiopum philosophi, 4.tom. 804.d. Indorum sapientes, 5.tom.413.a. sic dicti, quòd nudi philosophãrẽtur: de quibus Plinius, & cæteri scriptores veteres. Accessisse ad eos Apollonius Thyanæus proditur, conuentósque ab Alexandro magno, dum Indiam subiugaret.

γυνὴ σχαρσωὸς, 6.tom.415.a.

γυνὴ tam vxorem, quàm mulierem significat, 6.to. 310.d.

γύμνωσις, 4.tom.119.c.

## H

HAbacuc interpretatur, περιλαμβάνων, id est, amplexans, siue luctans, 5.tom.177.b. & 415.b. hic eo tempore vixit, quo duæ tribus captę sunt, 5.tom.416.f.& 417.a. cum prandio ad Danielem mittitur, ibid. corpore in Babylonem translatus, 4.tom. 744.d. contra Babylonem & Nabuchodonosor prophetiam texuit, 5.tom.404.f.& 405.a.

Habentí dabitur, exponitur, 6.tom.161.b. habet plurimum, qui nullius indiget, 8.to.in cap.6. prioris ad Corinth.

Habitat in homine solus deus, cætere artes habitant vt accidentes, non vt substantiæ, 6.tom. lib.2. Didymi, de spiritũ sancto, in principio.

Habor fluuius, 4.tom.271.b.

Hadrach regio, 5.tom.415.c.& 569.b.c.

Hadrianus Imp. philosophiæ artibus eruditus, 4.tom.19.b. Hadriani equestris statua, vbi templũ erat, & religio Dei, 4.to.20.d. quæ in sancto sanctorum loco vsque in præsentem diem stetit, 6.to. 116. d.

Hędus in Paschate immolabatur ab eo, qui agnũ non habebat, 4.tom.in cap.43. Ezech. qui primo mense agnum nõ immolauit, secundo hædum offert, ibidem. quia mysticè hoc accipitur, vide annotationes Reatini. Hædum comedit secundo mense, qui agnum primo comedere non potuit, vide annotationes Reatini. Hædi à sinistris, Iudæi & impij: sicut agni, gentiles & iusti ad dexteram, 4.tom.476.f. Hædi duo, qui apud Ezechielẽ immolabantur, Iacobus & Stephanus, qui primi pro Christo occisi sunt, 4.tom.in cap. 43.Ezech. Hædi lasciui, & inquieti, sunt sensus, 8.tom.homilia 1. in cant.cantic.circiter medium.

Hæmorrhousa, quæ totam in medicos perdiderat substantiam, ecclesiam de gentibus congregatam figurabat, 7.to.318.e.f. hæmorrhousa ægrotare cœpit, quando Archisynagogi filia nata est: qua mortua, sanata est illa, 4.tom.in cap.65.Esaiæ, sub finem. quid hac in re mysterij latere Hieronymus suo illo diuino ingenio asserat, vide annotationes Reatini.

Hæredes & cohæredes qua ratione dicantur, 7. tom.244.d. quales bonorum relinquantur hæredes, 8.tom.212.d.

Hæreditas mortem præsupponit, 7.tom.244.d. non exigenda coram iudice sæculi, 9.tom. epist. 3.ad Geruntij filias, in principio. hæreditates sacerdotes captãtes arguuntur, 4.to.in cap.46.Ezech.

hæreditas nostra in Christo, 6. tom.362.e.f. & Christi hæreditas, ecclesia est, 6.tom.in cap.13. Mat. sub finem. hæreditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit, 8. tom. 233.c.

hæreditatis testimonia mysticè, 5.tom.in cap.4. Zachariæ.

Hæresiarchę sunt hæreticorum principes, qualis fuit Marcion, Basilides, Arrius, & Eunomius, 5.to. 373.c. hæresiarchæ sunt antichristi, 6. tom. 115.a.

hæresiarchæ suas habent aquas, quibus imperãt, & quæ ex eorum fonte primùm manarunt, 5.tom. 393.b.

Hæresis definitio, & etymon, 6.to.342.d.466.e. est scientia falsi nominis, 4.tom.998.d. ab electione nomen habet, 6.tom.342.d. dicitur litigiosa mulier, 8.tom.229.b. ipsius auctores, anguli, ligna, sylvæ, 8.tom.in cap.40.Iob. hæreses, sarmenta sunt iuxta vitem catholicorum, 9.tom.47.de pastoribus pagina, 4. à principio. hæresis propter gulam, ventrémque construitur, 4.tom.519.b.

hæreses, sunt opera carnis, 5.tom. 294.e. 6. tom. 342.d. hæreseos & schismatis discrimen, 6. tom. 466.f. hæresium origo, 8.tom.494. d. hæreses vnde, vt plurimùm nascuntur, 6. tom.335.c. hæresis nulla, nisi propter gulam ventrémque cõstruitur, 4.tom. 519.b. hæresim nullus struere potest, nisi qui ardentis est ingenij, & habet dona naturæ, 5.tom.144.d. hæresis vna in plures semper diuiditur partes, vt proprios abducãt greges, ac domos syluestres habitacula bestiarum, 4.tom.914.f. cõciliabula malignantium ędificauerunt, 4.tom.186.f. veritatem & pudicitiam relinquunt, & incendunt Baalim, 5. to.94.f. hæreticus colit dogma, quod finxit, 5.to. 174.e. hæretici adorant idola, quæ de suo corde finxerunt, 5.to.105.c. idola diuersa de suo corde fingunt, 4. to. 293. c. sculptilia, & idola sibi conflant, 5.t.438.e. quidquid colũt, idolũ est, 5.t.164.f.

sacrificant super lapides, 4. to.470.e. statuam auream faciunt, & cadentes adorãt & adorare persuadere volunt, 4.to.1114.e. multas immolant hostias, & comedunt carnes earum, vnã Christi hostiã deferentes, 5.to.134.e. multa sibi altaria fabricati sunt, 5. to.134.d. in malitia operum suorum lætificant regem diabolum, & in mendaciis peruersorum dogmatum principes, 5.to.123.c. oderunt ecclesiã, 7.to.57.c. primùm quiescunt in ecclesia, & loquuntur occultè & omnia pacifica reprommittũt, vt cãcer paulatim serpat in populos, 5.t. 123.c. per interpretationes iniquas deo detrahũt, 7.to.210.f.

quasdã scripturas probãt, & quasdã reprobãt, 5.t. 261.b. volũt cõtaminare testamentũ dei, 7.t. 166.f.

quidquid loquuntur, mendacium est, imò negatio, 5.to.159.c. quidquid loquũtur, est vlulatus dæmonum, & philosophorum, 4.to.144.f. vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, 7. tom. 40.c. quidquid loquuntur in ecclesia, siue extra ecclesiam, loquuntur in dæmonibus, 4.tom. 614.c.

quidquid loquuntur, iniuria est, ac dei odio dignũ, 5.to.263.b. eloquẽtia, & sophismatibus dialecticorum opprimere nitũtur veritatem, 5.t.225.c.

suis sophismatibꝰ & arte dialectica sæpe opprimunt ecclesiasticos, 5.to.115.c. simplicitatem, imperitiam arbitrãtur esse, 4.tom. 77. b. videntur amicitiæ habere verba, sed plena sunt veneno mortifero, 7.tom.399.a. in excelsum iniquitatẽ loqui præsumũt, 7.to.321.c. maximè gloriantur, quando ecclesiæ contumeliam fecerint, 4.t.138.f. ex scripturis sibi confsunt ceruicalia, quæ ponant sub ætatis vniuersæ cubito, 6.to. 276.f. legunt scripturas, sed insipienter intelligunt, 7.to.226.c. nõ habent dei euangeliũ, quia non habẽt spiritũ sanctũ: sine quo humanũ fit euãgeliũ, qp docetur, 6.t.276.e.

euãgelicã veritatẽ corrũpũt intelligẽtia praua, 4. t.11.c. in semetipsos sententiã ferũt, suo arbitrio ab ecclesia recedentes, 6.tom.466.f. assumunt testimonia scripturarum de veteri, & nouo testamẽto: & furantur verba saluatoris, &c.4.tom.619.a. sanctas scripturas malè intelligunt, atque peruertunt, 4.tom.222.f. instructi de scripturis sanctis, aduersum dominum legis, euãgelij verba vertunt, 5.tom. 129.a. contra ecclesiam certamina parant, 7.tom. 199.a. furantur sufficientia sibi, & quotidie de ecclesiæ gregibus rapere festinant, 5.tom.293.b. ecclesiã Dei despiciunt, & confidunt in falsitate suorum dogmatum, 5.tom. 278.f. ecclesiæ simplicitatem paruipendunt, fidem, imperitiam reputãtes, 5.tom. 292.d. omnes testimoniis diuinæ scripturæ abutuntur ad sensum suum, 4.tom. 1126.f. in doctrinis dæmonum, cauteriatam habentes conscientiam, applaudunt sibi, &c. 5.tom. 293.c. per dulces sermones deuorant domos viduarum, 5.to. 104.f. in omnium sophismatum dogmatibus sibi applaudentes, ecclesiæ rusticitatem cõtemnunt, & pro nihilo habent, 5.tom.482.f. arant sermone compositio, & protegunt, vel tacent impietatem, 5.tom. 151. c. pluunt malam doctrinam, 7. tom. 39.b. omnes absconduntur & operiunt mendaciorum suorum dogmata, vt sagittent in obscuro rectos corde, 4.to.1117.a. pluuiam doctrinarum tribuere non possunt, 4.to.576.c. doctrinarum suã, dei existimant lucem, 4.tom.232.f. falsis dogmatibus acquiescentes, læta sibi & prospera repromittũt, 5.tom.14.d. pacis vinculo dissipato atque corrupto, putant se tenere spiritus vnitatem: cùm vnitas in pacis vinculo conseruetur, 6.tom.395.c. verbis spumantibus tument, 5.148.c. superbia tumentes, incidunt in iudicium diaboli, 5.tom.239.c.

iniquitatis suæ matrem habent superbiam, 5.to. 111.b. non reuertuntur ad dominum, quem nequaquam requirunt, 5.tom.126.c. dormiunt, & lucem solis iustitiæ non cernunt, 5.tom. 125.b. habent sagittarios, qui frustra tendentes arcum, sagittam domini sustinere non poterunt, 5.tom.225.c.

vnitãtem scindunt, 7.tom.38.f. tunicam Christi scindere volunt, sed non possunt, 7. tom. 72.d.

vana promittunt, & propterea traditi sunt Satanæ, quia Christum pastorem non habent, quem sibi falso nomine repromittunt, 5.tom.578.e. sub nomine Christi, Christum blasphemant, & impugnãt, 8.tom.9.a. sub nomine Christiano, non intelligunt, nec de quibus dicant, nec de quibus affirmẽt, & attendunt spiritibus erroneis, 5.tom.578.e. feruntur prono eloquentiæ cursu, & præcipites, vt quemque obuium, & leuem inuenerint, secum trahant, 5.tom.452.d.e. sublimitatem sibi dogmatum repromittunt, & sacrificãt subter infructuosas arbores, 5.to.106.d. prima frõte doctrinã & scientiam promittentes, à deo deseruntur, 5.tom. 94.d. suo errore nunquam satiantur, nec cessant à fornicationis turpitudine, 5.tom. 105.c. laborẽ nimio quærendi ordinem aliquem & consequentiam suæ hæreseos sophismatis reperire conati sunt, 5. tom. 213. c. frustrà laborant, & affliguntur in studio scripturarum, 5.tom.66.d.e. frustrà deum inuocant, dicentes, Deus meus es, & cognouimus te, 5. tom. 130. f. quotidie antiquis operibus nouam addunt impietatem, 5.tom.123.b. miscentur gentibus, dum dei non custodiunt veritatem, & conuersi sunt in vasa contumeliæ, 5.tom.132.f. ventum seminant, 5.tom.132.d. volutantur in sordibus libidinum, stupris vacant: & quidquid loquuntur, & cogitant, se in laudem dei dicere putant, 5. tom.128.d. nihil differunt ab errore gentilium, 5.tom.126.d. dulcia pollicentur, quæ verturntur in amaritudinem, 4. tom. 817. b. ad deum non clamant in cordibus suis, sed vlulant semper in cõciliabulis, 5.tom.128.d. custodes mandatorũ dei: se esse mentiuntur, 5.tom.229.c. terrenam doctrinam suscipiunt, 5.tom.328.f. propter mentis superbiam, & falsorum dogmatum vanitatem, oblíti sunt dei sui, & finxerunt idola, & secuti sunt deos alienos, 5.tom.169.a. ad iracundiam semper prouocant clementem dominum, 5.tom.165.c. quædam sana etiam scripserunt, 9.tom.424.c. vinum Sodomorum bibunt, quod cum aspidum fèle calcatur, 5.tom. 135.c. non possunt fructus facere virtutum, quia dominum perdiderũt, 5.tom. 143.b.

hæretici & hypocritæ videntur quidem accipere baptismum, sed nescio an Christi habeant indumentum, 6.tom.307.c. despiciunt Sion, & confidunt sibi in mõte Samariæ, 4.tom.835.a. tantùm habent virtutum vmbram & imaginem, 4.to.42.f. gulæ se tradunt, ac deliciis: vescũtur carnibus: muſco fragrant, &c. 4.tom. 616. f. vano sermonum strepitu concrepantes, quærunt, quem inuenire nõ possunt, 6.tom.464.e. amicos se Christi esse dicunt: sed inimici efficiuntur eius, impugnãdo eius ecclesiam, 8. tom. 13.a. de rectitudine declinant ad peruersitatem, 7.tom.58.f. panem de cælo descendentem comedere non possunt, 4.tom. 660. f. 661.a. quasi triticum seminant, & spinas metunt, 4.tom.565.c. defecerunt, scrutinio scrutantes, 4. tom. 521. b. hæretici cùm sint impij, via eorum prosperatur, 4.tom. 563.a. in suis erroribus gloriantur, 4.tom.517.c. post multas fornicationes, & animarum deceptiones, simulant se ad pristinam reuerti veritatem, 4.tom. 517.a. nullam retinent veritatem, sed in vmbrarum similitudinem transeunt atque intereunt, 4.tom.470.f. conuersi sunt retrorsum, imitantes vxorem Lot, mutantur in statuam salis, &c. 4. tom.408.d. dicere solent, filij sumus sapientium, qui ab initio doctrinam nobis apostolicam tradiderunt, 4.tom.172.f. omnes vetus lacerant testamentum, 4.tom.168.e. deum videre se iactant, 4.tom. 77.b. cùm deorsum sint, cum principe suo excelsos se esse iactitant, 4.tom. 148.e. sibi cælestia repromittunt, & pollicentur ingentia: & tamen à dæmonibus conculcantur, 4. tom. 168. f. nolunt humiliter confiteri peccata, sed impudenter iactant iustitiam, 4.tom. 516.e. quasdam introducunt naturas, quæ non recipiunt sanitatem, 5.tom. 12.e. multiplicant sibi auaritiã malam, 5.tom.432.f. spiritu feruntur incerto, & habent alas milui, herodij, & vpupæ, 547.c. omni vento doctrinę circunferuntur, malitia fluctuãt, & falsis gurgitibus obruuntur, 5.tom.449.b. aduersum creatorem disputant, 5.tom. 391.a. turpis lucri cupidi, 6.tom. 449.a. corda vulnerant audientium, 4.tom.549.c. hominum animas noxiis & letalibus sensibus interficiunt, 8. tom. 67. a.

ædificant excelsa Baalim, dum de sublimibus disputare se dicunt, 4.tom. 597.b. totum animum turbant, ac tenebris erroris obcæcant, 4.tom. 725.b.
semper solent prospera polliceri, & cælorum regna peccatoribus pandere, 4.tom. 618.d.e. nunquam satiantur iniquitatibus suis, nisi de plebe dei, vel de ecclesia, quod possunt capere, inde satiantur, 7.tom.44.e.f. dicunt dulce amarum, & amarum dulce, 7.tom.38.e. deuorant populum christianũ, 7.tom.44.e. dominum circundant in mendacio, imò in negatione, 5.tom.159.c. sub nomine Christi, iuxta semitam ponunt laqueos, 5. tom. 139. a.
deuorant domos viduarum, & semper discunt, & nunquam ad scientiam perueniunt veritatis, 5. tom.163.a. semper nobis tendunt laqueos, 7. to. 401.e. nos à recta fidei linea exturbare nituntur, 7.tom.373.a. discordant inter se, 7.tom.38.f. ædificant sibi domum non magnam, nec ecclesiæ vbertate latissimam, sed paruulam: ædificant autem non cum iustitia, & iudicio, aliena diripere cupientes, 4.to.608.f. væ habent sempiternũ, quia recesserunt à deo, & loquuntur contra eum mendacia, impia falsitatis dogmata componentes, 5.to.128.d.
in contritione Tyri, atque naufragio suum sentient errorem, 4. tom.925.a. ad nihilum redigentur, 5.tom.91.a. ædificant ciuitatem in sanguinibus, 5.to.434.e. ore diaboli deuorati, 4.to. 222.e.
clamabunt in futuro iudicio, nec erit qui saluos faciat eos, 7.tom.60.f. quot in errore genuerunt filios, tot iugulat diabolus, 5.tom.141.c. pleniter maledictionem sunt accepturi, 7.to.356.e.f. dogmatum diuitias congregant in malum suum, 5.to. 36.f. nisi agant pœnitentiam, sicut Adama, & Seboin ponentur, 5.tom.157.c. apud Assyrios, principes suos, comedunt immunda, 5.tom.135.b. omnes pessimo dæmonum spiritu tenentur, 5. tom. 160. d. gehennæ ignibus concremandi, 6. tom. 58.d. videntur continentia, castitate, ieiunio, & quasi quadam pietatis se veste circundare: intrinsecus verò habentes animum venenatum, simpliciorum fratrum corda decipiunt, 6.to.21.c.22.d. neminem decipere possunt, nisi simpliciores, & paruos, 7.tom.198.f. non salutandi, 4. to.581.c. fugiendi post primam & alteram correptionem, 6.to. 67.b. hæreticorum terra erit in solitudinem, & in stuporem, 4.tom.626.d. eorum conciliabula, diaboli sunt foueæ, 7.tom.30.f. eorum vmbræ ad tempus prœualent, sed longo tempore corrumpuntur, 4.tom.554.f. hæreticorum moris est, vmbram de veritate trahere, 6.tom.191.c. eorum doctrina non in sensu, sed in multiloquio, & clamore versatur, 4.tom.183.c. eorum nullus est, qui non maledicat Christo, 4.tom. 578.d.e. hæreticorum os in cælum ponitur, & eorum lingua pertrãsit in terram, 4.tom.83.a. eorum mysteria vomitu & sordibus plena, 4.tom.223.a. hæreticorum alæ per huius sæculi mare volitant, & impietatem superant Ethnicorum, 4.tom.168.f. eorum omnes principes migrarunt ad synagôgam satanæ ab ecclesia Christi: & transierunt simul discordes in perfidia, in transitu concordes, 4.tom.184.d. eorum auferetur lætitia, & exultatio, 4.tom.161.b. hæreticorum caput non est Christus, 6.tom.421.c. eorum porta, est os, quo blasphemant, 4.tom.155.a. eorum omnis scientia destruetur, 5.tom.447.c. eorum generatio in tenebris est, quia lumen veritatis non possunt aspicere, 5.tom. 482.f. hæreticorum omnis cultus, est fornicatio, 5.tom. 107.c. panis, luctus est, & aquæ eorũ cœnosæ, 5.tom.91.c. conciliabula, 5.tom. 87.c. hæreticorum multitudo maxima, 5.tom. 87.b. numerus multus, 7.tom. 409.c. gladius omnes truncat populos, & vulneratos ad infernum deducit, 4.tom.963.c. hæreticorum princeps est diabolus, 4.tom. 963.c. eorum prophetas semper deus interficit, 5.to.119.c. hæreticorum corda diaboli igne succensa, vt in eis panes coquantur antichristi, 5.tom.123.c. eorum doctrina cũctis peccatis, & fornicationibus peior, 4.tom.825.c. reges & principes deus non exaudit, 5.tom.125.b. hæreticorum & gentilium quæstiones eædem sunt, 5.tom.129.b. super hæreticorum conciliabula venit aquila, 5.tom. 130. f. eorum principes ceciderunt, quamuis clament ad dominum, 5.tom.125. b. eorum conciliabula, sunt ferarum lustra, 5. tom. 128. d. hæreticorum composita laudatio, tumultus est domino, & grunnitus suis, & clamor asinorum, 5.tom.256.e. eorum cõciliabula vocantur Sãmaria, 5.tom.329. b.c.
eorum carmina dulcia sunt, & suaui voce decipiunt populos, 5. tom. 331. b. hæreticorum filiæ compositæ, sermo compositus, & sensus sordidus, 7.tom.409.a. horum perelegans, & verissima descriptio, 7.tom.409.a.b. hæreticorum oues fœtosæ abundantes in egressibus, 7.tom.409.c. horum in plateis non clamor Iesu, 7.tom.410.d. lacus, & speluncæ, 5.tom.149.b. hæreticorum corda inter se diuisa, & contrariis repugnant sententiis, 5.tom.144. f. horum singuli habent deos suos, 5.153.c. hæreticorum omnia figmenta, idola sunt, & simulachra gentium, 5.tom. 163.a. horum sermo affabilis, & blandum eloquium, 5.tom. 59.c. principes, dæmones, 5. tom. 142.c. condemnatio, nostra salus est, 6.tom. 59.b.c. hæreticorum altare sacrilegium, 6. tom. 295. c. horum in ruinosis conciliabulis quicunque habitauerit, gladio cadet ecclesiastico, 4.tom. 973.a. hæreticorum venter repletus fuit mysteriis ecclesiæ antequam aberrassent, 7.tom. 53. b. horum filij condemnationem habebunt, 7.tom. 53.b. horũ sensus omnes nocti ac tenebris comparandi sunt, quia lumen non habent veritatis, 8.to.67.b. hæreticorum palæ nihil sunt ad triticum ecclesiæ, 4. tom.618.d. horum hodie contra seruos dei cogitatio est, vt calumnias struant, & sanctos viros accusatione præueniant, 4. tom. 595. c. horum patriarchæ implent locum dei sanguine deceptorum, & innocentium, 4.tom. 597.b. horum sermo serpit, vt cancer, 4.tom.582.d. hæreticis displicet ecclesia, 7.to.227.b. his loquentibus, horror ac tremor inuadit infelicem populum, 5.to.166.c. hæretici cur diuites dicuntur esse, 8.tom.77.b. his omnibus iniquitas alligata est, 5.tom. 190.d.e. his dicentibus dominum Iesum dicetur, nescio vos, 4. tom.487.a. apud hæreticos omnia euangeliorũ loca scandalis sunt plena, 6.tom.67.c. hæreticos deus cibabit angustiis, ac dabit eis potum aquam fellis, 4.tom.1084.d.
Hai interpretatur abruptum, 6.tom.428.d.
Haila, Esau possessio, 5.to.293.b.
Hailon, turris in terra sancta, 4.to.1098.e.
Hala fluuius, 4.tom.271.b.
Hamath, vrbs in finibus Damasci, 5.tom.571.a.
Hamus in bonam partem, verbum domini, quo Leuiathan extrahitur, 4.tom. 958. f. in malã partem, hamus diaboli, sermo peruersus, cuiusmodi hæreticorum sermo, quo fideles capiuntur, 5. tom. 426.e. hamo diuinitatis captus à Christo dæmon, 9. tom. in symbolo Ruffini, pag. 6. à principio.
hami & sagenæ differentia, 8.to. 153.c
Hanameel, filius Sellum, Hieremiæ consobrinus donum vel gratia dei interpretatur, 4.tom.665.c.
Hanes, Ægypti ciuitas, 4.to.240.d.
Haruspices seu Aruspices, 4.to.335.a.110.d. sunt qui ab aris, alij ab haris inspiciendis, Aruspices, seu Haruspices dictos volunt. Haram, auem quandam, quam illi obseruarent, Seruius vocat. Donatus ab haruga, hoc est, hostia, vt Festus etiam interpretatur: & Hieronymus non dissentit, quam illi inspicerent, appellatos vult: Tages, inquit Isidorus, ex haris Haruspicinam dictauit: sic enim ibi legendũ, non horis.
Hasta vigilans, animi virtus, 8.to.145.c.
Hasida auis, 5.to.547.a.
Hasdrubale capto, eius vxor in patriæ incẽdium se coniecit, 6.to.422.f.
Hauran ciuitas vbi sita, 4.tom.1091.a.
Hebdomadum Danielis expositio, 4.to. 1147.b. hebdomades septuaginta prædictas à Daniele expletæ fuerunt in expugnatione Hierusalem per Vespasianum facta, 4.to.1153.a.
Hebion in asino & boue simul arabat, 9. to.6.
Hebionitarum hæresis, 4.to.498.d.
Hebræus interpretatur, περάτης, hoc est, peregrinus, seu transitor, 4.to.763.c. Hebræi omniũ penè linguarum verbis vtuntur, 4. to. 61.c. Hebræi characteres antiqui iidem qui & Samaritani, 4. to. 782.a.b. parui erant apud Hieronymum, 4. tom. 871.c.& f. vocales non habent Hebræi, 4. tom. 628.d. quia punctis, & pronunciatione, non scriptis litteris, vt Græci & Latini faciunt, vocales exprimunt, hoc dicit. Æthiopes simili modo virgulis, litteris affixis, vocales explicant: vt ex grammatica Æthiopica, quam nos Iulij III. temporibus, Marcello Ceruino Cardinali, qui Marcellus secundus Põtifex postea fuit, dicata, Romæ edidimus, cognosci potest. Commoda sunt autem puncta (quæ Hieronymus accentus vocat, & ad legendum, & intelligendum: nec sine magno iudicio fuere postea ab Hebræis inuenta. Quibus & si forte Hieronymus caruit, non incongruum tamen est illa apponi. Sic enim quod voce, & ore ille protulit, signis nobis explicatur: alioqui incerta esset lectio, nec quam ille ex multis secutus esset, constaret. Hoc obiter cõtra eos sit dictum, qui Hebraicis nominibus pũcta à nobis apponi non debuisse, eo modo quo vbique terrarum consuetum nunc est, contendunt. Sicut autem vbi constat quomodo ille legerit, vti in re certa, puncta apposuimus: ita vbi incertum erat, & alio modo ipse, alio Lxx. vel alij, legerunt, vt diuersitatis ratio internosceretur, omissa à nobis sunt. Hebraica nomina pro varietate accentuum variè interpretantur. Hebræi quo ordine proponãt pueris scripturas, 8.to. homilia 1. in cant. cant. initio. eorum obseruantia circa cantici cãticorum lectionem, ibid. Hebræorum voluminum veritas, 6.tom. in cap. 2. Matth. Hebraicos codices ab Hebræis esse vitiatos, 4.tom.55.a. Hebræi præceptoris sui D. Hieronymus meminit, 4.to. in cap. 22. Esaiæ. Hebræorum linguam esse Chaldaicam, 4. tom.1105.a.
Hebræa multa verba sunt, quæ in Latinum trãsferri non valent, 6.tom. 369.c. hæc pro accẽtuum diuersitate, & mutatione litterarum, variè interpretantur, 4.to.920.c. Hebræa nomina Septuaginta interpretes Græco sermone declinant, 5.tom.110.d.
Hebraica verba sunt mysteriis plena, 7.to.246.e.
Hebraica verba sunt hæc, alma, nugæ, mensura, Iris, 4.tom.61.b. φορεῖον, seu ferculũ, Hebraica vox est, 4. tom. ibid. Hebraica verba cum sua interpretatione, scriptura vbi ponat, 6. tom.311.a. Hebraica lingua Syriacæ vicina, 6. tom.288.f. Hebraicę linguæ proprietatem Græcus & Latinus sermo exprimere non potest, 7. tom. 346. d. Hebraica lingua omnes in fine locuturos Hebræi somniant, 5.to.491.b.c.
Hecatontas ex decem decadibus struitur, 5.tom. 245.a.
Hedera seipsam sustentans, Kikaion, 5. tom. 323.c.
Helchias interpretatur, pars domini, 4. tom. 665.c.
Heli filij, pestilentiæ filij, hoc est diaboli, 4. tom. 486.d.
Helia, est Hierusalem, ab Heliano Imperatore restaurata, 4.to.466.d.
Helias, vir pilosus, quod erat virilitatis argumẽtum, 4.to.981.b. interpretatur, deus dominus, 5. to.361.b. Helias diebus quadraginta ieiunauit, 5. to.318.f. ieiunans familiaritate dei satiatus est, 4. tom.417.a. Helias & Moyses in transfiguratione Christi, quid mysticè significant, 4.to.1053.a. Helias in cælum raptus, 4.to.492.c.
Heliodori presbyteri opera, 9.to.599.c.
Heliospolis, Hebraicè, interpretatur, dolor, 4.to. 948.d.
Helisæi sepultura, 5.tom. 289.a. Helisæus licet corporis haberet caluitium: tamen quia Nazaræus domini erat, cincinnis capitis fruebatur, 4. to.768. e.f. hic steriles aquas, vitales fecit, 5.t.80.f. Christi figura, 7.to.145.b.
Heliu gentilitatis habuit imaginem, 8. tom. 162.f. Heliu & Balaam typum præferunt philosophorum, qui à foris, id est, extra fidem positi, insidiantur ecclesiæ dei, 8. to.9.a. Balaam fuisse dicitur, ibidem. per quattuor locutiones incedit, ibidem.
Helkesa, viculus, vbi Nahum natus fuit, 5. tom. 385.c.
Heluidij hæresis, 4.to.1056.d.
Helleborum Chrysippi, 6.tom.in cap.1. ad Galatas, quo se is philosophus Stoicorum cum Zenone princeps purgabat, vt acutiori ac saniori esset ingenio in disputando.
Hemath minor ciuitas, quæ Epiphania dicitur, 5.tom.259.b. Hemath, & Arabia, idem, 4.to.80.f. interpretatur, furor, 4.tom.1090.c.
Heminæ excelsæ & potentes, 7.to.in Psal.41.
Hen, id est, gratia, 5.to.552.c.
Heraclius diaconus, 4.to.95.c.
Herbę peccatores sæpe significant, 8.tom.24.e.
Herinacius auis, 8.tom.267.c. herinacij natura, 7.tom.305.c.
Hericius habitabit in deserta Babylone, 4. tom. 152.f.





Hermes, auctor libri pastoris, 5.tom.126.e. fuit hic Pauli discipulus: de quo ad Romanos scribens, ait: salutate Hermen. Quod ipsum sectatur etiam Origenes libro 10. in epistolã ad Romanos. Damasus tamẽ Aquileiensẽ, Pij primi fratrẽ, fuisse Hermẽ scribit: Dorotheus Philippoleos Episcopum facit.
Hermodin mons modicus, homo Christus appellatur, 8.to.73.c.
Hermogenes à D. Paulo exactori traditº, 4.t.146.d.
Hermon mons, quid significet, 8.to.131.a. interpretatur, ἀνάθημα, hoc est, condemnatio, 7. to.386.e. 9.to.253.d. Hermonis montis benedictio, & ros descendit in montẽ Sion, 7.to.385.a.7.to.386.e.f.
Hermõ idẽ mõs est, qui & Sanir, & Sanior etiam dicitur: Amorrhæi Sanir, Sidonij Sanior vocant: mõs est trans Iordanẽ in terra Amorrhæorũ. Deut. 4. duos autẽ huius nominis fuisse montes apparet, 1. Paral. 5. cap. Altiorẽ ex eis esse scribunt, qui Trachonitidi regioni imminet: minorem nõ procul à Gelboë iuxta Iordanẽ. de minori loquitur Dauid Psal. 41. dum ait, de terra Iordanis, & Hermonis à monte modico.
Herodes duo, pater, & filius, 6.to.6.d.
Herodes, Antipatri filius, interfecto Hircano, regnũ Iudęorũ senatusconsulto accepit, & primus alienigena Iudæis præfuit, 4.to.1150.d. hic ab Augusto Cæsare rex Iudæorũ cõstitutus, vt tributis præesset, & Romano pareret imperio, 6.to.105.a. Herodes, vulpes appellatur, 4. tom.152.c.4.tom. 349.c. Herodes, sub quo passus est Christus, frater eiº Herodis, sub quo dominus fugit in Ægyptũ, 6.t.60.d.e. Herodes & Pilatus inter se discordantes, in passione domini amicitia fœderantur, 4.tom.58.d.
Herodes Lugdunũ relegatus, 6.to.6.d.
Herodes magnus Ascalonita, sub quo Christus natus est, & qui inferiores bimatu iugulauit infantes, 6.to.60. d. e. Antipatri filius fuit, proselytus, & primus ex alienigenis rex, 5.tom.101.c.
Mortuus est autẽ Herodes anno ætatis suæ lxx. (vt Iosephus testatur) regni autẽ xxxvii. quinto die post Antipatrũ filiũ necatũ, anno autẽ xxiiii. postquã Antigonũ interemit. Sæuissimo autem mortis genere absumptus est, colico dolore, magno circa pubẽ cruciatu, verẽdis vermiũ eruptione putrescẽtibus, pedibus luridis, ac aqua intercute tumẽtibus, creberrima cũ anhelitus respiratione, fœda tentigine, omni corporis fœtẽte cõpagine, præter ardẽtissimã febrim, quæ illũ absumpsit: ita vt sæuitiæ, & crudelitatis suæ meritas luisse pœnas omnes crediderint. Habuit hic ex pluribus vxoribus multos filios: filias itidẽ tres, Salomẽ, Cyprim, & Berenicem: Ex filiis tres iugulauit, Aristobulum, Alexãdrum, & Antipatrũ: Superstites reliquit Archelaum, & eius germanũ fratrẽ Philippũ: ltẽ Herodẽ cognomento Antipatrum, & Lysiam, siue Lysaniam. Regẽ in testamento Archelaũ scripsit; Herodẽ verò Galilææ, & Beroæ Tetrarchã: Philippum autem Tetrarcham Trachonitidis, Galaunitidis, Bathanię, & Baniadę. Augustus cõfirmatis his postremis Tetrarchiis, Archelaũ regis nomine abstinere iubẽs, Tetrarchã illũ quoque esse cõcessit, dans ei dimidiam partẽ illius quam ei pater reliquerat: pendebant autem Archelao tributa, Hierosolyma, Cæsarea, Sebaste, Ioppe, Gaza, & Gadara, Idumæa, & aliæ Iudææ vrbes, talenta videlicet quadringenta singulis annis: Lysania verò Abilinæ, & omnium quæ in mõte Libano erant, Tetrarcha fuit. Salomæ autem sorori suæ reliquit Herodes, quod Augustus approbauit, Iamniã, Azorum, & Faselidam.
Herodes cognomẽto Antipater filius magni Herodis, Galileæ Tetrarcha: is scilicet ille qui Christũ, irrisionis causa, alba induit veste, 6. to.5.c. hic Philippo fratri, qui Tetrarcha erat Iturææ, & Trachonitidis regionis, Herodiadẽ vxorẽ aufert, 6.t.60.d. de qua reprehẽsus à Ioãne Baptista caput eius obtrũcat, ibid. in honorem Tiberij Tiberiadẽ cõdit: & Liuiadẽ in honorem Liuiæ matris Tiberij, Augusti vxoris: Sicut Philippus frater eius in laudem eiusdẽ Tiberij Cæsaris ædificauit Cæsareã, Philippi cognominatã, in Phœnicia, quæ & Paneas dicta est: & in honorẽ Iuliæ filiæ, Iuliadẽ condidit, 6.to.72.d.
Eã quã Herodes cõdidit, Liuiadẽ Eusebius vocat: Iosephus autẽ libro xviii. cap. 6. Antiquitatũ Iuliadẽ nominat. Mendosum autẽ esse Iosephi codicem ea ex causa certũ est, quòd Augusti vxorẽ, quam Liuiã fuisse constat, à qua dictam vrbẽ asserit, Iuliam, quę filia Augusti, nõ vxor fuit, semper appellat. Fuit autẽ Tiberius Augusti priuignus, mox gener, postremò adoptione filius, vt Suetonius, & Eutropius scribũt. Hũc Herodem Tiberius Cæsar, Lugdunum Galliarum relegat, fratrẽmque eius Herodem successorẽ regni facit, 6.to. 5.c. A. C. Caligula Lugdunũ vnà cũ Herodiade relegatũ Herodẽ, eiúsque regnũ Agrippæ, Aristobuli filio, qui eũ Cæsari per litteras accusauit, veluti qui se ad rebellionẽ, multis armis collectis, præpararet, donatũ scribit Iosephus libro Antiquitatũ xviii. cap. xvi. Sed Hieronymus ipsum Caiũ, ex prænomine (vt reor) Tiberiũ vocat: deest autẽ vox Caius. Sic quoque Claudius successor Caij, Tiberiũ Claudiũ se in epistolis apud Iosephũ inscribit, Agrippa etiã cui Herodis regnũ donatũ fuit, de quo statim dicetur, nepos ex fratre Aristobulo Herodi Tetrarchæ fuit, non frater nisi ex scripturæ cõsuetudine fratrẽ interpretari velimus, quẽcumque propinquũ. Regnauit autem Herodes Tetrarcha annis, xxiiii. & in exilio obiit. Herodes Agrippa, ex Aristobulo filio magni Herodis nepos: Cyprim Salomæ magni Herodis sororis filiam hic duxit vxorẽ: genuítque ex ea Agrippã, & Drusum: & filias tres, Berenicẽ, Mariamnẽ, & Drusillã: sororẽ autẽ habuit Herodiadẽ illã, ad cuius preces Ioãnis Baptistę caput amputatũ est. Venit hic Romam antequã Tiberius imperaret: sub quo totũ profudit patrimoniũ, vt Iudææ regnũ adipisceretur. Nõ solũ autẽ nõ obtinuit, sed cõiectus ab eo in carcerẽ est, quod publicè Deũ precatus esset, vt Tiberius moreretur, & Caius Imperator fieret, Mortuo Tiberio, Caius, cui ille erat amicissimus, è vinculis erutũ, regẽ Iudææ declarauit: & post aliquod tẽpus, misso in exiliũ Herode Tetrarcha, partẽ illius, deinde etiam Philippi partẽ regno adiecit, vt scribit Philõ in libro legationis suæ ad Caiũ, & in libro cõtra Flaccũ. Aderat hic Romæ eodẽ tẽpore quo Philõ: ipséque ne Caij statua Hierosolymæ in tẽplo locaretur, precibus libello datis, ab Imperatore obtinuit. Claudius deinde (vt Iosephus prodit) nõ solũ regnũ illi cõfirmauit, sed Lysaniæ etiã partẽ regno adiecit, id est, Abilinã, & quæcũque in ditione mõtis Libani cõtinerẽtur. Hic est Herodes ille (sic enim illũ Lucas appellat) qui occidit Iacobũ fratrẽ Ioãnis gladio: & videns quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehẽderet & Petrũ: quẽ cepit, & in carcerẽ posuit: vt scribitur Act. 12. Falsum enim est, sub Herode Tetrarcha, in cuius tẽpora Eusebius ea cõfert, hoc factũ. Is enim, qui Iacobũ occidit, & Petrũ i carcere tenuit, percussº ab angelo interiit. Act. 12. qꝰ Cæsareæ illi accidisse quæ turris Stratonis olim dicebatur, dum in honorem Claudij Cæsaris veste vndique argento contexta, spectacula ederet, & populus illi, veluti deo nõ homini, acclamaret, non solùm Lucas in Actis, vt diximus, Apostolorum prodit, sed Iosephus ipse latè prosequitur libro Antiquitatum 19. cap. 7. Herodes autem Tetrarcha nunquam in regnum rediit, sed in exilio vitam peregit. Agrippa alter, huius Agrippæ filius, Claudio Cæsari à patre commendatus, annorum 27. cùm pater moreretur, factus grãdior, à Claudio ipse quoque regnum obtinuit: Philippi & Lysaniæ Tetrarchiis illi tributis. Hic autẽ est Agrippa ille, coram quo, & Festo procuratore luculentam illam orationẽ Paulus Apostolus habuit, quę scribitur Act. 25. & 26. Regnauit autẽ hic annis 27. sicut pater suꝰ annis plus minꝰ octo regnauerat.
Herodias filia regis Aretæ: quam Philippo fratri Herodes tulit vxorem, 6.tom.60.d. Herodias (vt dilucidè testatur Iosephus libro Antiquitatum 18. cap. 13.) Aristobuli filia fuit, soror Agrippæ regis. Nupta hæc erat prius Philippo, Herodis, ex diuersa tamen matre, fratri, quem Philippum Herodem quoque Iosephus cognominat. Vocatus Romam Herodes in domo Philippi hospitatus, captus amore Herodiadis est: tractans propterea cum ea de nuptiis, conuenit inter eos, vt filiam Aretæ Arabiæ regis, quæ illi tunc erat vxor, Herodes prius excluderet, sicque reuersus ab vrbe Herodiadem duceret: quod postea factum est. Præsentiens hoc prior vxor, antequam ciiceretur, viri permissu, qui nihil tale illam sensisse rebatur, Macheruntam (quod oppidum in confinio Arabiæ, Herodisque ditionis erat) concedens, à militibus Aretæ excepta, ad patrẽ confugit. Et hæc causa fuit, vt Areta rex ob vindictam eiectæ filiæ, bellum Herodi intulerit. Hic est ille Areta, cuius præpositus, occlusis portis, Paulum Damasci comprehẽdere nitebatur, vt ipsemet Paulus testatur, 2. Cor. 11. Hæc omnia ita enarrat Iosephus loco illo quem diximus. Hieronymus aliter ab hac contexit historiam. Eam autem vnde habuerit, an potius μνημονικὸν ἁμάρτημα sit, mihi incõpertũ.
Herodiadis & meretriculæ Flaminij Romani ducis comparatio, 6.tom.61.b.
Herodiani qui fuerint, 6.tom.105.a.
Herodius omnium volatilium maximus, aquilã vincit, & comedit, 7.tom.305.b. Herodius spiritualiter, 7.tom.305.b.
Herodotus citatur, 4.tom.in cap.14.36. Esaiæ, & in cap. 30. Ezech. & 5. tom. in prœmio in Ionam. Quòd dicit historiam Cambysis, & Ægypti prouinciæ situm, hominum mores, & instituta, caulámque regis mortis plenè ab Herodoto narrari, cũcta verè dici inuenies, si secũdũ illiº, ac tertiũ perlegeris lib.
Hesperia & Italia, idem, & cur, 4.tom.49.a.
Hesper & Mardochæi historia, sub Artaxerxe, Darij & Parisatidis filio, qui ab Hebræis Assuerus appellatur, 4.tom.748.e. Hesper occidens aduersarios, fuit ecclesiæ typus, 5.tom.463.a
Hethalon interpretatur, incunabula mœroris, 4. tom.1090.e.
Hetrusci, nunc Trusci, 4.tom.494.e.
Heu, heu, heu, domine deus, 4.tom.790.e.
Hexapla Origenis continebant in sex columnis vetus testamentum, hoc est, Hebraicam veritatem in prima, Græcam interpretationem illi respondẽtem in secunda: in quatuor aliis, Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, singulis singulas per ordinem interpretationes, 6.tom.464.c.f.
Hieremias fuit ex vico Anathoth. 4.to.503.b.c.
Hieremiæ pater, Helchias, frater Sellum, 4.tom. 665.c. fuit virgo, 4.tom.614.d. Hieremias antè, quàm exiret de vulua, sanctificatus, & in gentibus propheta positus, 4.tom.29.c. 5.tom.242.f. interpretatur, ὑψηλὸς κυρίῳ, id est, excelsus domini, 4.tom. 665.c.5.tom.177.b. Hieremias fuit de sacerdotum genere, 4.tom.503.c. architectus, 4. tom. 28.e.
Hieremias, mons sanctus, 7.tom.418.a. quando prophetare incœpit, 4.tom.1103.b. nempe adhuc puer, 4.tom.503.b. missus est in lacum à populo Iudæorum, 5.tom. 573.c. de cisterna luti, & mortis periculo liberatus, 4.tom. 635.c. deplorat ruinam Iudaici populi peruersi, 4.tom.679.a. lamentationes super euersione Hierusalem quatuor scripsit alphabetis, 4.tom.912.f. cur, & cuius rei causa scripsit lamentationes, 5.to.598.e.f. à pseudopropheta passus iniuriam, 4.tom.642.e. occisus, 6.tom.101.c. Viginti libros in Hieremiam edidisse Hieronymum, D. Antoninus ex Vincentio refert: cùm tamen non extent nisi sex. Qui enim in lamentationes Hieremiæ tres circunferuntur quos nos vti maximè ad Hieronymi, & spiritum, & eruditionem accedentes, suo nõ dimouimus loco) Rabani Mauri esse aliqui existimant: & hoc nomine in Germania inter Rabani opera typis iam sunt excusi. Ego cuiusuis, etiam ipsius Hieronymi, potius quam Rabani existimarim: cùm non suopte ingenio, ac propria lucubratione exponentem, sed coaceruatorem quẽdam, ac suorum auctorum propriis verbis, propriísque sententiis, opus suum intertexentem Rabanum nouerim.
Hiericho interpretatur, luna, seu anathema, 6.to. 177.a. 7.tom.395.b.
Hiericho ad clangorem tubarum corruit, 5.tom. 190.d. Hiericho, est iste mundus, qui in septem diebus subuertitur, 7.tom.257.c.264.d. Hiericho duos emittit exploratores, vnum in circuncisionẽ, alterum in gentes, Petrum, & Paulum, 7.to.258.d.
Hierobaal, cognomentum Gedeonis, 5.to.152.c.
Hieroboam, filius Nabath, de tribu Ephraim, quæ eadem appellabatur, tribus Ioseph, 4.tom.541.b.
Hieroboam interpretatur, χρονισμὸς, id est, temporalitas, siue mora, 84.e.
Hieroboam alter, sub quo Amos prophetauit, 5. tom. 210.d. Hieroboam interpretatur, δικασμὸς λαῶν, id est, iudicatio, vel causa populi, 5.to.210. d.e.
Hieroboam primus in populo schisma fecit, 5. to.86.f.87.a. vitulos aureos fecit in Dan, & Bethel, vt populus errore seduceretur, 4. tom. 57. c. 657.a.5.tom. 108.f.110.f.
Hieroboam, hæreticorum figura, 5.tom.575.a.
Hieronymi nomen quomodo interpretatur, 9. tom.720.d. eius patria & parentes, 9.tom.720.c. præceptores, 9.tom.721.a. mores, 9.tom.725.a. victus ratio, vestitus, & mores, 9.tom.679.c.
Hieronymus, quæ vox sacram legem, aut verius sacrum nomen significat, adhuc puer, & grammaticæ vacans, Iudaicam aspernatæ interitum audiuit, 5. tom. 457. b. c. Romæ puer liberalibus artibus

eruditur:ac diebus dominicis basilicas, sepulchra, & cryptas martyrum,cum aliis pueris inutilit,4.to. 1012.f. Romæ adolescens fictis litibus in dicendo se exercet,6.tom. 288.d.e. scholam rhetorum egreditur,5.tom.287.b.c. in Galatiam pergit, 6. tom.299.a. multo tempore ab Hebræis eruditur, 5.tom.336.c.& 337.a. Lyddæ Hebræum quẽdam doctum audit, 5.tom.435.c. Hebræorum doctrinam in veteri sequitur testamento, 5. tom. 539.b. Hebræorum expositiones Latinis ingerit, 5. tom. 336.c. multum amittit in lingua Latina ob Hebraicum studium, 6.tom.329.b. ex Hebraica lectione stilum sordidans,& venustatem amittens, 5. tom. 518.f. habens ante oculos illud præsepe in quo dominus vagiit,peregrinos in monasterio suscipit,4.tom.872.f. Hieronymus Eliæ, Samueli & Ioanni Baptistæ comparatur, 9.tom.679.b. hic flagellatus à deo propter nimiam Ciceronis lectionem, 9. tom. 722.c. Hieronymi cum Ioanne Baptista comparatio, 9. tom. 642. c. d. Hieronymus Romam adiit, & ibi fidem Christi suscipiẽs,presbyter Cardinalis est ordinatus,9.to.721.a.

Roma exiens, proficiscitur Constãtinopolim ad audiendum Gregorium Nazianzenum, 9. tom. 644.b.723.a. crebris pernoctationibus imitabatur angelorum officia,4. tom.1123.a. seruat illæsos duos iuuenes falsò morti destinatos,9.t. 701.a.

ter in die carnem diris verberibus flagellabat, 9. tom.679.d. quot & quanta in eremo pertulerit, 9.tom.723.c.d. Hieronymi morientis oratio ad Christum,9.tom.666.b. hic moriens sacratissimũ Christi corpus recipit, 9. tom. 668.a. morientis extrema verba,9.tom.673.a. ad Eusebium & cæteros discipulos,9.tom.645.c.d. Hieronymus nonagesimo octauo ætatis suæ anno obiit, 9.to. 645. b.730.b. discipulis suis iussit, vt corpus suum sepelirent iuxta præsepe Christi,9.tom.668.a. Hieronymi miracula post mortẽ,9.to.674.c.d. & seq. 9.tom. 688.a.b. ipsius anima apparuit Cyrillo Episcopo, 9.tom.673.d. & D.Augustino,ibid. 681. a.b. & Seuero in ciuitate Turonensi,ibid. 683.a.

Hieronymi opera,9.tom.724.c.d. eius laudes descriptas à D. Augustino,9.tom.679.a.b.& seq.

Hieronymus impeditus hospitum susceptione, scribere non potest,nisi furtiuis noctiũ horis; vide 2.to. frequenter morbis,& ægritudinibus conflictatur,4.tom.351.a.b. post grauissimam corporis ægrotationẽ Amos prophetam exponit,5.tom.259. & 260.a.& d. studio animum pascit,& sæculi calamitatum obliuiscitur,dierum miserias nocturnis compensans lucubrationibus,4.tom.899.b.c. historiam priùs semper exponit, mox sublimiorem sensum ponit,5.to.464.f. & sequent. oppressus, afflictus,& repulsus in hoc sæculo fuit, 5. tom. in cap.1.Agg. Alexãdriæ à Didymo multa discit, 5.to. 82.f.& 83.a. sacros codices testamenti veteris ex Hebraico transfert κατ' ἀκρίβειαν, 4.tom.971.a.b. interpretationem suam Apostolis testibus defendit,5.tom.153.b.c. Hebraicorum, Græcorúmque eruditionem suæ linguæ hominibus,idest, Latinis, tradit, 4.tom. 561.b.c. pro faciliori intelligentia Latinitatem interdum non seruat, 4.tom.1015.a.b. vertit Eusebij Chronica, 4. to. in cap. 4. Daniel.

Hieronymus cùm exponeret Oseæ,quadringẽtesimus paulo minus à Christo agebatur annus,5. to. in cap.3.Osee. non potest interdũ emendare, quæ scribit,4.to.in proœmio cap.20.Ezec. de Hebraica interpretatione reprehenditur,4.tom.in cap.33. Ezech. aliorum sententias,auctoribus non nominatis ponit,4.to.501.c. etymologiam verbi, Sum, inuenire non potest,4.tom.ad finem,26. cap.in Esaiã. Hæretici illũ persequũtur,4.to.845.b.c. de loco Pauli ad Galatas se cõtra Augustinum tuetur, epistola,89. eius aduersarij epistolas plenas mendaciis contra eũ per orbẽ mittũt, 4.tom.615.b. vti Origenis scripta cõpillare redarguitur, 5.to. 355.a.

eius libros contra Iouinianum, & commẽtarios ad Ephesios Ruffinus taxat,4.to.501.502.c.f. tanquam sermonis esset sterilis,ieiuníque, incusatur, ibid. notariorũ,non sua scribit manu,4.to.871.c.

Hebræa volumina vix legit, quæ componit vix emendat,4.tom.871.c. Græcos commẽtarios fratrum tantùm voce cognoscit, ibid. se non errasse in genere torquis defendit,4.tom.1127.c. eius patrium solum cum Thracia, & Illyrico destructũ, 5. to.in cap.1.Sophon. defendit se,quòd mulieribus, scribat, non viris,5.tom.463.a. quòd adolescentulis vinum vitandum dixerit,reprehẽsus, 6.to.419.c.

Bibliorum translationem alicubi emendat,4.to. in ca.38.Esaiæ. orat,vt à persecutoribus suis liberetur,5.to.443.b.c. Romæ quæ passus sit, 9. to.epistola Eusebij de morte Hieronymi. Hieronymi obitus ab Eusebio scriptus,ibid. mors & expiratio describitur,9.to.in eadem epist. Eusebij,sub finem. quale eius corpus, cùm esset morti proximus,in eadem epist. regulam Hieronymi quis,& qua ratione instituerit,vel confirmauerit, 9.tom.510.c.d.

Hieronymus historicus,4.to.1103.1104.a.e.

Hierosolyma,Iudææ metropolis,6.to.283.c. immota fixa,quæ manet, immobilisque fœlicitas,6.to.178.f. Hierosolymis benè vixisse,nõ autem fuisse,laudãdum est, 9.to. 529.b. Hierosolymitani templi destructio vsque ad mundi consummationem duratura est,9.tom.4.a.

Hierusalem,in medio mundi sita, est vmbilicus terræ,4.tom.754.e.f. in montibus posita, 5. tom. 96.d. interpretatur,visio pacis,4.to.4. 184.f.

tribus nominibus appellatur,Iebus,Salẽ,& Hierusalem,5.to.572.d.4.to.362.e. Hierusalẽ & Sion vna est vrbs,4.tom.365.a. Hierusalem appellatur Libanus,4.tom.260.e. Hierusalem quattuor modis intelligi potest,4.tom.812.f. regis magni ciuitas,5.tom.7.b. cur nuncupata ciuitas Dauid,4. to.11.a. cur dicitur,sancta ciuitas,4.to.365.a.b. 6. tom.143.b. nequaquã in Palæstinæ regione quærenda,quæ totius prouinciæ deterrima est, 4.tom. 346.d. est libera,quæ est mater nostra, 5.to.214.f.

Hierusalem cælestis,mater omnium nostrũ, 4.t. 1067.c.7.tom.85.b.5.tom.37.a. Hierusalem, quæ sursum est mater sanctorum,6.to.322.f. Hierusalem,mater principum,leæna vocata,quę leunculos genuit & nutriuit, 4.to.858.f. Hierusalem spiritualis,est anima Christiana,4.to.694.f.695.a. eius descriptio,4.to.442.d. Hierusalẽ,id est, anima electa non cessat pro inimicis orare,7.to.167.b. de Hierusalem dominus dabit vocem suã, 5.t.209.a. & 211.a. de hac domini verbum est egressum, 5. to.200.f. Hierusalẽ à Pompeio capta:& postea à Tito & Vespasiano:& post annos quinquaginta ab Ælio Hadriano vsque ad solum incensa, atque deleta ita, vt pristinum nomen amiserit, 4. tom. 764.d. Hierusalem anno quadragesimo secundo post domini passionem deleta est,7.tom.329.c.

vsque ad inferos humiliata,4.tom.409.c. Hierusalem terrena in inferno cum dæmonibus cruciata, infructuosè præterita peccata deplorat,4.to. 681.b.c. Hierusalem ab hoste extrinsecus obsessa, omnem decorem iocunditatis suæ perdidit intrinsecus, 4.tom. 681.a. destructa pro impietate sua, non ædificabitur in æternum, 4.tom.201.b.c. occidit prophetas, 5. tom.7.a. facta est domus alienorum, 4.tom.201.b. templo subuerso, incensa, 5. tom. 101.c. Hierusalem conuersa est in picem, 4.tom. 267.a.b. aduersus Hierusalem congregabuntur omnia regna terrarum, 5.tom.593.c. Hierusalem & Iudeorum calamitatum catalogus, 4.to. 747.c.748.d. Hierusalem sub Ælio Hadriano postremò euersa, 4.tom.8. cur Aelia dicta, 4. tom. 598.c. Hierusalem viuis lapidibus extructa, 5.to. 7.a. propter Hierusalem non quiescam, 4. tom. 450.e. Hierusalem,ecclesiæ figura, 5.tom.104. e.

Hierusalem dominus zelatus est zelo magno, 5. tom. 527. a. Hierusalem fiet gaudium omnis terræ, 4.tom. 450.f. Hierusalem quatuor modis in scripturis sanctis intelligi debet,& quibus, 4.to. 345.a. hæc in scripturis sanctis semper typum habet ecclesiæ, 5.tom.490.d. Hierusalem, id est,ecclesia primitiuorum, & ea, quæ per apostolos ædificata est, 4.tom.450.e. in Hierusalem regnabit dominus exercituum, 4. tom. 200. f. hæc oliuæ pulchræ & fructiferæ comparata, 4.tom. 560.d.

Hierusalem murus, est dominus, 5. tom. 531.c.

Hierusalem pro animabus fidelium accipitur, 5.to.558.e. à deo electa, ecclesiam significat, quæ pacem domini contemplatur, 5. tom. 536. d. de Hierusalẽ eiici quid significat, 4.tom.643.c. Hierusalem matrem suam Christus reliquit in has terras veniens, 6.tom.425.b. hæc de ruinis ab Aelio Hadriano imperatore restaurata,& Aelia vocata,4. tom.1153.c. Hierusalem sicut aceruus lapidum erit,5. tom.349.a. absque muro habitatur, 5. tom. 532.e. hanc in mille annorum regno instauradam, fabulantur Iudaizantes, 4.tom. 381. b. hæc restaurabitur secundum Iudæorum opinionem, 5. tom.205.a. 206. d. Hierusalem mysticam dominus destruxit, 4.tom.689.b. hæc & Samaria cur sorores dicantur, 4.tom.883.c. Hierusalem muri & portæ, quæ & quales, 7.tom. 257.a.b. muri virtutes animæ,& ecclesiæ, 7.tom. 157.c. in Hierusalem sancti diuinam circunstant maiestatem, 7. to. 177.b. Hierusalẽ amatores qui sint, 5.to. 92.d.

huius desolatio vsque ad consummationẽ mundi persueurabit, 4.tom.1153.c. hanc in consummatione mundi cum lucerna scrutabitur dominus, 5.tom.472.e. hæc in generationem & generationem habitabitur,5.tom.207.a.208.e. Hierusalem peccatorum catalogus,4.tom.529.a.

Hieu fingens se Baal idolum colere, eius idoli sacerdotes interfecit,6.tom.287.f.288.d.

Hilarionis monachi commendatio,9.tom.526.b.

Hilarius confessor, diuo Hieronymo contemporaneus,4.tom.441.a. lucerna ecclesiæ, 9. tom. 599.a. Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallis, & Pictauis genitus,6.tom.297.c. eius opera,9.tom. 600.c. hic beatus antistes, inter procellas mundi magnus ecclesiæ sustentator,7.tom.173.a.

Hilarius Arelatensis episcopus, quis fuerit, 9. tom.in catalogo illustr.viror.

Hin quod mensuræ genus,4.tom.750.f.

Hinnitus mystice aut superbiam potentiámque, aut libidinem notat,5.tom.263.a.

Hinnulus ceruorum quare Christus dicatur, 8. to. homilia 3. in cãtic.cantic. tribus pag. ante finẽ.

Hippocrates medicus,4.tom.731.b.

Hippodromus,equorum cursus, 5.tom.356.f.

Hiram, Tyri regem, mille annis vixisse Hebræi fabulantur, 4.tom.933.a. ligna ad templi structuram Salomoni mittit loppem vsque,4.tom.in cap. 61.Esaiæ.

Hircanus,vide Hyrcanus.

Hircus,qui offerebatur quotidie,septem diebus, quid mystice, 4.tom.1075.c. hircus, & eius natura, 5.tom.in cap.18.Amos. eius sanguine adamas rumpitur,5.tom.ibidem. semper excelsa petit, & in præcipitiis versatur, 4.tom.1052.d.e. hinc hoc genus ἀπαρόλιον, quasi ἀπορόλοιον dictum, ibid. mystice in bonam partem sublimium cõuersationem notat, ibidem. ponitur pro sermone sublimium rerum,ibidem. hirci duo, emissarius, & absolutus, 6.tom. 193.b. quid significent,9.tom.sermone 34.de resurrectione domini. hirci post peccatum, conuersi signantur, 7. tom. in psal. 65. duo hirci apud Ezechielem oblati,Iacobum & Stephanum primos pro Christo immolatos notant, 4.to. 1051.c. in malam partem,cùm animal sit luxuriosum,pro libidine ponitur,5.tom.270.c.

Hirenæus, episcopus Lugdunensis & martyr, 4. to. 462.f. à Dionysio Alexandrinæ ecclesiæ episcopo reprehensus,4.tom.466.f.

Hirundo nouit pullos de succo oculare chelidoniæ,5.tom.45.c.

Hispani,Iberi ab Ibero flumine dicti, 4.to.917. a.b. à Thubal filio Iaphet, vt Iosephus interpretatur,Originem primò habuerunt,4.tom.ibidem.

Hispaniarum montes Calpe,Idrus,Pyrene,Græci sermonis monstrant initia, 6.tom.297.b. Hispani doctrinis & gladio trucidati; 9.tom. epist.45. de ratione animæ,in principio.

Historiæ fundamentum in scripturæ expositione priùs ponendum,5.tom.282.d.e. quod semper Hieronymus primum iacit, 4.tom. 896.f. post historiam tropologia enarranda, 4.tom. in cap. 13. Esaiæ. historia tropologia indiget, & tropologia historia, 4.tom.1034.f. arguuntur, qui historiam tantùm in scripturis sectãtur, 4.tom.in cap.55. Esa.

Historiæ veritas non propter allegoriam negãda,9.tom.in apologia Pamphili, in capite, quòd vnus sit Christus filius dei, qua manente, etiam sensus spiritalis recipiendus,ibid.capite præcedente.

Historicorum principes, qui, 9. tom. in regula monachorum, cap.de solitudine.

Hodie,pro præsenti vita ponitur, 4.to.407.a.b.

Hœdus seu hircus mystice ad eloquium siue sermonem refertur, 4.tom.1053.b. hœdi, id est, peccatores,ad sinistram erunt,6.tom.125.b. vide suprà, Hœdus.

Holda mulier prophetissa, 4.tom.217.c.803.c.

viris tacẽtibus prophetauit, 4.tom.295.b. temporibus autem Hieremię prophetauit, 4.to.1103.b. 5.tom.463.a.

Holocaustum,id est,totum combustum, 7.tom. 65. c.84.f. nam igne sacro consummebatur, 4. tom. 1073. b.c. Holocausta sunt, quæ super altare integra concremantur, 4.tom. 400. d.

holocaustum sempiternũ, 4. t.1080.f. spontaneum,4.to.1080.d.

Holofernes, & eius exercitus, ab Israël occisus, 4.tom.101.a.

Homerus non est alter,5.tom.377.c.

Homicida crudelis, qui sibi non parcit, 9. tom. epistol.5.ad virginem in exilium missam.

Homicidium super terram effusum, 5. tom. 102.c.

Homo ab humo dictus,5.tom.196 e. homines ex iactu lapidũ Deucalionis & Pyrrhæ facti, 9. to. in symbolum Ruffini: duo à deo creati: vnus ad imaginem dei factus: alter è limo, 8.tom.283.a.

hominum tres differentiæ in ferendo fructu, 8. tom.361.a. hominum natura optimè à deo condita,9. tom. epist. 1. ad Demetriadem virginem in principio. homines quibus bonis à deo donati,8. tom.133.c. homo iam sole condito factus est, 5. tom.10.c. quorsum creatus, 5. tom. 78.f. mundus minor vocatur,& ciuitas parua, 5.to.60.c.8.to. 27.b. mundi colonus,5.tom.24.f. homo viuẽs, est vanitas,5.tom.7.b. putredo: & filius hominis, vermis,8.tom.47.c. homo frequenter arbor dicitur,7.tom.141.c. quattuor constat elementis, 7.tom.41.c. qui per naturam est deus,4.to.256.d.

homo deus dicitur pater humano affectu,6.tom. 181.a. homo noster interior, est anima: exterior verò, corpus nostrum, 8.tom. 422.d. homo omnis quo pacto dicatur esse infatuatus à sapientia, 9.tom.100.b.c. homo pro virtutibus & vitiis formas sumit ac nomina diuersa, 9.tom.61.b. c. homo in semetipso errauit, non natura, sed mentis arbitrio,4.tom.336.d. omnis homo caro nostra est, 4. tom. 419.a. homo sicut fœnum, 7.tom. 299.a. homo in dolore, & sciens infirmitatem ferre,4.tom.373.c. homo,amisso spiritu, in puluerem reuertitur,7.tom. 230.d. ignorat præterita, & futura,5.tom.50.e. nescit finem suum,5. to. 60.d. per momenta mutatur:& dum nescit, interit,7.tom.407.a. comparatus iumentis insipiẽtibus,7.tom.150.f. ad annum trigesimum robustissimus,4.tom.107.c. non est in terra iustus, qui faciat bonum,& non peccet,6.tom.301.b. omnis homo mendacium, omnis homo vmbra, omnis homo imago,7.tom.349.b. homo videt in facie,deus in corde,4.tom. 567.c. homo in spiritu immundo,qui domicilium habebat in monumentis,quid mystice,6.tom.163.b. homo vbi cecidit, ibi exurgit,6.tom. 150.c. homo habens manum aridam quid significat,6. tom. 157. a. homo, qui seminat in agro,6.tom. 55.b. homo non est ante mortem beatus,4.tom.32.d. homo peregrè proficiscens,corpus est Christi in cælum eleuatum, 6. tom.186.d. homo dei quis dicatur,4.to.849.a. b.

homo vnus pro multis dicitur,& plures pro vno dicuntur,7.tom.167.b. homo paterfamilias, est Christus,6.tom.123.a. homo perfectus à Christo assumptus,9.tom.425.a. homo semen iactans, filius est hominis, 6.tom.161.c. homo nouus venit in mundum,7.tom.101.c. homo, quem suscepit Christus,deum laudat,7.tom.322.f. homo peccati est diabolus,8.tom.618.f. homo, in quo totus Satanas habitaturus est,4.tom.1137.b. homo iniquitatis & aduersarius, eleuandus contra omne quod dicitur deus,& colitur,6. tom.116. d. hominis conceptio quomodo fiat,9.tom.574.c. hominis pars in scriptura sæpissimè pro toto homine sumitur,8.tom.472.f. hominis est præparare viam suam, sed dominus diriget gressus suos, 7. tom. 119.c hominis exterioris corruptio,interioris hominis est renouatio,& contrà, 6.tom. 405. b.

hominis grandis felicitas,scire creatorem suum, 7.tom.407.f. hominis imaginem relinquentes, bestiarum & serpentum sumpsere imagines, 4. tom.349.c. homini vniuersa subdita sunt animalia,9.tom.3.a. homini sub sole non est requies, 6. tom.173.a. homini bonum est,cùm portauerit iugum ab adolescentia sua, 6. tom.15.c. hominem deus creauit,ne interiret, 5.tom.364.f. hominem bonum inueniri,difficile, 5.tom.49.a. hominem necesse est bis mori,9.tom.36.c. hominem assumptum esse ad dexteram dei patris, magnum est, 7. tom.67.b. homines omnes bonos deus creauit, 7.tom.346.f. homines bonos conditos fuisse, sed sponte sua ad peccatum lapsos fuisse, 5. tom. 49.a. homines nos omnes æqualiter nascimur imperatores, & æqualiter pauperes, æqualiter & morimur omnes,7.tom. 242.f. homines omnes natura æquales sunt geniti, sed variantur meritorum ordine,& alios aliis culpa postponit, 4. tom. 719. c. homines, qui aliis præsunt, non in se potestatem ordinis pensare, sed æqualitatem conditionis: nec præesse hominibus, sed prodesse gaudere debent, 4. tom. 719. d. homines hoc à bestiis distãt,quia illi creatorem suum intelligunt,7.tom.406.f. homines secundũ conditionem carnis,sunt quasi formicæ, & pulices, 7. tom.414.d. homines ipsi cùm nihil sint, quid sunt eorum filij?7.tom.413.b. homines nulli sunt, qui naturaliter deum non intelligant, 7. tom.287.c.

homines deus variè dispensat, 4. tom. 229. c.

homines in tempore malo capiuntur, vt pisces hamo,& aues laqueo,5. to. 60.d. homines dormientes,id est,ecclesiarum magistri, 6.tom.57.c.

homines noui qui dicantur,6. to.167.b. homines inconditi & irrationabiles, iumenta vocantur, 8.tom.32.f. homines duos esse considerandos interior & exterior, 8.tom.283.a.b. homines voluptatibus dediti non debent legere canticum canticorum,8.tom.282.e. homines carnales semper spirituales persequuntur, 8. tom.562.d. homines omnes amant & diligunt aliquid, 8.to.556.f. homines cùm sine additamento aliquo appellantur in scripturis,in malam partem accipiũtur,8.t.550.e.

homines in terram nudi redeunt, de qua sumpti sunt, 5.tom.8.d. homines amentes instar brutorũ animantium in agris viuunt,locísque syluestribus, 4.to.1121.b. homines omnes deus in iudicũ adducet,5.tom.80.d. hominum nullus est, qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati,4.tom.777.b. hominum nullus sine peccato,4.to.848.e. hominum diuersus stomachus, 6.to.56.d. hominum ortus & interitus deo notus est finitus, 5.to.21.b.

Homonymia quid sit, 8.to.283.b.

Honestas sola,bonum est,4.to.90.f.

Honor omnis terrenus spumæ aquæ gracili, vel fumo, vel somnio comparatur, 6.tom. 153.c. honor in scripturis vt sumi & intelligi debet, 6.t. 65.c.

honorum cupido expleri nescit,9.tom.11.c.

ob honores qui laborarit,dæmonum tabernaculum fit,5.tom.448.d.

Honoratus Const.Africæ episcopus,quę scripserit, 9.tom.in Catalogo illustr.vir.

Honoratus, Massiliensis episcopus, quæ egerit, ibidem.

Horæ canonicę,tertia,sexta,& nona:quas ecclesiastica obseruat traditio,4.tom.in cap.6. Danielis.

hora,pro tempore, 6.to.in epist.ad Philemonẽ.

hora prima,hora secunda,hora tertia,&c.qui venerunt, quid allegoricè, 6.tom.90.f. hora sexta apud Iudæos,est meridies apud nos, 8.tom.330.d.

horæ diei duodecim, id est, duodecim apostoli, 7.tom.63.a.

Hordeum irrationabilium iumentorum pabulum,5.tom.100.f. hordeum,quod seuit Isaac, ortum est ei centuplum, 4.tom. 1072.e. hordeum spiritualiter expositum,5.tom.186.e. hordei cibus Pythagoreis detestabilis,4.tom.751.a.

Horeb interpretatur siccitas,5.tom.644.f. Horeb & Sina,idem,5.tom.644.e.

Horrea,id est,mansiones cælestes,6.tom.58.d.

Horræi populi,5.tom.290.d.

Hospitalitatis officium summa cura exercẽdum, episcopo potissimum, 6.tom. 447.a. hospitalitatem in necessitate positis non præbere, grande est peccatum,8.tom.59.e.

Hostes spirituales, spiritualibus armis sunt reprimendi, 8.tom.583.a.

Hostia quid sit,7.tom.84.f. hostiæ sunt, quarũ pars offertur altari, pars sacerdotibus traditur, 4. tom. 400. e. hostiæ, quæ immolabãtur in altari, carnes sanctæ erant, & inter eas differentia erat multa, 5.tom.513.a. hostiæ quæ pro peccato offerebãtur in lege, cur peccati nomine appellarentur, 8.tom.423.c. hostiæ salutares,6.tom.307.b.

Horti fiunt propter imbecilliores & infirmos, 5.tom.15.b.

Humana peruersitas ad excusationem sui prona, 4.to. 514.f. humana natura semper aliquid amat, 8.tom.288.e.

Humanitas in Adam derelicta, 7.tom.69.a.

Humeri,interpretantur opera,7.tom.323.c.

Humilis mens deum ad misericordiam prouocat, 4.tom.1046.d. humilis citò ab hæreticis scandalizatur, 4.tom.79.f.80.a. humiles hîc in terra, apud deum sunt alti, 7.tom.340.a. humiles terræ dominus arguet, 4.tom.89.c. humiles corde deus in iudicio dirigit,7.tom.79.b. humilium via, est Christus, 5.tom.221.a. in humilibus dominus habitat,5.tom.243.b. humilium suorum miseretur deus,4.tom.344.f. humilem respicit dominus, 4. tom. 485. a. in humilibus deus habitat, 4. tom. 412.e. super humilem spiritus domini requiescit, 7.tom.222.e.

Humilitas inter virtutes est præcipua, quæ spe hæreditatis domini nascitur, 5.tom.326.f. humilitas cordis, paupertas appellatur spiritus, 4. tom. 1119. a. humilitas timore conseruatur, & omne peccatum expellitur, 6.tom.183.b. humilitas non tam in sermone, quàm in mente consistit, 6.tom. 395.a. humilitas semper præcedit gloriam, 6. to. 170. e. humilitatis & simplicitatis laus, 9. tom. 562. c.d. & seq. humilitatis cõmendatio, 9. tom. 18.e.f. humilitatem comitatur patientia, 4.tom. 705.a.b. humilitate apud deum nihil sublimius, 9.to.18.f. ex humilitate omnia bona proueniunt, 9.tom. 649. c. humilitate nihil sublimius apud deum, 9.to.18.d. humilitate diabolum vicit Christus, 6. tom.8.e. 9.b. humilitas Christi, 9. tom. 564.d.

Humiliatione gloriandum, 6.tom.170.e.

Hunnorum facies, & sermo terribilis, 4. tom. 1187.a.

Huz, quæ interpretatur insula, Iob patria fuit, 4.tom. 627.a. Huz interpretatur, consiliatrix, 8. tom.9.b.& c. Huz regio allegoricè exposita, 8. tom.9.c. & mystice, 4.tom.10.e.

Hyades pluuiæ,5.tom.247.c.

Hyæna anima, quod semper cadauera sequitur, & viuit succo, ac sanie corporum mortuorum, 4. tom.471.a. b.

Hydra multorum capitum, 4.tom.727. a. hydræ nouella plantaria renascuntur, medio serpente confosso,4.tom.845.b.

Hyems huius præsentis vitæ procellas & turbines indicat,8.tom.382.e.

Hydriæ super fontem contritio quid significat, 5.tom.76.e.

Hymnus.cælestis,7.tom.426.d. hymnis matutinis & vespertinis ecclesiæ delectatur deus,7.tom. 185.b.

Hypocrisis,seu simulatio honesta,& sancta, quę, 6.tom.287.f. in hypocrisi quínam loquuntur, 8. tom.628.e.

Hypocrita quis propriè sit, 6.tom.16.f.105.b.c.

hypocrita est ipse diabolus, 8. tom. 47.a. hypocritæ descriptio,4.tom.78.e. hypocrita in amicitia fictus,8.tom.74.e.f. hypocritæ fidei gehennæ ignibus concremandi,6.tom.58.d.

Hyra, præstantissimus Salomonis architectus, ecclesiæ ædificandæ typus,4.tom.28.e.f.

Hyrcanus põtifex diadema capiti suo imposuit frustra,4.tom.879.c. nouissimus pontifex de gẽte Machabæorum ab Herode iugulatus est, 4. tom. 1150.d.



I

IAbin interpretatur, intellectus, qui in sua sapientia,& non in gloria dei,factus est [illegible]stercus terræ, 7.tom.246.f. interfectus à Debora, 7.tom.246.e.

Iacob ἄκανθος, 4.tom. 480.f. vocabulum est nascentis corporis, 5.tom. 240. e. interpretatur, supplantator,5.tom.150.e. 6.tom.154.e nõ autem semper supplantator vitiorum intelligitur, 7.tom. 228.e. Iacob domus,supplantatores vitiorum intelliguntur,7.tom.341.c. Iacob primùm vocatus, deinde Israël,quid moraliter,7.tom.342.d.

Iacob vt appellaretur Israël, multo ad id labore, peruenit, 4.tom. 459.c. inter duodecim patriarchas, vnius filiæ pater est, & ob ipsam periclitatur, 5.tom. 16.e. pro duodecim tribubus, Israël & Iuda vsurpãtur, 5.tom.149.c. post quàm cum angelo luctatus est, Israëlis meruit accipere nomen, 5. tom.396.e Iacob duos esse:vnum carnalem, alterum spiritalem, 4.tom.310.f. Iacob carneum atque terrenum fratrem suum Esau supplantauit, & superauit, & benedictiones illius meruit accipere, 4.tomo. 905. c. Iacob post multas luctas deum videre meruit, 7.tom. 391.c.

vidit angelos conſcendentes, 7.tom. 430.c. ſub capite eius lapis, erat Chriſtus, 7.to.391.a. Iacob ſibi roborabitur, 5.tom.150.f. cur inſpectiuam deſignet philoſophiam, 8.tom.292.f. quot & quanta perpeſſus, 9.tom. 45. d. intrauit in ciuitatem munitam, & non eſt reuerſus, quid ſit, 7.tom. 325.a. Iacob nos filij ſumus, 7.tom. 308.c. hic ad inferos ſe deſcenſurum dixit, 5.tom.26.f. quatuor habuit vxores, 4.tom. 453.c. Iacob centum & triginta annos quibus vixerat: pauci, inquit, & peſſimi ſunt dies mei, 4.tom. 945. b. Iacob & Eſau, fidei merito ſeparati antequam nati, 8. tom. in cap.9.epiſt. ad Romanos. Iacob læuis & nitidus: qui Eſau ſupplantauit, & eius primogenita accepit, domíque habitauit, 4.tom. 981.b. nuda dormit in humo, lapide capite ſubiecto: quòd domini ſit athleta, & præparet ſe contra aduerſarias poteſtates, Chriſtum habens pro capite, 5.tom. 260.c.

ex præſentia, non ex acceptione perſonarum Iacob deus dilexit, & Eſau odio habuit: vt amaueꝛit, quem prouiderit iuſtum futurum, oderit quem peccatorem prouiderit: deo enim futura, vti iam facta ſunt, de fine rerum, non de exordiis ſententiam ferens, 6.tom. in cap.1.epiſt. ad Galatas. malè Origeniſtis prioris vitæ cauſis, hæc deſcribentibus, & locum Pauli ad Romanos de Iacob & Eſau multis ventilantibus, ibidem. Vide ſuprà, Eſau.

Iacobus Zebedæi, & Iacobus Alphæi, 6. tom. 33. a. Iacobus & Ioannes patrem corporis reliquerunt, & verum patrem ſequuti ſunt, 6. tom.33. a.b. cur Iacobus frater domini vocatus, 6. tom. 281.c. 8.tom. 551. c. epiſcopus Hieroſolymorum primus, cognomento iuſtus, vir tantæ ſanctitatis fuit, vt fimbriam eius veſtimenti certatim cuperent omnes attingere, 6.tom.282.d. hœdus immaculatus ab Herode immolatus, 4.tom.1051.c. Iacobus & Stephanus, primitiæ martyrum, 4.to.1051.c.

Iacobus apoſtolus poſt D.Stephanum pro Chriſto fudit ſanguinem, 6.tom.281.c. Herodis pertulit ſententiam, & martyrio coronatus eſt, 4. tom. 635.b. de templo à Iudæis præcipitatus, 6.t.282.d.

Iacobus minor fuit frater domini conſobrinus, quòd ex Maria, virginis Mariæ ſorore, ſit natus, 6. tom.51.c. vel propter egregios mores, & incomparabilem fidem, ſapientiámque nõ modicam, frater domini dictus eſt, 6.to.281.b.c. hic frater domini tertius decimus apoſtolus fuit, 4. tom. 112.f.

Sic erat quorũdam opinio, inter quos Nicephorus Calixtus eſt, tres ſcilicet fuiſſe Iacobos: primùm Zebedæi filium: ſecundum Alphæi: ambos ex duodecim apoſtolos. Tertiũ deinde hunc cognométo iuſtum, fratrem domini dictũ, extra numerum 12. & ita tertiumdecimum apoſtolum, quam opinionem hic Hieronymus refert. Alia tamen, ac verior eccleſiæ ſententia eſt, quæ duos tantũ Iacobos agnoſcit: maiorẽ Zebedæi filium, cui Iulij 25. diem feſtum agit: minorẽ fratrem domini, cuius natalẽ vnà cùm Philippi natali celebrat, die primo menſis Maij: De tertio autem nuſquam meminit. Quàm ſententiam Hieronymus in libro cõtra Heluidium multis defendit, aſſerens duos tantũ fuiſſe Iacobos, non tres: Iacobúmque dictum iuſtũ, & fratrem domini, eundem eſſe cũ Iacobo Alphæi: propteréaque ex duodecim numero fuiſſe, non tertiumdecimum: Pauli maximè innitens teſtimonio, qui ſcribens ad Galatas, Iacobum fratrem domini, apoſtolum fuiſſe aſſerit. Natus eſt autẽ hic ex Maria, Cleophę filia Deiparæ ſorore, & Alphęo: & ita modò Iacobus Alphei appellatur à patre. Matth.10. Luc.6. Act.1. modò ad diſtinctionem alterius Iacobi, minor dicitur, Marc. 15. Similiter eius mater Maria, nunc Maria Cleophę à patre vocatur, Ioan.19. nunc à filio, Maria Iacobi, Matth.27. ſeu Maria Iacobi minoris, Marc.15. Vide hac de re, 2.tom.

Iairus archiſynagogus, 6.tom. 163.c.164.d. interpretatur, illuminans, ſeu illuminatus, 6.to.164.d.

Iambum ſtruere, 6.tom.in cap.4. epiſt.ad Epheſios.

Iammes & Mambres aduerſarij Moyſi, 7. tom. 227.b.

Iamnia, 4.tom.474.e. Salome ſoror moriens Herodes magnus Iamniam teſtamento reliquit.

Ianitores eccleſiæ, vltimus eccleſiæ gradus, 4. tom.in cap.44.Ezech.

Iantina, 4.tom.in cap.16.Ezechielis. violaceam Romæ appellant, viola purpurea, quæ Græcè Ion dicitur: Hyacinthina ab hyacintho, colorem eundem quidem habent, ſed diluciorem, ac non ita ſaturum.

Ianua regni moraliter quid ſit, 6.tom.155.a.

Ianuarius, primus mẽſis apud Romanos, & quartus apud Hebræos, 4.tom.728.f. vnde hoc nomẽ accepit, 4.tom.935.a. Ianuarius menſis ſic dictus, quòd anni ſit ianua, hyberni frigoris cõtinet principatum, 5.tom.566.f.

Iaphet quam terræ partem occupauit, 4. tom. 494.f. nationes maximè orientales, 4.to.494.f.

Iaphet (vt ex Geneſi cap.10. apparet) genuit Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Moſoch, & Tiras. Eſaias ex his memorat, Iauan, Thubal, & Moſoch: Iauan Græcis originem dedit: cuius nomen tones retinuerunt: Thubal pro Italia, aut Hiſpania Hieronymus accipit: Moſoch pro Cappadocia, aut potius Italia ſumi alibi ex Ioſepho teſtatur. Liber quidam qui Beroſi Chaldæi (licet falſo) nomine circunfertur, (non inutilis tamen, & qui mentito auctoris nomine multùm obſoletæ antiquitatis veritatem retineat:) ſcribit Gomerum, quem Comerum cognomento Gallum ille appellat, Italiam tenuiſſe: Thubal, quem Iubal ille vocat, Hiſpanos, ſeu Celtiberos: quod Hieronymus quoque credidit. Tyran vel Tyrenſes, vt Ioſephus putat, vel vt alij Thraciam: volúntque ſic dictam, quaſi Tiraciam: eiúſque adhuc retinere nomen in Mœſia põtica, ſeu inferiori Valachia, quæ eſt apud Ptolemæum Tiraſpolis. Hoc diximus vt oſtenderemus Iapheti poſteros occidentem potius tenuiſſe quàm orientem: propteréaque non immerito nos ſuſpicari mendum in Hieronymo ſubeſſe, & pro orientales, occidentales legendum. Regiones enim, quas Hieronymus à Iapheti filiis occupatas refert, occidentales eſſe nemo ignorat: Ioſephus tamen in vtramque ſententiam libro antiquitatum primo cap.11. filios Iaphet, tenuiſſe aſſerit eam orbis partem, quæ eſt à Tauro, & Amano montibus in Aſiam, vſque ad Tanaim flumen: item Mediam, & Europam. De Iapheto meminit Heſiodus in Theogonia, Iapetum illum appellans: Quo nomine mentionem illius facit etiam Flaccus, dum ait. Audax Iapeti genus. Et Ouidius primo metamorphoſeos,

ἶασμος, 4. tom.629.c.

Quod eſt Hebraicè יחיד, Hieronymus celeuma trãſtulit, Symmachus κρατέλλημα, Aquila ἴασμον. Septuaginta vocem omiſerunt, διὸτ ἀσαφῶς τρυγῶντες ἀσυκρίδωσουσι, interpretati. Illi autem quaſi vindemiantes reſpondebunt ad habitatores terræ. Vbi nos habemus. Celeuma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ. ἴασμος autem fictitia reor dictio eſt, à ſimili, quàm vel viademiãtes, vel veriùs vuam calcantes emittunt: cuiuſmodi ſunt apud Terentium Ohe, Hem, Vah & ſimiles: nã ἴα, vnde ἴασμος ducitur, vocem, clamorémque ſignificat: in quem ſenſum κρατέλλημα vertiſſe Symmachum reor, voce ἀπὸ τῶ λακεῖν deducta: ſignificat autem cum plauſu quodam, ac manuum pedúmque percuſſione clamare. Vtitur ea in hunc ſenſum Homerus in Odyſſæa. Vel potiùs vox à λήγω, id eſt, deſino ducta eſt: quòd nautæ vna & eadem voce ſeſe ad opus adhortantes, & ſimiliter laborantes alij, deſinant.

Iaſonis & Papiſci altercatio, 8.tom.303.b.

Iaſon Theſſalonicenſis, Pauli Apoſtoli diſcipulus, cuius ille Rom.16. meminit (idem ille, qui Theſſalonicenſibus contra Paulum & Silam commotis, domi Apoſtolum, Silámque ſeruauit, & eorum vice à furente populo comprehenſus eſt, vt ſcribitur Act.17.) auctor fuiſſe dicitur illius Græci voluminis, quòd Iaſonis & Papiſci altercatio inſcribitur: de quo reſpondens Celſo, qui illud impugnabat, Origenes ita ſcribit. Quòd ſi quis æquiore animo Iaſonis & Papiſci ſcripta perlegerit: profectò comperiet non irridendum eſſe hunc librum: in quo Chriſtianus ex Iudaicis ſcriptionibus cum Iudæo deſcribitur diſputans, & planè demonſtrans, quæ de Chriſto extant vaticinia, Ieſu ipſi congruere. Troadis Epiſcopum fuiſſe Iaſonẽ Dorotheus martyr in ſynopſi ſcribit. Hieronym⁹ in principio quęſtionum ſuper Geneſim, reprehendit, quòd in hoc libro ſcriptum eſſet, In filio creauit deus cælum, & terram: Hebraica voce, & omnibus interpretibus conſentientibus, legi debere, In principio creauit deus cælum, & terram.

Iaſpidum multa genera, 4.to.387.c. eo propugnacula vrbis domini, id eſt, murorum mœnia roborantur, ibid.

Iaſub, Eſaiæ filius, interpretatur relictus, Iudaici populi typus, 4.to.62.f.

Iauan, qui Iaphet filius fuit, Græcis originem dedit: hinc Iauan, cuius nomen Iones retinent, Græcos ſignificat, & mare Ionium, 4. tom.494.f. Iauan interpretatur, eſt & non eſt, ſæcularémque ſapientiam notat, quæ modò ait modò negat, 4.tom. 917.b.

Iberia, hoc eſt, Hiſpania, ab Ibero flumine, 4. to. 494.f.

Iberi, ſunt Hiſpani, qui ab Ibero flumine nuncupantur, 4.to.917.b.

Ibices Græcè Tragelaphi dicuntur, 8.to. in cap. 39.Iob. ibicum natura, 8.to.137.a.

per Ictum oculi, breuitas momenti nimia ſignificatur, 8.to.512.d.

ἴκμὸς, id eſt, fortis poténtſque, 4.to.785.c.

Ictérus, & ictericius morbus, 5. to. 239.b. cùm totum corpus fellis ſuffuſione flaueſcit, ictericius morbus dicitur, ab ictero huius coloris aue, quem raulum noſtrates Reatini vocãt: Gallicè, vn Coriot.

ἰδιώτης, 6.tom.418.f.

Idiotæ quínam dicantur, 8.t.504.d. idiôta ſimplex & bonus melior docto ſine dilectione, 8. to. in cap.12.Prouerb.

Idololatria, quartum opus carnis, 6.tom.341.a.

eſt fornicatio, 5.to.105.c.6.to. 415.c. nititur radicibus artis magicæ, 9.to.442.d. feſtiuitate, gula, ventre, & his, que ſunt infra ventrem, delectatur, 6.to.341.a. idololatriæ error, in gentibus grauiſſimum onus, 4.to.330.d.

Idola ex mortuorum errore creuerunt, 5.to.96.f. idôla pluraliter, pro vno idolo, 4.to.1114.f.1115.a.

idola gentium ridentur, 4.to.319.a. idola, quæ quondam adorarunt filij Iſraël, 5.to.219. b. idola omnia Babylonis vſque ad ſolum ſtrata, 4.t.124.f.

idola omnia Ægypti corruerunt in aduẽtu Chriſti, 4.to.118.f. idola peruerſorum dogmatum, 4. to.825.a. idolorum cultura, eſt omnis mali cauſa & initium, 8.to.397.a. idolorum nullum prædicere poteſt, 4.tom.303.c. idolorum prima, Chriſto in Ægyptum adueniente, ruina fuit, 4.tom.116.f.

in idolis quomodo ſpiritus nõ eſſe dicatur, cùm omnibus ſimulacris aſſideant immundi ſpiritus? 5. tom.439.a.b. idolis ſemper amœna & excelſa loca dicabantur, 4.to. 512.d. idolis immolata non comedẽda, 8.to.490.d.e. idolorũ deſcriptio, quæ venerantur gentes, 4.to.553.a. idola hæreticorum, 4. to. 319.b. idolum falſitatis cadentes adorant hæretici, & adorare perſuadere volunt, 4.tom. 23.a. & 1114.c.

Idolothyta Chaldæa, 5.to.135.b.

Idrus, mons Hiſpaniæ, 6.to.297.b.

Idumæa, vrbs in monte ſita, 4. tom.264.f.5.tom. 294.f.7.to.245.b. in Hebræo nunquam ſcribitur, ſed Edom, 4.tom.905.a. in deſertum perditionis erit, 5.to. 207.a. Idumæa, eſt pars Syriæ, Ægyptum verſus, Arabiæ à Peluſio cõfinis, circa vrbem Petram, quæ Gabalena dicitur, poſita, ſupra quam & Samariam Iudæa longè latéque funditur. tropologicè expoſita, 5.tom.290.f.

Idumæi & filij Ammon per Lot & Eſau populi Iſraël, & domui Iudæ cognatione ſociantur, 4. to. 906.d. hodie Idumæi circunciduntur, 4. to.552.f.

Iebus, ciuitas, 7.tom.223.a. quæ poſtea Hieruſalem dicta eſt, interpretatur conculcata, 5. tom. 472.e.f.

Iebuſæus cõculcatam ſonat, 5.tom.571.a. quòd Hieruſalem olim vocaretur Iebus (à qua Iebuſæi, qui eam ortã priùs tenuerunt) clarè proditur Ioſue XVIII. & XIX. & 1, Paral.XI.

Iechonias rex Iudææ cum matre & optimatibus ciuitatis à Nabuchodonoſor ductus eſt in Babylonem, 4.to.859.a. penultimus rex Iudææ, 4. to. 612.e. in Babylonem ductus eſt, 5. to.501.b. interpretatur, domini præparatio, 4.to. 611.a.b. inhonoratus, ſicut vas, cuius nulla eſt vtilitas, 5.tom. 132. f.

Iechonias cognomento, nomine autem Ioachin, filius Ioakim, & nepos Ioſiæ regis, poſt mortẽ patris regnauit in Iuda, & Hieruſalem menſibus tribus, & diebus quindecim. Mox captus à ducibus Nabuchodonoſor ductus eſt in Babylonem, & loco eius conſtitutus eſt Sedechias filius Ioſiæ patruus eius: cuius anno vndecimo capta, deſtructáq; Hieruſalem fuit, 4.to.1103.b.c.

Ioakim pater: Ioachim verò qui & Iechonias, filius fuit, ibid.

Vterque tamen dictus eſt Iechonias. Ioakim eſt ille de quo Matthæus in fine ſecundæ Teſſarodecadis ait. Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Ioachin verò de quo in principio tertiæ Teſſarodechadis ſubdit. Et poſt tranſmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel: Quod ignorans Porphyrius & Iechoniæ nomine vnum tantum in Matthæo virum intelligens, vnam deeſſe generationem ex his, quas per Teſſaradecades euangeliſta recenſet, calumniatus eſt, 4.tom.1103.b.c. de Ioakim dicetur poſtea, in verbo Ioakim: Hic autem Iechoniæ nomine Ioachin intelligimus. Ductus eſt in Babylonem Iechonias Ioſiæ nepos, cùm matre, & aliis principibus, artificibus, & multis nobilibus, ibíque mortuus eſt, 4.tom. 607.b.c. cùm oppugnaretur Hieruſalem ab exercitu Nabuchodonoſor, venit ad eam ipſe rex: ad quem egreſſus Ioachin cùm matre, ſeruis, eunuchis, principibus, & cunctis nobilibus, ſuſceptus eſt à Nabuchodonoſor, & ductus in Babylonem, annò octauo regni Nabuchodonoſor.: & poſt paululum tranſtulit in Babylonem omnem Hieruſalẽ, vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem, & omnem artificem, & incluſorem, nihílque relictum eſt exceptis pauperibus populi terræ. Quo capto cum infinita populi multitudine, & cunctis opibus Hieruſalem, regnauit Sedechias annis vndecim: ſub quo capta poſtremo vrbs, templúmque deſtructum fuit, 4. tom. 859. a.

à primo anno Iechoniæ, vſque ad primum annũ Cyri regis Perſarum, qui fuit deſolationis templi trigeſimus, anni quadraginta ſupputantur, 4.tom. 749.a.

Iecur libidinum, cupidinum, & voluptatum ſedes, 4.tom.731.a.

Iedidia, quid, 6.tom.473.c.

Iehu ſanguinem ſanguini miſcuit, 5.tom. 120.f. deleuit domum Achab & Iezabel, 5. tom. 86.c.

Ieiunare, bonum eſt, 7.tom. 330.f. ieiunauit Chriſtus non carnaliter, ſed ſpiritualiter, 7. tom. 111.b. ieiunare niſi cœpiſſet Chriſtus, occaſio tentandi diabolo non fuiſſet, 6.tom. 8.e.f. qui ieiunat ab omnibus malis, & vult ſuum ieiunium reſpici, non ſolùm declinet à malo, ſed & faciat bonum, vt ſoluat omne vinculum iniquitatis, 4.tom. 419.c.

Ieiunantes caput ſuum oleo vngere debent, 5. tom.58.e.

Ieiunium dicitur ſanctificatio, 5.tom.554.f. ieiunium, quod impetrabiles facit lachrymas, 4.tom. 1154.f. ieiunio & lachrymis miſericordia dei eſt inuocanda, 4.tom.1156.d. eos, qui ieiuniis vacant, diligit Chriſtus, 7.tom.331.b. ieiunium vſque ad veſperam, 7. tom. 111.b. ieiunio anima viget, & mens nihil niſi de deo cõſideꝛat, 7.tom.248.f. ieiunia qualia eſſe debent, 9.tom.19.d. ieiunium ſanctificare quid ſit, 8.tom.454.f. ieiunium, chriſtianorum annona, & eſca, 7.tom.331.b. in ieiunio victoria eſt, & in victoria triumphus, 7. tom. 331.b. ieiunij effectus, 9.tom.542.a. ieiunia temperata eſſe debere, 9. tom. 541. a. & ſeq. ieiuniis ſeruatur caſtitas, 9.tom.16.f. ſine ieiuniis non cõſcendimus ad regna cælorum, 7.tom.431.a. ieiunia ad cælorum regnum poſſidendum neceſſaria, 7.tom.283.b. ieiuniorum neceſſaria virtus, 9.to. 19.b. ieiunio paſſiones corporis, & oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis, 6. to. 174.e.f. ieiunium ad peccatorum veniam obtinendam neceſſarium, 5. tom. 319. a. ieiunium omne deo non placet, 5.tom. 185. b. ieiunium ad hoſtes ſuperandos neceſſarium chriſtianis, 7.tom.237.a. ieiunium deo gratum, quale, 9.tom.4.b. ieiunium acceptabile, quod & quale, 4.tom.420.d. ieiunia ſancta quæ ſunt, 4.tom.417.a. ieiunia quando proficiunt, 5. tom. 573.c. ieiunium tuum non ſit lucrum marſupij, ſed ſaturitas animæ, 4.tom.418.f. ieiunium cum litibus non prodeſt quidquam, 4.tom. 416.f. ieiuniorum dies, 5.tom.567.a. ieiuniorum ſolennes dies, 4.tom.417.a. ieiunium certis diebus indictum in lege, 4.tom. 1064.c. ieiunium quadrageſimæ vt obſeruandum, 6.tom. 314. d. ieiunium quadrageſimæ quale fuerit antiquitus, 9. to. 448.c. ieiunia poſt Pentecoſten ab hæreticis obſeruata, 6.tom. 29.c. ieiunium quarti & ſeptimi ac decimi menſis, 5.tom. 567.a. ieiunium decem dierum ante feſtum Scenopegiæ, 7. tom. 236.f.

ieiunij dies menſis ſeptimi, 4.tom. 666.f.

Iepte ſi obtulit filiam ſuam deo, non ſacrificium placuit, ſed animus offerentis, 4.tom.544.d.

ἱερατεία, ſacerdotium, 5.tom.101.a.

Iericho hunc mundum ſignificat, 7. tomo. 223.a.

Ieroboam, filius Nabath, ſcidit populum à reliquo populo, & decem tribus duxit in Samariam, 7.tom.226.d.

Ieſſe radix ſurget in ſignum populorum, 4.tom. 92.d.

hic translatus in montem Carmelum, 4. tom. 236. d.
Libellus paruus de terra repromissionis, à D. Hieronymo editus, 4. to. 520. e.
Liber, quem nemo soluere potest, nisi scripturarum sacramenta cognouerit, 4. to. 1172. e. liber Enochi apocryphus, à D. Iuda citatus, 6. tom. 450. f. liber bonus, qui sæpe nobis est legendus, liber viuentium, 4. to. 1138. e. liber apocryphus, 7. to. 386. e. liber malus est, qui in accusatoris tenetur manu, 4. to. 1138. e. liber inuolutus, atque signatus, scriptúsque intus, & foris, 4. tom. 740. f.
liber pastoris, 5. to. 126. e. liber vocatus, seruus est Christi, 4. tom. 366. d. liber obsignatus, 4. to. 233. e. librum signatum leo de tribu Iuda solus aperit, 80. b. liber intus, & foris scriptus, ab Ezechiele deuoratus, 4. tom. 505. a. libri duo scripti, viuentium & iustorum, 7. tom. 193. b.
libri complicati, aperientur in iudicio generali, 7. tom. 241. a. libri aperti sunt, in quibus descripta erant opera singulorum, 4. tom. 32. e. f. & 264. d. e. liber D. Hieronymi de veste pontificis, 4. tom. 781. c.
Liber pater natus de femore Iouis, 9. tom. in Symbolo Rufini.
Liberalitas, virtus est maxima, & quę sint eius extrema, 4. to. 409. b. c.
in libertatem vocati sumus, qua donauit nos Christus, 4. tom. 398. d. libertas ibi, vbi spiritus est Dei, 6. tom. 88. f. & 404. f. libertate donatur, qui veritatem cognoscit, 6. tom. 404. f. libertas integra non erit, nisi in die iudicij, 7. tom. 161. b. c.
Libertate spiritus pro licentia quis abuti non debet, 6. tom. 338. f. & 339. a. spiritus libertas à lege veteri, non à charitate, & obsequio dei & proximi, liberum facit hominem, ibidem, à peccatis hæc est libertas, & ab omni errore, & concupiscentia, 6. to. 324. e.
Liberum hominis arbitrium, 4. tom. 336. d. 341. c. 349. c. 428. e. & 6. tom. 44. f. 16. f. 181. a. 39. a. 477. b. c. & 8. tom. 70. f. & 9. tom. 29. a. 30. c. d. plura hac de re, vide suprà in verbo, Arbitrium liberũ, & vide plura infrà in verbo, Liberum arbitrium.
Libidinosi equi insaniętes in fœminas facti sunt, 4. to. 349. c.
Libidinosus penem, & Beelphegor colit, 5. to. 219. c.
Libido Deus est libidinosis, 7. to. 239. b. libido & gula duo vitia propter voluptatem homines decipientia, 9. tom. 16. a. libido domat ferreas mentes, 9. to. 595. b. libido semper sui relinquit pœnitudinem, 9. tom. 521. b.
Libra dolosa, abominatio domini dicitur, 8. to. in cap. 11. Prouerb.
Libs liliis occasum facit, 9. to. epist. 49. Rufino ne ducat vxorem.
Liburna nauis, 4. tom. 1159. c.
Liburni Illyrici populi sunt, qui velocissimis nauigiis (cuiusmodi sunt ea, quas Fregatas aut Fustas nunc dicunt) vsi, Ionium mare, & eius insulas prędabantur. Hinc ciusmodi naues Liburnæ nuncupatæ. Horatius, Ibis Liburnis inter alta nauium, amice, propugnacula.
Libya in duas partes diuiditur, 9. to. 504. a.
Licent quædã quæ non expediunt, 8. to. 49. f. quod non licet, magis desideratur, 5. tom. 171. a.
Lidda, alias vocatur Diospolis, 5. tom. 299. b.

Lidda, seu verius λύδδα, Lydda Ioppe propinqua est, vt Lucas in actis Apostolorum cap.9. scribit, in eáque Petrus Tabitham à morte suscitauit: ex decem toparchiis, in quas reliquam Iudæam Plinius diuidit, sunt Hierico, Emmaus, Lydda, Ioppe, & Acrabatene.

Liddas, sapiens apud Hebræos, cognomento ἀληθιράτης, D. Hieronymo historiam ridiculam narrat, 5. to. 435. c.

Lignum Sethim imputribile, 4. tom. 302. e.

lignum, quo vehimur per vndosum mare ad terram viuentium, 6. tom. 195. b. lignum vitæ quid sit, 4. tom. 481. c. 5. tom. 15. b. lignum vitæ, crux Christi, 8. tom. 69. c. lignum rationabile per inobedientiam præcisum, 8. tom. 38. d.

lignum, pro sapientia, 7. tom. 18. f. ligni folia, quæ ad sanitatem gentium proficiunt, 7. tom. 18. f. lignum vbi ceciderit, ibi erit, 5. tom. 69. a.

lignum secundum, boni tantùm, nobis & vitæ lignum est, 6. tom. 195. a. b. lignum humiliatum, & mox per crucem exaltatum, Christus, 4. tom. 846. d.

lignum mittere in panem, apud Hieremiam, est crucem in corpus saluatoris mittere, 4. to. 560. f. lignum peccatum significat, quod per lignum accidit, 8. tom. 69. b. c. lignum plurimam præbet hominibus vtilitatem, & in omnem agriculturam, & armorum vsum proficit, attenuatur in scuta, traditur in hastilia, claudit foribus, continet armariis, tisco, loculis, omnémque domus tribuit supellectilem testimonia scripturæ, quæ sunt de ligno, 4. tom. 396. c. ligna infructuosa, hæretici sunt: quæ ecclesiastici succidentes, periclitantur in eis, nisi cauti, & docti ictus aduersariorum repercutere sciant, 5. tom. &c. ligna sylvæ quid indicent, 8. tom. 357. c.

ligna agri plaudent ramis, & manibus concrepabunt, 4. to. 396. e. ligna scindens, periclitabitur in eis, 5. to. 64. e. ligna virtutum in templo paradisi plantata, 5. to. 505. a. b.

Lilium mystice Christus, ac etiam ecclesia, 5. tom. 174. f. Christus quale lilium ecclesiæ gentium, 8. tom. homilia tertia in cantica canticorum, pagina vndecima, sesquialtera à principio, ipsi quoque Christo lilium sit fidelis anima, ibidem, paulo antè.

Limbus rufus, 6. tom. in capite vigesimo septimo Matt. Extremitas vestium, limbus dicitur vulgò etiam hodie: quæ erat ex purpura, vel alio ornamento. Virgilius: Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. ponitur etiam pro veste.

λίμνη id est, stagnum, 4. to. 1133. b.

Lingua hominis quorsum creata, 5. tom. 65. a.

lingua, gladius, quo interficitur anima, 7. tom. 435. c. lingua regis est gladius, 8. tom. 53. a.

lingua venenum habet intrinsecus, 7. to. 433. a.

lingua quorsum homini data, 5. tom. 141. b.

in manu linguæ mors & vita, 5. tom. 170. f.

lingua iusti loquetur iudicium, 7. tom. 120. e.

lingua quantum sit malum, 7. tom. 432. d.

lingua malignantium, gladius acutus, 7. tom. 183. b. lingua maris Ægypti percussa, 4. to. 94. c.

lingua pro corde, 7. tom. 158. f. lingua clamat ad deum, 7. to. 23. b. lingua virginis refrenanda, 8. tom. 18. a. linguam maledicam indictum silentium emendat, 9. to. 540. d. lingua Chananitis inter Aegyptiam & Hebræam media, 4. tom. 174. f. lingua balbutientium, & mutorum aperto sermone dominum confitebitur, 4. tom. 255. b.

linguam suam qui custodit, animam suam custodit, 7. tom. 107. b. lingua omnis cunctarum gentium, non in synagogis, sed in Christi ecclesiis confitetur deum, 4. tom. 329. a. lingua omnis Christum confitens, in domino loquitur, 4. tom. 329. a. linguæ apostolorũ Christi passionis tempore obmutuerunt, 7. tom. 71. b. lingua dei quid indicet, 9. tom, 152. a. linguæ tres in crucis domini titulo quid ostendunt, 6. tom. 195. c. lingua dolosa, quæ sit, 7. tom. 159. a. linguam tuam à malo cohibe, & delectaberis in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, 4. tom. 424. f.

linguę sunt in orbe terrarum septuaginta duæ, 7. to. 142. e. linguæ in Babylone confusę sunt, 4. tom. 247. a.

linguarum vnitas in fabricatione turris Babylonicæ scissa, portendebat Apostolorum donа linguarum, 6. tom. 367. b. lingua Hebræa fœcundior Græca & Latina, 4. tom. 293. a.

lingua Hebraica Syriacæ vicina, 6. tom. 288. f.

linguam Hebræorum esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldæis fuit, 4. tom. 1105. a.

linguæ Hebraicæ proprietatem Græcus & Latinus sermo exprimere non potest, 7. tomo 346. e.

lingua Punica de Hebræorum manauit fontibus, 4. tom. 61. c.

lingua Græca omnis loquitur oriens, 6. tom. 299. b.

λινὸν, id est, torcular, 4. tom. 88. d.

Linum multo labore ac multa diligentia in candorem venit: & quid sit moraliter, 7. tom. 258. d.

linum quid designat, 8. tom. 272. e. linum, ex quo Hieremiæ cinctorium erat, populum Israel terrenum veluti illotum, ac durum, qui tamen per misericordiam illius, deo adhęsit, 4. tom. 566. f.

lino exploratores à Raab meretrice absconduntur, quòd ipsa veluti linum baptismo lota, & persecutionibus cæsa esset tanquam flagellis, 5. tom. in cap. 7. Osee, linum subtiliter pexum apud Esaiam dialecticorum artem notat, 4. to. 171. c.

linum fumigans, Iudæi & gentes extinctioni vicini: quos Christus non extinxit, sed ab incendio seruauit potius, 4. tom. 305. a. linum pro vestimento ponitur, 5. tom. in capite secundo Osee. linum signat castigationem carnis, 8. tom. 272. d. habent & hæretici linũ in nigredine perseuerans, ibidem.

Litterarum Hebraicarum interpretatio mystica, 4. to. 675. c. litterarum ardor nulla prorsus extinguitur ætate, 9. tom. 11. b.

litterarum studia teneris melius inseruntur ingeniis, 9. tom. 12. f.

litteram tantùm legis sequens in carne militat, 6. tom. in capite tertio epist. ad Galatas, sub finem, qui spiritualiter eam intelligit, est quidem in carne, quia litteram non omittit: sed non militat in carne, quia sublimius quàm sit littera eam intelligit, ibidem.

litteram qui tantùm in lege sequitur, posteriora ponit in faciem, 6. tom. in capite primo epist. ad Galatas, de eo, qui secundum spiritum legem intelligebat, mox eo omisso, ad litteram tantùm reuersus est, dici potest: sic stultus es, vt cum spiritu cœperis, tunc carne consumaris, 6. tom. ibid. in capite tertio. legem non audit, qui litteram tantùm sequitur, 6. tom. ad Galatas, capite quarto. lex secũdum litteram tantùm intellecta, infirma & egena mundi elementa dicitur, 6. tom. ibid. capite quarto. legis littera, & veluti exordium quoddam ad dei timorem, & cognitionem, hinc mundi elementum vocatur, 6. to. ibidem.

Litterator, 6. to. 26. d.

Litteratura pro negatione accipitur, 7. tom. in psal. 70.

Litigare seruum dei non oportet, 4. tom. in cap. 58. Esaiæ.

Lites habentes Apostolus redarguit, 4. tom. 854. e.

Iudicium licitum esse compertissimum. Prohibetur autem (vt doctissimè scribit D. Thomas 1. Corint. 6. lectione secunda in principio) perfectis viris, qui sua reliquerunt, & propria non habent: quibus tamen pro communibus rebus, & pro pauperum causis in iudicio esse non prohibetur. Fit autem illicitum iudicium quattuor ex causis. Primò si propter auaritiam & cupiditatem litigetur. Secundò, si peccatur in modo, hoc est, si cum contentione & detrimento pacis, lites exerceantur, quæ Pauli in prohibendis litibus mens est. Tertiò: si iniustè & fraudulenter quis in iudicio versetur. Quartò, si scandalum inde sequatur: In quem sensum dictum est à Christo, Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium. Hæc omnia D. Thomas ibi.

lites & iurgia ex cupiditatibus oriuntur, 8. to. Liuor quid, 4. to. 7. 626. c.

Liuia virum suum interfecit, 9. to. epistol. 49. ad Rufin. ne ducat vxorem.

Liuias, vrbs, quam in honorem Liuiæ Augusti vxoris, & Tiberij matris, Herodes Tetrarcha condidit, 5. tom. 72. d. Betharania priùs vocabatur hæc vrbs, quam muro Herodes circundans Liuiadem nũcupauit. Iosephus lib. 18. cap. 6. & Eusebius de temporibus. vide etiam suprà Iulias.

Loca sancta in pectore portanda, 7. tom. in psal. 95.

Locustis Christus comparatur excussis. Ex volatu in diuersas partes, non tamen pleno cursu, sapientes mundi, & imperfectæ, incertæque scientię auctores etiam significant locustæ, 5. tom. in cap. 3. Nahum. gaudium, quæ animi perturbatio est, ad sublimia nitens, huc illúcque animum captans, per locustam similiter notatur, 5. tom. in cap. 1. Ioëlis.

locusta, nomen ambiguum, & eius interpretatio, 5. to. 63. b.

locusta noxia est, & sic inimica mortalibus, vt famem faciat, & segetum culta populetur, intantum vt arbores quoque & vineas decorticet, 5. to. 167. b.

locustarum hæc est natura, vt frigore torpentes, per calorem volitent, 5. tom. 409. c.

in locusta humani generis discordiæ confutantur, 7. tom. 230. f. locusta quid designet, 8. to. 268. d. locusta volans spiritualiter posita, 5. to. 413. a. locustæ tropologicè quid significant, 5. to. 167. b.

Locutio dei quid indicet, 8. to. 102. f.

λογεῖον, id est, rationale pontificis, 7. to. 385. c.

Logica quid sit, 8. to. 291. b. Logica vel rationalis quomodo describatur, 8. tom. homil. 1. in Cãtic. canticorum. Quarto loco ponitur in disciplinis: verùm non tam separatur, quàm inseritur cæteris, ibid.

λογισμὸς incircumcisus, & immundus, 4. tom. 365. b.

Lolium est inter triticum & zizania, 6. tom. 58. d.

Lolium, 6. tom. 56. d. zizanion à Christo vocatur, ibidem. herba cum tritico antequàm culmus spicam ferat, magnam habet similitudinem, ibidem. ambiguam propterea rem notat, ibidẽ. seruari vsque ad messem, nec priùs colligi, significat ne citò proferamus sententiam vbi quid ambiguum est, sed deo iudici reseruemus, ibidem.

hæretici, hypocritæq; mystice lolium sunt: propterea quæ veluti fasce collecti, gehennæ igni reseruantur, ibidem. Nequam filius Christus zizania vocat, 6. to. 55. c. quos diabolus genuinæ, ac triticeæ segeti superseminat, ibid.

Longanimitas & patientia vera, 8. to. 598. d.

Longanimus vir, est multus in prudentia, 6. to. 344. d.

Longitudo nulla, nec etiam latitudo in corpore sphærico, 6. to. 393. b. in mundo à meridie ad septentrionem longitudo dici potest: sicut latitudo ab oriente ad occidentem, ibidem. altitudo angelos, profundum inferos: media inter hos longitudo, & latitudo notant, ibidem. qui ad meliora proficiunt, & ad cælestia consurgunt, mysticè longitudo dicuntur, ibid. d.

Loqui dei quid indicet, 9. tom. 155. b. c. qui loquitur malè, necesse est vt malè faciat, 7. tom. 281. a.

Lorica iustitiæ, 4. to. 371. c.

Loth filius fratris Abraham fuit, 5. tom. 218. d. interpretatur declinatio, 5. tom. 409. b.

sancti Noë virtutem secutus, inter tot peccantium exempla iustitiam non reliquit, 9. to. 5. c.

contra multitudinis vitia tenuit sanctitatem, & visu & auditu iustus erat, ibidem. de Sodomis cum filiabus suis solus iustus eripitur, 4. tom. 473. b.

Sodoma pereunte, seruatus est, amittens substantiam & partem corporis sui, 5. tom. 241. a. ex Loth & filiabus eius nati sunt duo, Moab & Amõ, 7. to. 324. c. Loth filij, sunt dæmones, 7. tom. 246. d.

Luca bos, 6. tom. in cap. 4. ad Galat. vbi nunc legitur: Et siquando Ægyptiæ filium viderit irascentem, recordatur vnius patris, qui lucem boues crearit, & culices: emẽdatius legitur, qui Lucas boues crearit, & culices. Lucæ autem boues elephanti vocantur, quòd in Lucanis primũ visi sunt, ducẽte eos Pyrrho rege Epirotarum, quod diserte Plinius prodit libro octauo capite sexto, Gratiani manuscripta



scripta exemplaria, 23. q. 4. cap. Qui secundum hãc genuinam lectionem retinuerunt.

Lucas interpretatur, ipse consurgens, 6. to. 482. d. hic artis medicinę fuit scientissimus, & magis literas Græcas, quàm Hebræas sciuit, 4. tom. 55. a.

natione Syrus Antiochensis, discipulus Apostoli Pauli, in Achaiæ, Boeotiæq; partibus volumen condidit, audita magis, quàm visa describens 6. tom. in epist. laudem tamen videtur habere præ cæteris in Euangelio conscribendo, 8. to. 535. c. cur vituli facie depictus, 6. to. in epistol. D. Paulo charissimus, 6. to. 480. e. Lucam medicum cooperatorem suum Paulus appellat: qui euangelium, & Actus Apostolorum ecclesiis derelinquens, quomodo Apostoli de piscatoribus piscium, piscatores hominum facti sunt: ita de medico corporum, in medicum est versus animarum: de quo & in alio loco, Misi (inquit) cum illo fratrẽ, cuius laus est in euangelio per cunctas ecclesias: Cuius liber quotiensçunque legitur in ecclesiis, toties eius medicina non cessat, 6. to. 481. a. b.

Lucerna, verbum est de tribus seminibus, 6. to. 161. a. lucerna pedibus meis, verbum domini, 4. to. 125. c. lucerna domini, spiraculum hominis: quæ inuestigat omnia secreta ventris, 4. to. 687. a.

lucerna pro gloria temporali sumpta, 8. tom. 84. f. lucerna intellectus animæ, 7. tom. 58. f.

lucernæ septem, gratias septem spiritus sancti significantes, 5. to. 539. c. lucernæ ardentes bona opera designant, 8. to. 274. d.

Lucianus presbyter de inuentione corporis sancti Stephani, 9. to. in Catalogo illustr. viror.

Lucifer stella cęteris clarior, 8. to. 132. e. quid mysticè significet, ibid. inter Cherubim nutritus: & inter lapides iaspidis & carbunculi fuit in paradiso dei, & à monte dei vulneratus est, 7. to. 243. b.

quomodo dicit, ascendam in cælum, cùm esset in cælo, 4. to. 147. c. de cælo lapsus, 4. to. 102. b.

qui mane oriebatur, & qui mittebat quondam ad omnes gentes, in terra contritus est, 6. tom. 274. f. suo vitio vesper effectus est: & nõ oriens, sed occidens, 4. to. 147. c. ad inferorum vltimum detractus, 4. to. 102. f. quærit ascendere semper super eos, qui habent imaginem cælestis, 4. tom. 148. d. Sarracenorum deus, 5. to. 256. f.

Lucifer, qui & Vesper stella, dum ad Orientem, & Occidentem rutilus micat, & noctis tenebras paruo temperat lumine, duobus annis suum peragit cursum, 4. to. 296. d. auroram lucifer prænuntiat, dum in Oriente rutilat, tempus significat in eo Psalmi versu, Ex vtero ante luciferum genui te, id est, ante tempus omne. patris autem ad filium hæc sunt verba. ab huius comparatione lucifer qui cecidit, in Esaia diabolum notat propter eius præstantiam, & præclaras dotes, quas à Domino consecutus fuerat, 4. to. 147. b. luciferum produci in tempore, 8. to. 132. d. e. Sidera quæ supra solem sunt annuum tãtum excedunt cursum: Saturni supremum xxx. Iouis xij. Martis duobus annis: At quę infra solem sunt, cùm minores habeant sphæras, ad annuũ, id est, Solis cursum, non perueniunt. Veneris enim sidus sole inferius, quòd Solẽ orientẽ præueniens Lucifer, occidentẽ subsequens, Vesper dicitur, non duobus annis, sed diebus tantum trecentũ quadraginta octo suum peragit cursum: sicut nouem diebus ocyore ambitu, Mercurij illi proximum & vltima Luna, menstruũ. Extra cuncta alia sidera largiori magnitudine Lucifer est, tantæ claritatis, vt ipse solus post Solem, & Lunam vmbras reddat: Veterũ aliqui Iunonis, alij Isidis, nonnulli matris Deum sidus appellauerunt. Eius naturam deprehendisse primus proditur Pythagoras Samius anno vrbis cxlij. Hieronymus autem dum Veneris stellę biennij cursum tribuit, Platonis sententiam secutus est: is enim infimum locum Lunę dat: supra Lunam verò Solem statuit: supra Solem verò Mercurium locat: supra Mercurium Venerẽ: deinde per ordinem Martem, Iouem, & supremo loco Saturnum. Anaximander verò, Metrodorus Chius, & Crates, supremum locum Soli dabant, proximum Lunæ, infimum stellis fixis, & errantibus.

Lucius poëta Ennium alterum Homerum suspicatur, 5. to. 377. c.

Lucrator honestus quis dicatur, 6. tom. 449. a.

Lucrum pretiosissimum quod, 6. to. 449. a.

Lucra qui sectantur, in domibus regum sunt, 6. to. 40. f.

ad Luctus domum melius est ire quàm ad domum conuiuij, 5. tom. 41. a. in luctibus mos erat incidere lacertos, & caluitium facere, 4 tom. 581. c.

Lud id est, vtilitas, 4. to. 496. e.

Lud, sunt Lydi, 4. to. 494. e.

Lugdunum, Galliarum ciuitas, 6. to. 6. d.

Lugentibus mos est, ferre cibos, & preparare conuiuium, 4. to. 581. c. lugentes consolabũtur, 5. to. 41. b.

Lugere quando maximè oportet, 4. to. 11. a.

Luith, id est, genæ, 4. to. 157. a.

Lumbare quid, 4. to. 566. f. & 567. a.

Lumbi cur accingendi, 4. to. 507. a. Lumbi cincti quid significant, 5. to. 395. c. & 396. d. Lumbos zona astringi præcepit Apostolus, 4. to. 35. a.

in lumbis & vmbilicis carnis luxuria inest, 8 to. 149. c. lumbos precingere est libidinem refrenare, 8. to. 274. e.

Lumen maius offuscat minus, 4. tom. 1056. e. f.

in lumine tuo videbimus lumen, psalmo xxv. idem est ac si diceret: in filio videbimus sanctum spiritum, 6. to. in capite secundo ad Galatas. lumen ponitur mysticè pro scientia in Ecclesiaste, dum ait: Antequam tenebrescat sol, & lumen, 5. to. 73. a. lumen domini, in quo ambulare debere domum Iacob Esaias exhortatur, est lumen veritatis, & euangelij Christus, 4. tom. in cap. 2. Esaiæ.

lumen viuentium, Christus, 7. tom. in psal. 55.

lumen in lumine videri, 7. tom. 120. d. e. lumen Israël, quod dicitur fore in ignem apud eundem Esaiam dominus ait: qui Assyrios disperdendo velut ignis exussit, & peccatores flagellat, vt diuino igne purgentur, 4. to. 83. b. c. lumen ignis, & flamma, quam quis sibi succendit, pœnam notat, ac tormentum, 4. to. 354. f. lumen, quod manè ieiunantibus, ac bene agentibus erumpit, Christus sol iustitię est, 4. to. 420. d. e. lumen significat sensum animæ, seu mentem: quæ si obtenebrescat, cuncta in homine tenebrosa sunt, 6. to. 19. a.

Luna Græco vocabulo μήνη, id est, luna, à mense nomen accepit: quòd cursu suo mensem efficiat, 4. tom. 942. e. lunæ globus lucens, 5. tom. 9. a.

lunã in cælo deus posuit in lumine noctis, 4. to. 661. c. luna quo pacto augeatur & minuitur, 9. to. 221. b. luna proprium non habet lumen, sed illustratur à sole, 4. tom. 499. b. luna solis illustratur radiis ab ea parte, qua ei vicina est, vel plus vel minus pro varietate temporum lumen accipiens, 5. tom. 238. f. luna cursum suum singulis implet mensibus, 4. tom. 296. d. luna decrescente, minuuntur fructus: crescente, crescunt, 7. tom. 305. c. luna deo seruit, 7. to. 276. d. e. luna erubescet, & confundetur sol, 4. tom. 200. e. luna non splendebit serena à tempestate dissensionum, 6. tom. 185. b. luna & sol steterunt in signum Iesu filio naue, 4. tom. 60. e. luna in valle Ailon ad vocem Iesu filij Naue, precésque stetit, 6. to. 475. a.

luna in domini passione quidem versa, tom. 199. c. luna solis lumen accipiet, & sol septuplo fulgore rutilabit, 4. to. 357. c. luna soli comparabitur, 4. to. 1074. f. luna fulgebit, vt sol, 4. tom. 478. e. luna in sanguinem conuertetur antequàm veniat dies domini magnus, & horribilis, 5. tom. 199. a. luna caligine complebitur, 4. tom. 98. f. luna splendorem suum non dabit, 4. tom. 141. c. lunæ nomine angeli intelligi possunt, 8. to. 70. f. luna ecclesiæ meritò comparatur, quæ non habet splendorem, sed à sole certis modis suscipit lumẽ, id est, à Christo, qui permanet in æternum, 6. to. 189. b. c. lunæ & ecclesiæ comparatio, 7. tom. 305. c. luna exposita tropologicè pro ecclesia, 4. to. 499. b. c. luna hæreticorum ecclesiam significat: quia non dabit lumen suum, 4. tom. 960. d. Ex longa temporum obseruatione, quæ se etiam in futurum extendit, nihil compertius certiúsque in Astrologia, quàm solem interiectu lunæ, lunam verò vmbræ terræ obiectu, obscurari: quod siderum deliquium eclipsim vocant: luna solem terræ auferente, ipsáque terra, veluti in talionis vicem, à luna, quem sibi illa abstulerat, solem diuidente. Thales Milesius hanc deliquij solis causam primus inuenit: Quod etiam speculorum aqua demersorum oppositu, verum esse dignoscitur. Alia enim erat Anaximandri, Heraclitique sententia, dum ille obturato foramine, per quod ignis solis euaporat: hic autem conuersione lucidæ partis ad superiora eclipsim fieri arbitrabantur.

De lunæ deliquio similiter, aliud quã sit vera Astrologorum Ptolemæi, Alfonsi, Platonis, insuper Aristotelis, Stoicorúmque sententia, Philosophi quidam arbitrati sunt. Berosus enim tunc deficere lunam existimauit, cùm partem illam, quæ non lucet, ad nos conuertat: Heraclitus cùm partem, quæ caua est, à nobis auertat: Pythagoreorum aliqui, cùm mutuatam à sole lucem intercipit potius quàm reflectat: Anaximander, cùm os rotæ lunæ obstruatur, id accidere putat. Hieronymus maioribus, ac sacratioribus studiis occupatus, non mirum si humiliora hæc, alteriúsque scientiæ secreta non ita scitè, certóque descripsit. Lunam enim vmbra terræ non obtenebrescere (si exemplar mendosum non sit) extra eclipsis fortè tempora intellexit: aut aliquam potius ex prædictis secutus est opinionem. Ad orbem enim lunæ vmbram terræ conscendere non ignorauit, cùm in deliquio solis, hoc est, longè superius, vnà cum obiectu lunæ, illam quoque interuenire, superfluè tamen confessus est.

Lunaria tempora à dæmonibus obseruata, 6. to. 10. d.

Lunaticus per tropologiam quid, 6. to. 78. e.

lunaticus in euangelio, non verè lunaticus erat: sed quia putabatur lunaticus ob dæmonum fallaciam: qui lunæ tempora obseruantes, creaturam dei infamare cupiebant, vt blasphemiæ in creatorem redundarent, 6. to. 10. d. mystice lunaticus est, qui per momenta horarum mutatur ad vitia, nec persistit in incœpto, sed crescit, decrescítque vt luna: cadit in ignem, cùm fornicatur: cadit in aquã, cùm charitatem, quam aqua extinguere nititur, sed non potest, oppugnat, 6. to. 78. e.

Lupanar spirituale, 4. to. 829. c. 4. to. 833. b.

Lupus separat seorsum ouem, quam capit, 6. to. 189. a. lupus habitabit cum agno, 4. to. 91. b. & 5. to. 97. a. lupus agni imitatur innocentiam, 4. to. 91. a. lupus & agnus simul pascentur in fine mũdi, secundum Iudæos, 4. to. 90. e. Lupus de Oliueto, regulæ monachorum collector ex scriptis D. Hieronymi, 9. to. 513. a. lupi vespertini, qui & quales, 5. to. 490. e. lupi Arabiæ quid significant, 5. to. 421. c. lupi Arabiæ, id est, dæmones, 4. tom. 1066. f. luporum natura est, veniente nocte, sæuiores fieri, tota die ad rabiem concitos, 5. tom. 420. d. Chaldæos lupis vespertinis velociores contra Hierusalem futuros Habacuc scribit, ibidẽ. Medos, Persásque luporum nomine mysticè Hieremias intelligit, 4. to. 528. f. lupum cum agno pascere, Paulum notat, & Ananiam, 4. to. 483. a.

lupus rapax dictus est Paulus, dum persequeretur ecclesiam, de eóque scriptum est, Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & ad vesperam diuidet spolia, ibid. lupi Arabiæ, id est, vesperæ & occidentis, sunt hi, quibus conuersio pessima occubuit, & antè in caligine constituti, toto gradu vesperam derelinquunt, 5. to. 421. a. lupi Arabiæ occidentes vespere, & nihil relinquentes manè, non aspicientes ad orientem solem, sed semper degentes in tenebris, ecclesiæ iudices, ac principes sunt, qui ecclesię bona dissipant, & in suum non pauperum vsum, dona & oblationes conuertunt: ne paruos quidem cibos pauperibus derelinquentes, 5. to. 489. a. lupi rapaces in euangelio sunt omnes, qui aliud sermone promittunt, aliud opere præstant: præcipuè autem hæreticos notant, qui animas ad interitum rapiunt, 6. to. 21. c. cùm Christus ait se mittere discipulos suos vti in medio luporum, scribas & pharisæos luporum nomine intelligit, 6. to. 35. b. c.

Lusitaniæ mulierculæ ab hæreticis decepte, 4. to. 462. e. Immunis ab hæresibus, sicuti Hispania, & Lusitania his temporibus sunt, quod in tanta religionis perturbatione, præcipuum dei gratiæ signũ, & donum non modicum est: imò per eas non solum Catholica conseruatur fides, sed nonus etiam nobis obuenit orbis: in quo pro veteribus in vinea domini deficientibus, veluti tenera Christi germina, ad fidem noui exurgunt coloni.

Lux arguit ea, quę priùs erant tenebræ, & postea facta sunt lumen in domino, 6. to. 417. c. lux gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum hominis præstat ad vitam, 4. tom. 687. a. lux significat scientiam atque doctrinam, 4. tom. 1109. b. lux præcepta tua super terram, 5. to. 151. a.

Luxuria & philargyria duæ sunt filiæ diaboli, 8. to. 266. e. luxuria est immunditiæ comes, 6. tom.

340.f. luxuria hominem bestia peiorem efficit, 9.to.558.a. luxuria semper ebrietati iuncta, 6.to. 342.f. luxuria cultum dæmonum sequitur, 5.to. 127.c. luxuria qui vincitur,regnare non potest,6. to.342.c. luxurię incommoda,9.to.558.a.b.

Luxuriosi equi insanientes vocati, 4.tom.152.c. & 5.tom.573.a. luxuriosorum deus,est venter,4. to.22.d.& 5.to.162.f.

Lycaones ob signorum magnitudinem D.Paulo,& Barnabæ voluerunt hostias immolare, 4.to. 1112. e.

Lycia virgo in senium vergens concepit,peperítque Platonem,9.tom.epist.49. ad Rufinum , ne duxit cat vxorem.sub finem.

λύκος vrbs Aegypti,4.tom.329.c. A lupo hæc nomen habet,sicut λέων à leone,κύων à cane. Feras autē & aues ab Aegyptiis coli solitas, nemo ignorat. De qua re tamen Herodotus libro secundo multa. Sunt autem(eo teste)in Aegypto lupi non multo vulpibus grandiores; quos incolæ eo loci, vbi mortuos inuenirent ,humi mandabant. Vrbs autem Lycon in Libyco posita est, ea in ora vbi montes Thebaidem finiunt.

Lydi olim inter gentes robustissimas reputati, 4.to.916.d.

Lysias,Antiochi Epiphanis dux, 4.tom. 1171. b. de hoc latè Iosephus,à quo D.Hieronymus hausit historiam,scribit libro Antiquitatum duodecimo, capite nono & decimo.In Persidē enim iturus Antiochus,reliquit Lysiam , cui Antiochum quoque filium commendauit,vt eius prouincias regeret ab Euphrate vsque ad fines Aegypti,& inferiora Asię. Hic contra Iudæos exercitum, Gorgio duce, mittens, à Iuda Machabæo superatus est. Occisus est autem Lysias vnà cum Antiocho Eupatore , filio Antiochi Epiphanis à Demetrio , Seleuci filio, dum à Roma fugiens Syriæ regnum inuasit.

Lysimachus rex, 4.tom.1159. b. Hic post mortem Alexandri magni Lydiam,Thraciam , & Hellespontem tenuit. Fuit autem Macedo,& strenuus Alexandri dux , qui sui nominis vrbem Lysimachiam in Thracia condidit.Huic Lysimachiæ herbæ inuentionem debemus , qua omnes sanguinis (est enim συστατικὸς, Dioscoride auctore) sistuntur fluxus,& ferocientium iumentorum collo adalligata (res mihi experimento cognita) frenatur impetus: vnde non incongruè illam ἀπὸ τῦ λύσειν τὴν μάχην, quod iugantium boum furorem sistat , dictam quidam, inter quos Ruellius est,existimant. Tanta est enim eius vis(teste Plinio)vt iumentis discordantibus, iugo imposita , asperitatem cohibeat. Prouenit in aquosis , foliis saligneis, binis hincinde seriatim prodeuntibus : flore rufo , seu aureo: semen fert exiguum, in paruis vasculis reconditum. Vera,genuináque Reate , in agro pensili inuenitur: indéque primùm ego , & Vincentius Cantonus Senensis , ad præclarissimum medicum, & herbarum scientiæ principem,Andream Matthiolum , annis abhinc multis sibi incognitam , misimus. Inueni tamen eam postea etiam alibi.

M

Maasias,pater Neriæ,& auus Baruch prophetæ:interpretatur,factura,& opus domini, 4. tom.667.a. Ex hac interpretatione apparet Hebraicum codicem ibi mutatū,& pro מחסיה quę præsens lectio est) Hieronymi tempore מעשיה scriptum fuisse.

Macarius monachus scripsit in vrbe Romana aduersus Mathematicos librum,in quo labore,orientalium quæsiuit solatia scripturarum,9.to.in Catalogo illustr.viror.

Macedones per bruchum significati,5.to.180.e.

Macedonum regnum durauit annis trecentis, 4. to.1111.c.post Alexandrum in quatuor scissum partes,1159.a.b. Si à Gramao primo rege , vsque ad Persen vltimum, tempus secundum Eusebium cōputes,inuenies Macedonum regnum durasse annis sexcentis quinquaginta septem.Verùm non computatur nisi ab eo tempore quo illustre esse cœpit.

Macedonius hæresiarcha , qui spiritum sanctum deum negabat,& creaturam asserebat,arguitur, 6. to.397.a. Constantinopolitana prima synodus contra hunc congregata illum damnauit. Rationes quibus eius hæresis conuincatur , leges in Didymo , quem nos in fine sexti voluminis apposuimus.

Maceria confusionis,quæ nobis,ne deum agnosceremus,obstabat,7.to.392.e. maceria,pariésq; quam Christus soluit, legis, prophetarúmque obscuritas,5.to.345.a. item sapientia carnis , & ea, quæ legem ab euangelio separabat, 6.to.380.d.

de hac maceria in Genesi scriptum est , Vt quid propter te dirupta est sepis? 6.to.ibidem. maceriæ vineæ,angelorum custodia,5.to. 355.b.c. quæ ideò structa est,vt omnium bestiarum ad eam prohibeatur incursus, 4. to.422.f. & 423.a. cùm destruit eam deus , vindemiant vineam omnes pertranseuntes viam,ibidem. coluber,qui mordebit hominem destruentem maceriam , diabolus est, ibid. In consummatione mundi, Babylonio regno destructo, maceriæ Hierusalem,id est,ecclesię ædificabuntur : cùm in nomine Iesu omne genu flectetur,ibid. φραγμὸς Græcè tam sepem , quàm maceriam significat,4.to.422.f.

Machabæorum liber primus, cuius tēporis contineat historiam,4.to.1149.b. bella quæ Antiochus Epiphanes,siue illustris,contra Iudæos gessit, comprehendit,4.to.ibid.

Iudas Machabæus de vico,seu monte Modin, fratribus,propinquísque secum annitentibus,& multis de populo Iudæorum iuxta Emaus Antiochi duces superat,4.to.1141.c. qualiter Iudas Machabæus Antiochi duces superauit Gorgiam à Lysia missum,& Timotheum, primus Machabæorum liber,& Iosephus in duodecimo Antiquitatum, latè describunt. Machabæi Macedonas vincunt, & templū post tres annos cū dimidio mūdant,5.t.559.b.c.

Machabæi pro lege dei in sua periere iustitia, 5. to.45.a.

Machmad מחמד , desiderabile,5.to.

Machmas Aegypti ciuitas, secundū Septuaginta scilicet,5.to.137.a.

Macrobius presbyter vbi claruerit, 9. to. in Catalogo illustr. viror.

μακρόχειρ, id est,longimanus, 4. to. 1136.d. ita cognominatus est Artaxerxes, septimus Persarum Rex.

μακροβυμία, 6. to. 343. c.

Macula à macula differt , id est,peccatum à peccato, 7.to.354. f. macula , id est, mortalia crimina, 7.to. 354.f.

Madai , gentis Medorum auctor , 4. tom. 142. f.

Madian , regio trans Arabiam camelorum fertilis, 4. tom. 437.c. Madian interpretatur,domini iudicium, 4. to. 921. c. vel relinquens iudicium, 7. to.246.f.& iniquitas, 4. to. 438.d. Madian expugnatus à Gedeone, 7. tom. 246. e. Madian & Epha,regiones sunt trans Arabiam , fertiles camelorum,omnísque prouincia appellatur Saba, 4. to. 437. c. Madian turbantur pelles , seu tabernacula, cùm his , qui per fas & nefas ditati ad altissimum gradum peruenerunt , habitaculum Madianitarum, & Aethiopum facti,conscientia peccatorum morti ac iudicio vicinos intelligunt, 5. tom. 448. d.

Madianitæ,& omnis eremi vastitas Arabiæ adiacent,camelorum,ouium, caprarum gregibus abūdantes, 4. to. 901. a. b. Madianitæ in terram Israel venientes,omnes eorum regiones Gazam vsque depasti sunt , 4. to. 901.a.b. Oreb & Zebee Madianitarum principes super durissimam petram cęsi , 4. tom. 85. c. Madianitarum nomine Ismaelitæ, & Agareni, siue Saraceni intelliguntur, 4.to. 901. a. b. Madianitas cur odio perpetuo habendos, Hebræis imperatum, 6. to. 341. b.

Mæones, 4. to. in cap. 66. Esaiæ.

Magdalus magnificentiam sonat , 4. to. 946. e.

Magister non potest docere iustitiam, quam minima culpa deseruit, 6. to. 12. c. magister beatitudine dignus quis dicatur, 5. to. 68. f. 69.a. magistri , qui legis notitiam habuere fulgebunt quasi cælum, &c. 4. to. 1171.c. Magistri qui suum seruauerint gradum , sint quasi domus dei , & quasi angelus domini, 5. to. 596. f. magistri palpantis verba suauia non proderunt, 5. tom. 41. c. magistrorum animæ in consummatione mundi imminuentur, 5.to.74.d. magistrorum agmina ex Semei tribu pullularunt, 5. to. 599.a. magistrorum vitium,est vexatio gregis,& ouiū, atque turbarum, 6.to.32.c. magistri habebunt similitudinem cœli 4. to. 1172.d. magistris non licet aurum & argentum & pecuniam possidere, 6. to. 34.f.

Magistratibus seductis , subditi populi maiorū exemplo pereunt, 4. to. 1113.c.

Magnus deus sine comparatione, 7. to. in psal. 47. qui incipit , magnus dominus , & laudabilis nimis.

Magog, qui populi, 4. tom. 997. b. 998. f.999.a

Magogog,gentes ab aquilone vēturæ,4.to.250.f.

in Magog mittetur ignis,4. t.1004.d.e. Magog interpretatur,de tecto,4.to.998.d Magog & Gog gentes Scythicæ,immanes,& innumerabiles:trans Caucasum Montem, & mœotidem paludē,& prope Caspium mare ad Indiam vsque tendantur , secundū Iudęos,& nostros Iudaizātes,4. to.967.b.c. post mille annorū regnum in Iudæam contra sanctos has gentes venturas iidem comminiscuntur, ibidem. Magog & Gog esse gentes, quę de quatuor terræ angulis egrediātur, scribit Apocalypsis, 4. t.997. c.& 998.d. omnes populi,qui Gog principi subditi sunt,vocantur Magog, ibidē. quę verò hæ gentes sint , Hieronymus nusquam inuenit, 998. d. multo peiores fingunt nænias illi , qui in cælesti Hierusalem diaboli , & suorum sectatorum pugnas per Gog & Magog intelligi volunt, 998.e.

Gog hæreticos notat, qui ad sublimia scādentes, erigunt se contra scientiam veritatis , & vana ascēdunt tecta:nam Magog interpretatur de tecto:Magog verò sunt hæreticorum sectatores, qui ab eis prodeunt, 998. d. e. vel Gog est princeps omnis superbiæ, id est, diabolus, & Magog , omnes mali, ibidem.

Quæ contra Gog & Magog prophetentur , vide Ezechielis caput, xxxviij. & xxxix.Magog filius Iaphet,& Noe nepos fuit,vt Genesis decimo apparet capite. Ab hoc Magogas,quos Græci Scythas appellant,oriundos Iosephus libro primo antiquitatum,capite xj. clarè prodit. De Gog nec in Genesi,nec in Iosepho,nec alibi vlla mentio fit : & hoc sensu intelligenda sunt ea Hieronymi verba. Et reuera nec in Genesi,nec in alio scripturæ loco , nec in Iosepho quidem, qui omnia Hebraicarum gentium in primo antiquitatum libro exponit nomina , hanc gentem potuimus inuenire. Ioannes Magnus Gothus Archiepiscopus Vpsalensis his fretus auctoritatibus, in primo Gothicæ historiæ libro, Magogum à quo Gothos exortos ait,imperasse primum scribit in ea Scythiæ parte , quæ in Europa posita,Finlandia nunc vocatur:eiúsque filium Gogum Gethis asserit originem dedisse. Plinius de Magog Cœlesyrię vrbe, quam prodigiosam vocat, meminit. Hanc autem à Magog conditam , vero simile est.

Magus quidam relicta sua arte nequissima fit eremita, 9. to. 706.c. magi & malefici qui differant, 4. to.1107.a. magi per νεκρομαντείαν animas euocare dicuntur , 4. tom. 231. c. magorum tria genera apud Persas, & eorum viuendi ratio, 9. to. 539.d. magorum consilia argutūr stultitię,4.to. 118.f. magos & veneficos leges publicæ puniūt, 9.to.442.d. magi auferendi de terra, 5.to. 366.d.

magi ex vaticinio Balaam prophetę sui Christū adoratum venerunt, 4. to. 335.a. magi cur in Iudęam indicio stellę deferuntur, 6. tom.4. d. magi cur per aliam viam reuersi sunt,6.tom. 4.f. magi philosophi Chaldæorum, quorum cōsiliis reges & principes eius gentis cuncta faciunt:vnde & in natiuitate domini saluatoris , ipsi primi ortū eius intellexerunt,& venientes in sanctā Bethlehem,adorauerunt puerum,stella eis desuper ostendente , 4. to.1107.a. signis magi philosophantur:licet vulgus pro maleficis eos accipiat,4. to. ibidem. astrologi,seu mathematici,magi sunt:hi enim ex astrorum cursu,lapsúque siderum res humanas regi arbitrantur : propterea visa stella de oriente venerunt Hierosolymam , docti vel ex artis scientia, vel ex vaticinio Balaam , eorum prophetæ , qui dixerat : orietur stella ex Iacob , & homo de Israel, 4. tom.335. a. oritur stella in Oriente,quam Balaam,cuius successores erant magi,vaticinio futuram nouerant, 6. tom.4.d. magi venerunt ex Oriente in Bethlehem,vel docti à dęmonibus , vel à prophetia Balaam : per quam natum filium dei intellexerūt,4.t.in cap.16. Esa.sub finē. magos veniētes de oriēte,& adorātes dominū, electos fuisse credēdū est,4.t.63.a.b. verbis,& muneribꝰ Christū adorasunt,7.t.142.f. tria eorum munera quid signarint,9.to.epist.29.de vera circuncisione,pag.4. ante finem. gentiū & regum typum tenuerunt, Christum adorantes,7.tom.208.f. Smerdes magnus post Cambyzen,filium Cyri, regnat in Persidę, vnà cum fratre,4.to.1135.c. septem Magi eum occidunt , & in eius locum Darius suscipit imperium,4.to.1158.d.e. vide latiùs hac de re Herodotum,libro tertio. Magi in Ægypto multa signa de cælo fecerunt,6.to.49.b.c. aliter tamē,quàm Apostoli,7.to.244.e. Samuel per incantationes, & artes magicas visus est suscitari, 4.tom.60.e.

Magica ars illicita(quæ per dæmones , & malas artes exercetur) semper idololatriam sequitur, 6. tom.359.a.560.d. sæpe magicis artibus, & amare miseris euenit,& amari,6.tom.341.a. barbaris quibusdam nominibus,incantationibus,precibus, coloribus variis,ciborum,metallorúmque generibus , dæmones à magis aduocantur , & infœlices decipiunt animas,6.to.432.d.e. filiæ prophetantes de corde suo in Ezechiele mulieres maleficis artibus eruditæ erant per necromantiam,& Pythicum spiritum:qualis fuit illa quæ visa est suscitasse animam Samuelis.Et in Actibus Apostolorum,cuius diuinatio multos dominis reditus acquirebat: de qua ad Apostoli Pauli imperium immundus eiectus est spiritus,4.tom.667.c. Saül cum Philisthiim agmina reformidans , verbum domini nō meruisset accipere,conuersus est ad Pythonissam, vt ab idolis disceret , quod instantia orationis , ac flectuum à domino debuit extorquere, 4. tomo. 559.b.

Quàm illicita ac detestanda sit hæc, quæ incantationibus ac malis artibus magia exercetur,nemini fidelium incertum puto. Vnum sit tamen pro omnibus Simonis magi exemplum:quem suis prestigiis factum admirabilem, & apud Neronem eā ob causam,gratiam , & in vrbe intra duos insulæ pōtes statuam, tanquam esset aliquis sanctus deus, promeritum,Petrus pluries(quod Clemens refert) mendacij, falsitatísque confutauit : postremóque Apostoli orationi cedentibus, qui eum in sublime efferebant,dæmonibus,in terram,ex quo lapsu interiit,etiam allisit. Equidem naturali in historia, Plinium,vti rarum præcellētémq; scriptorem semper sum admiratus , expectationem autem meam omnem hac in re vicit, quòd huius artis memoriā nunquam,homo alioqui religionis expers, sine irrisione aliquam faciat:miratus interea si aliquis sequi velit eam,quam vti falsam, erroneámque Nero,cui nec ingenium,nec magi,nec cuiusque velleris defuerint pecudes,dereliquit.

Magnes lapis,6.to.28.f.

Μαιμάσσω,4.tom.505.c. pinsere,abstergeréque hęc vox significat:Verùm ad sensum verbi Hebraici חומה, quod significat,turbare,tumultuari,nihil facit: propterea se eius significationem ignorare Hieronymus dixit : Μαιμάζω , quod est κατασκαπτόμαι,id est,consumor, Hebraicæ voci magis appropinquat.

Maior seruiet minori,7.to.76.e. maior dignitate,humilitate fit minor,4.tom.1070.d. maioris dignitate peccatum grauius,4.tam.837.b.c. maiorum facta minores docent,4.to.1113.b.c. maiores excusare audeat nemo,5.to.51.c. maiora te ne requiras,4.to.850.f.

Malachias interpretatur,ἄγγελός μου,id est,nuntius meus,5.to.177.b. Malachi,seu Malachias prophetа,5.tom.&c. falsum est, eum, assumpto humano corpore,angelum fuisse,vt Origenes volebat. Post Aggæum,& Zachariam , qui sub Dario prophetauerunt,vixit.caret titulo eius liber contra cæterorum prophetarum consuetudinem,quòd ipse liber sit pro titulo. Malachi interpretatur nuntius meus, 5.to.177.178.b.c.

Malchus mysticè quis,6.to.133.

Maledictio effusa super terram,5.to.102.e. maledictio vbicunque scripturarum ponitur,nūquam dei nomen adiungitur,6.tom.304.d. maledictio D.Pauli in eos,qui Galatas perturbabant , quomodo intelligenda sit,6.to.334.e.f. maledictio Chanaan vsque hodie perseuerat,7.to.237.c. maledictio optanda quæ,6.to.11.c. maledictio beata quæ sit,ibidem.

Maledictus homo,qui facit opus dei negligēter, 7.to.322.e.f. maledictus homo,qui spem habet in homine,5.to.377.b.7.to.78.e. maledicti sunt hi,qui à mandatis dei declinant,7.to.356.e. maledictorum hominum à deo in veteri lege catalogus,6.to.303.c.304.d. maledicta legis quomodo complentur,6.to.302.e. maledictus sterilis , qui non facit semen in Israel,4.to.398.e.f. maledicta sterilis,quæ non facit semen in Israel,4.to. in cap. 5.Esiæ. maledictus aliquis legitur , sed non maledictus à deo,8.tom.136.e.f. maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet,8.tom.254.d.

Christus qua ratione maledictum dicatur, 8. to. 136.e.f.

Maleficus est is,qui sanguine vtitur, & victimis, & sæpe contingit corpora mortuorum, 4.to.1106. f.1107.a.& ij, qui incantationibus dæmonum inseruiunt,6.to.431.b. legūtur in hunc sensum Pharaonis malefici. de huiusmodi scriptum est, maleficum non patieris viuere.Exod.22.cap.Et,Non sit in te maleficus,nec incantator , neque qui Pythones consulat,nec diuinos , & quærat à mortuis veritatem.Deut.19.cap. maleficis artibus resistit adamas lapis, 5.tom.in cap.8.Amos. maleficus in bonam partem sumitur in eo versu psalmi,Et malefici incantantis sapienter. Hic enim meretricis Niniue amore deuinctos ad hoc incantat , vt ad mentis retrahat sanitatem,5.to.404.e.f.

Malitia nostra deum inebriat, 4. tom.1145.b.

malitia sua sufficit diei,5.to.12.d. malitia atq; mendacium sine fine sunt,5.to.78.e. malitia pro afflictione & calamitate sumpta, 5. tom.308.e.

malitiam pro suppliciis ac tormentis accipi,5.to. 321.b. malitiam non virtuti contrariam interdū accipi,5.to.228.e. in malitia sua quisque dispersus,7.to.60.f. malitia pro tormentis,5.to. 308.c. & 321.b. eo sensu intelligitur illud , Sufficit diei malitia sua,5.to,228.e. Item illud in Iona : Et vidit deus opera eorum : quia conuersi essent a suis viis pessimis,& pœnituit eum super malitia quam locutus est vt faceret eis.Et,Cognoscamus propter quem malitia hæc est super nos:Et in Amos . Si est malitia in ciuitate,quam dominus nō fecerit, 6.to. 228.e. Vocatur autem afflictio malitia,siue malum:non quòd per se malum sit, sed quòd malum videatur his qui sufferunt,ibid. malitia contraria virtuti,vitium alio nomine appellatur:nihílque aliud est quàm malignitas,& nequitia,quæ in tergiuersatione & calliditate sentitur, 6. tom. 411.c.

De hac malitia contraria virtuti intelligitur illud Ionæ secundum Lxx.Ascendit clamor malitiæ eius ad me,5.to.308.d.

Malleus cōterens petrā in Hieremia,verbū domini est,qo hereticos cōterit.618.f.619.a. malleus qui non est auditus in domo domini,notat Ecclesiasticos,qui hæreticorum verba non audiunt, ibidem.

malleus vniuersæ terræ , qui contritus dicitur, diabolus est. Hier. 50.

Malogranatum ob granorum multitudinem , & intertextis membranulis geometricam quandam compositionem , & mansiunculas diuersas , sub vno tamen cortice , ecclesiam signat , 5. tomo 518. f.

Malum spontaneum est, 9. to. 3. c. ad malum si homo transire non posset,virtus esset nulla,9.to. 3. b. malum fugere non sufficit nisi bonum quoque feceris, 7. to. 107. c. malum facere, non solùm est grande peccatum , sed & diligere , 5. tom. 251. c. malum qui operatur, odit lucem, 4. tom. f. malum aliquando deus vertit ad rectum, 6. t. 478. d. malum nihil,præter vitium, 4. to. 90. f.

malum perficere grauius est quàm facere, 8. to. 222. f. malum nulli faciendum, 7. tom. 46. f.

malum non fecit deus, 4. tom. 151. c. malum quod dominus facit in ciuitate,virtuti non est contrarium , 5. tom. 228. e. malum creans est deus, quomodo hoc intelligendum , 4. to. 594. d. malorum tria genera in ecclesia, 8. to. 468. e. malorum causa, que,4. to. 526. f. malorum solatium, quòdnam est, 4. tom. 101.c. malorum multarum est occasio,si quis in scripturæ carne permaneat , 6. to. 336. d. malorum in bonum commutatio, 4.t. 483. b. malorum vel bonorum quidquid accidit in mundo,non absque prouidentia,& iudicio dei, 4. to. 563. c. malo arboris nodo , malus clauus, 6.to. 99.c. mala verè sunt omnia vitia , 4. tom. 391. b. mala sunt impio dulcia, 8. to.54. c. mala granata allegoricè, 7. to.386.d. mala,quæ sunt super terram oriuntur ab Aquilone, 7. tom.147. c.

mala omnia hominibus accidunt aut inūdatione maris,aut alluuione fluminum, aut morbis , fame,bestiis , vel hostium vastitate, 5. tom.190. f.

mala omnia à diaboli instinctu procedunt, sicut bona à dei, 7. tom. 107. c. mala ab aquilone suscitantur, 4. tom. 304. d. mala quæ natura sua non subsistunt , à domino non creantur, 4. to. 706. f. malus in ecclesia , in cōspectu sancti pro nihilo computatur , 7. tom. 47. a. malus commixtus bonis, contaminat plurimos, 5. tom. 61. c.

si malus euaseris,solus hauries mala, 7.to. 114.d.

malos ecclesia à sanctis segregare non potest vsque in finem , 7. tom. 95. c. malos iudicari, damnari est : quia nequeunt in disceptationibus liberari, 4. to. 688.e. mali homines , bestiæ vocantur, 8. to. 18. f. malos dies mitigat , & peccatori fodit foueam,7.t.282. e. malos deus conterit 7. tom. 56.f. malum punicum , id est , martyrij voluntas, & virtutum candor, 6. tom. 165. a. mala punica, quæ pendebant in extremis tunicæ summi sacerdotis,6. tom. 164. e.

Mammæ duæ sponsæ in cantico canticorum, de quibus dicitur , Bona vbera tua super vinum , duo notant testamenta,quæ rationale præbent lac. 4. tom. 489. c. quasi duo hinnuli gemini capreæ, qui pascuntur in liliis,sunt duę virginis mammillę, 4. tom. 813.c.814. d. solido vescentes cibo , perfecti scilicet,qui lacte infantię nequaquam amplius nutriuntur,auulsi ab vberibus dicuntur,4.to. 223. c. vbera intumescentia adolescētularum notant maturitatem, 4. tom. 815. c. 816. d. vbera arentia sterilitatem notant, 5. tom. in cap. 9. Osee, statim vt nata est infantula , eius mammillas , ne intumescant, diligens mater ligat, 4. tom. 816. d. eæ non alligatæ vitam gentilem significant , ibidem , mamma pro corde , sicut & pectusculum , 4. tom. 816. d. Diana multimammea , 6. tom. 359. a.

Mammona , Hebræa lingua , diuitiæ nuncupantur : non aurum , vt quidam putant , 7. tom. 248. d. 6. tom. 19. b.

Manahen,rex Israel, 5. to.in cap. xi. Osee.

Manasses & Ephraim,de eodem vtero nati,odio hostili inter se dissidebant, 4.tom. 78. f. Manasses rex impius multo tempore vixit, 5. tom. 45.a. & 53.c. Manasses cùm duodecim esset annorum, regnare cœpit in Iudæa , 4. tom. 280. f. Manasses interpretatur , ex obliuione, 7. tom. 324. d.

Manasses post multa scelera , in Babylone pœnitentiam egit , & misericordiam domini consecutus est, 5. tom. 465. a. Manasses mysticè, 7.to. 176. f.

Manda, remanda:manda,remanda, 4. to. 223. c. & 224. d. & 225. c.

Mandatum dei lucidum , illuminans oculos, 5. tom. 279. b. mandata dei decem duabus contenta tabulis, 7. tom. 101.b.c. mandatum vnumquodque decalogi, primum mandatum est appellandum, & cur , 6.tom. 427. a. mandata dei omnia charitatis obseruatione continentur, 6. tom. 337. a. mandata dei cùm vnusquisque legendo, vel audiendo conspicit, quæ viuendo contempsit, confunditur, 4. to. 706. a. mandata dei in manu liganda, 6. to. 109. b. mandata dei continere non potest pectus humanum diuturnis repletū vitiis, 7. tom. 363. b. mandata sunt , in quibus præceptorum dominicorum custodia deputatur, 7. to. 354. d. mandata domini qui fecerit, non lædetur à morte secunda, 8. tom. 42. f. mandata dei timore non facienda, sed dilectione 5. tom. 338. c. mandata dei non sunt impossibilia, 6. to. 16. e. mandata dei facilia volentibus, dura nolentibus, 7.to. 51. b. mandata Christi quæ sint, 7. tom. 85. c. mandata Christi , viæ sunt vitę, 7. tom. 50. d. mandatum nouum do vobis , vt dilegatis inuicem, 6. tom. 149. a. mandatum qui custodit,non cognoscet verbum malum , 5. tom. 49. b. mandatorum austeritatem deus , spe temperat promissorum , 6. tom. 38. f. in mandatis dei ecclesia delectatur, & exultat , 7. tom. 366. d.

mandatis duobus pendet omnis lex, & prophetæ , 4. tom. 85. a. 6. tom. 454. e. Manducauit Christus post resurrectionem , & Archisynagogi filiæ resuscitatæ iussit dari cibum , & Lazarus ad cœnam assumitur ad probandam veritatem resurrectionis, 4. tom. 467. a.

Non quo post resurrectionem manducemus, & bibamus : vt Millenarij nostri volunt , & immortalia atque incorrupta corpora , alimoniis sustentanda terrenis sint. Alioquin vbi cibus , sequuntur & morbi : vbi morbi , adhibendus est medicus : vbi medici , frequenter interitus : rursumque resurrectio , & noua ex integro conuersatio, ibidem.

Neque enim in futuro manducabimus, & bibemus: sed illo vescemur pane, qui de cælo descendit: de quo in Psalterio canitur: Panem angelorũ manducauit homo. Et: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, 4.to.1082.f.

Manè aduerbium, mysticè expositum, 7.to.175.b.c. Manè, est ortus auroræ, & diluculum, inter noctis solisque viciniam, 5.tom.153.a. subitò tenebras fugat, & cunctos montes aurora collustrat, 5.to.188.d. manè prospera, nox aduersa signat, 4.to.in cap.21.Esa. venit manè & nox, id est, gentes illuminatæ sunt, & Iudæi obtenebrati, ibidem.

manè, quo deus dicitur surgere, vocem audire, & prophetas mittere, ponitur pro tempore ad lucem, & opera præuio, commodiori scilicet, & in quo mens hominis vegetior sit, 4.tom.141.a. manè consurgit ad dominum populus, cùm lumẽ ei pœnitentiæ exoritur, 5.tom.117.c.118.d. manè, quo operarij in vineam missi sunt, tempus ab Adam vsque ad Noë est: vel notat eos, qui primo statim tempore, id est, ex vtero vocati sunt, vt Samuel, Hieremias, & Ioannes Baptista, 6.to.90.e. manè item ponitur pro breuitate temporis (quòd citò diluculum abeat) in eo Osee versu: Sicut manè trãsit, 5.to.153.a.

Manichæi hæresis, 7.to.254.c.431.c. 9.to.187.b.

Manichæus duplicem deum constituebat, 5.to.413.b. Manichæi opinio stulta de animabus, 7.to.386.e. Manichæus intrare voluit in Sion sine portis, & non intrauit, 7.tom.420.d. Manichæus dicit, hominem non posse vitare peccatum, 9.tom.epist.17.ad Damasum, sub finem. Suos tamen omni peccato carere. vide 2.tom.

Manna cæli distillauerunt, 7.to.193.c. manna diuinum deus Iudæis pluit, 7.to.52.e. manna angelorum tenue, 7.tom.401.c. manna secundum voluntatem edentium sapiebat in ore, 7.to.420.c.

manna vnicuique sapiebat quod desideriis concupierat, 9.t.580.d. manna, figura corporis Christi fuit, 8.to.488.f.

Mansiones variæ in domo dei, 6.tom.396.d.

mansiones in cælo diuersæ, 7.to.279.a. mansiones dispares sunt per singula merita in regno cælorum, 9.to.15.c.

Mansuetudo vera, quæ & qualis, 6.tom.395.a.

mãsuetudo aduersa est iræ, rixis, dissensionibus, & nunquam ad sui contraria prouocatur, 6. tom.344.c. mansuetudo ad cælum vocat, superbia in terram trahit, 7.to.417.

Mansueti vertuntur in stellas, 7. tom.417.b.

mansueti hereditabunt terram, 7.tom.137.a.

mansuetos deus arguet in æquitate, 4.tom.89.c.

Manue obtulit deo Samson filium, sed sanctificationem capillorum eius Dalilę libido turpauit, 4.to.1062.f.

Manus crebrò pro operibus accipitur, 5.to.30.d.

manus lauare quid sit, 7.to.82.d. manus opera significant, 7.to. 76.d. manus, pro operibus, 7.tom.388.f.389.a. manus lauandæ sunt, non corporis, sed animæ, 6.to.65.c. per manus intelliguntur opera, 7.tom.182.e. manus in sancta leuare, quid, 7.tom.388.f.389.a. manus impositio, 5.to.491.a. manus. duæ, principatus sunt superbiæ, 6.to.174.a. manus arida significat auaros, 6.to.157.a. manuum extensio crucem designat, 8.tom.437.b. manus dei quid indicet, 9.to.152.c.

manus dei illi dicuntur, qui iustam vindictã dei exercent super peccatores, 7.to.37.b. manum domini Iob appellauit plagam, quam patiebatur, 8.tom.52.c. manus domini, id est, Christus, 4.tom.491.c. manus in scripturis quomodo capiatur, 7.to.388.c.f.

Mapalia quæ sint, 5.to.207.f.

Marath, hoc est, amaritudo, in qua lignum crucis mittitur, 4.to.1084.c.& 5.to.80.f.

Maroch mutata est, & in saporem dulcem facta, 7.to.293.a.

Maranatha, Syra dictio, quid significet, 8.tom.513.c.

Marcella, vnicum Romanæ sanctitatis exẽplar, 4.to.1101.b.

Marcion hæresiarcha, 9.to.187.a. Marciõ hæreticus, acer ingenio fuit, ac doctissimus, 5.t.144.d.

Marcionis hæresis, 4.to.59.c.5.to.642.e. Marcion & Valentinus melioris se dicunt naturæ esse, quàm conditor est, 5.to.49.c. Marcion non recipiebat vetus testamentum, & sine portis veteris testamenti in euangelium intrare non potuit, 7.to.420.d. Marcion vetus laniabat testamentum, 4.to.779.b. Marcion repudiabat prophetas, 6.tom.293.b. Marcionis fatua & stolida hæresis, 6.tom.417.a.

Marcionistæ heretici, 9.to.311.d.

Marcus, id est, sublimis mandato, 6.to.482.d.

D. Marcus, euangelij scriptor, à D. Petro Apostolo eruditus, 5.to.595.b. interpres Apostoli Petri, Alexandriæ primus episcopus, qui Christum non viderat, scripsit euangelium, 6.to.in epist. euangelista dei, & D. Petri discipulus, leuiticus genere, & sacerdos, in Italia scripsit euangelium, 6. tom.146.c. cur leonis effigie significatus, 6.to.in epist. primus Alexandriæ fuit episcopus, 6.to.146.f.

Clemens presbyter Alexandrinus disertissimus vir, & in sæcularibus litteris, poëtarum maximè versatissimus, in sexto libro ὑποτυπώσεων, scribit Marcum Petri interpretem fuisse, & Romæ euangelium scripsisse: quod ipsum dilucidè asserit etiã Hieronymus in Catalogo, eiusdem Clementis, & Papiæ id testimonio probans. Papiæ autem verba (vt Eusebius tertio historiæ ecclesiasticæ libro cap. 39. refert) sunt hæc: Marcus interpres fuit Petri, & quæcunque meminerat ab eo dicta, conscripsit: non tamen per ordinem ea quę à domino dicta sunt, vel facta digessit: quia non ipse auditor domini fuit, vel sectator: sed nouissimè (vt dixi) Petro adhæsit, ad vsum ac ministerium prædicandi, non ad conscribendos domini sermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quod ita quædam scripsit, quasi qui sparsim audita recordari videatur. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falsum scriberet. Quapropter miror Chrysostomum ἐν τῷ ὑπομνήματι εἰς τὸν ἅγιον Ματθαῖον, dixisse, Marcum à suis discipulis rogatũ, Alexandriæ in Ægypto, vbi erat episcopus, euãgelium scripsisse: cùm potius constet, cum eo in vrbe Roma conscripto, in Ægyptum perrexisse Marcũ, vt Hieron. in Catalogo testatur. Præter vnum Matthæum, omnes euangelistas Græcè scripsisse, Hieronym. in epistola ad Damasum, quæ est procœmiũ in quattuor euangelia, cæteríque alij produnt. Ille tamen qui Marcum Hieronymi nomine interpretatur, Latinè eum scripsisse, magis vult. Mariæ cuiusdam filius fuit Marcus, vocabaturque Ioannes. Act. 12. Paulus consobrinum Barnabę eum appellat, Col. 4. & scribens de eodem ad Timothæum ait Marcum assume, & adhuc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium. Si tamen hic ille est Marcus Euãgelista. Dorotheus enim in synopsi Marcum cognominatum Ioãnem, de quo in Actis Apostolorum, diuersum omnino à Marco euangelista, & Bybli facit episcopum: quod & ego verius reor. De Marco autem Euangelista Petrus in fine primæ epistolæ, quam ex vrbe Roma conscripsit, ita meminit. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus. E numero lxx. discipulorum eum fuisse Origenes & Dorothæus putant: Adhęsit deinde Paulo, postremo etiã Petro.

Marcus Varro cũctarum antiquitatum perscrutator diligentissimus, 6. to.297.a.b.

Mare an ex nihilo creatũ, 8. tom.122.e.f. mare generaliter sumptum, omnium fontium origo, 5. t.9.b. inde pluuiæ ad nos decidunt, ætereo calore ex amaris dulces redditæ, 5. to. 248. d. mare omnes recipit torrentes, & non impletur, 5. tom. 9. a. mare littoribus clausum, 7.to. 102. e. mare, quod vltra non poterit nauigare, quia congelascet, 4. to. 189. c. mare aliud optimum, aliud pessimum, & vtriusque tropologia, 5. tom. 448. f.

mare insatiabile, 5.to. 9.c. mare mortuum est, vbi quondam fuerunt Sodoma & Gomorrha, &c. 5. to.194. f. mare mortuum, in quo nihil potest esse vitale, 4. to. 1087. a. 7. to. 222. f. in principio maris mortui, ibi scilicet, vbi Iordanis in illud ingreditur, posita est vrbs Engallim, & in eius fine vrbs Engaddi, 4. to. 996. f. & 997. a. Iaza vrbs Moabitarum vltima, mari mortuo imminet. item Nimrim oppidum salsis aquis, & ideò sterilibus, 4. to. in cap. 15. Esaiæ. Asphaltites lacus longitudine ad centum (si vera prodidit Plinius) millia passuum se extendit: latitudine, vbi maxima, ad viginti quinque: vbi minima, ad sex. Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum: à meridie Macherunta, vbi Ioannes Baptista capite plexus fuit: lacus hic nullum recipit corpus. Tauri, camelique etiam in eo fluitant.

Mare Tiberiadis, est lacus, in quo in honorem Tiberij Tiberiadem vrbem Herodes Tetrarcha condidit, 4.to.1090. f. & 1091.a.

Appellatur autem mare secundum consuetudinem scripturæ, in qua omnis aquarum congregatio mare dicitur: alioqui dulces habet aquas, ibidem.

De vrbe & lacu ita scribit Iosephus libro antiquitatum decimo octauo capite vij. Herodes autem Tetrarcha ad magnam amicitiam Tiberij peruenit: ædificans ciuitatem, quam ex eius cognomento Tiberiadem denominauit: mœnibus eam firmis, fortibusque circundans, in regione Galilææ iuxta stagnum Genesar: vnde aquæ calidæ nõ longè distabant, in vico cuius nomen erat Amathus. Addit deinde immunitatem, quam nouis tribuit colonis & agros quos illis est elargitus, & qua sollicitudine, ex multis oppidis accolas eò euocauerit. Ex hoc lacu, qui Galilææ mare dicitur in Euangelio, Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem fratrem Zebedæi filios, Christus ad se vocatos, ex piscium piscatoribus, hominum piscatores fecit: De quo loquens etiam Ioannes cap. vi. Post hæc (inquit) abiit Iesus trans mare Galilęe, quod est Tiberiadis. Ex prædicto Iosephi testimonio apparet malè Plinium existimasse Genesaram vocari lacum in quem Iordanis se fundit: cùm Asphaltites lacus potius ille sit, qui Iordanem exhaurit: Genezareth autem stagnum, & Mare Galilææ, eundem esse lacum, clarè liquet, Matth. 4. cap. & Luc. 5. mare rubrum, baptismi figura, 7. to. 343. a. mare vitreum simile chrystallo, 4. to.1137.c. mare vbicunque legitur secundum climata, semper occidẽs intelligitur, 7. tom. 318.d. mare nouissimum, vbi sit, 5. to.194.f. mare desertum, 4. to. 123. a. mare primum, medium & nouissimum, 4. to. 1083. b.

mari præceptum deus posuit, vt littora sua non egrediatur, 7.to.424.f. maris aquæ quibus causis amarescunt, 5. to. 248.d. maris cor significat infernum, 5. to. 313. c. maris cor, id est, gentilitas, 7. to.144. d. mare in Apocalypsi D. Ioannis baptismum significat, 7. to. 236. d. mare mundũ istum, salsis amarisque fluctibus redundantem significat, 4. to. 1135.a. mare duas habet intelligentias, baptismum, & sæculum, 7. to. 313. c. per mare iste mundus intelligitur, 7. tom. 166.f. mare mysticè hoc sæculum designat, 8. to.126. e. mare huius sæculi, in quo habitant animalia parua cum magnis, 4. to.190. e. maria aquarum appellantur congregationes, 4. to. 1091. b. maria transgressa sunt totius orbis littus, 4. to.106.f.

Maresa, hæreditas, 5. to. 333. a.

Margarita perfectorum, 6. to. 442. f. margaritę ante porcos non mittende, 4. t. 287. a. margaritæ, sunt lex & prophetę, 6. t. 58. e. margaritum euangelicum non citò quibuslibet hominibus credendum est, 6. to. 21. a.

Maria interpretatur, stella maris, 7. tom. 63. b.

Maria virgo vnde oriunda, & eius parentes, 9. to. 636. b. nutrita fuit Hierosolymis in templo domini, 9. to. 636. b. theotocos verè nominatur, 9. t. 109. c. Christi saluatoris nostri mater, ob perpetuam virginitatem significata est per Ezechielis portam semper clausam, per quam solus deus humanam ex ea carnem assumens, transiit, 4. tom. in cap. 44. Ezechielis. Semper enim virgo, & ante partum, & post partum fuit, vt latiùs contra Helvidium ait se scripsisse D. Hieronymus, ibidem. Itaque in partu nulla eius intelligenda est corruptio, 9. tom. in Symbolo Rufini. hæc est terra sancta, 7. tom. 191. a. virgo perpetua de cuius virginitate D. Hieronymus scripsit librum, 6. tom. 281. b. dei filium generauit, 7. to. 260. c. mater Dei prophetissa fuit, 4. tom. 66. e. ex Maria quod natum, quotidie & in nobis nascitur, 7. to. 254. f. Maria virgo abusiuè mulier est appellata, propter eos qui illam fuisse virginem nesciebant, 6. to. 340. d. flos campi, & lilium conuallium, 5. to. 66. f. porta clausa, 4. to. 1055. c. per virgã de radice Iesse significata, 4. to. 88. e. inuenta est in vtero habens de spiritu sancto antè quàm conuenirent, &c. 6. tom. 2. f. 3. a. hæc & Ioseph eius vir de stirpe Dauid, 6. tom. 3. b. Mariæ clarum lumen, reliquarum sanctarum mulierum fidei igniculos abscondit, 5. to. 463. a huius deiparæ virginitatem perpetuam oppugnabat Marcion, 6. tom. 310. d.

Maria



Maria virgo, cur nubes appellatur, 7.tom.227.c.

prophetarum vaticinium, 5.tom.368.f. Mariæ virginis sepulchrum vsque ad præsens in valle Iosaphat reperitur, 9.to.102.b.c. hãc vnà cum corpore & anima assumptam esse in cælo, 9.to.103.a.

post ascensionem Christi casta corpore ac mente permansit, 9.tom. 103.b. quo pacto assumpta est, 9.tom.102.a.b.c.d.& seq. martyr fuit, & quo pacto, 9.tom.115.c. princeps cum deo, 6.to.151.b.

Mariæ virginis laudes, 9. tom. 106.a.b. huius dei genitrix, auxilium implorandum, 9.tom.102.a.

Mariæ vuluam non deflorator virginitatis aperuit, sed partus effusus: quæ virgo peperit, & quæ virgo cõcepit, 9.tom.epist.7.de viro perfecto, pag. 4.à principio. Neque post deum saluatorem, filium genuit, 8.tom.in cap.27. Iob quatenus mulier dicatur, 8.tom.in cap.4.epist. ad Galatas. mulier nõ concipiendo, sed pariendo, 9.to.epist.10.de assumptione B. Mariæ: circa medium. Mariæ vterum virginalem, desertum intelligimus, quod absque semine humano nullo frutice pullulauerit, sed virga simplex, atque purissima, & vnione fœcunda, ediderit eum florem, qui dicit in cantico, Ego flos campi, & lilium conuallium, 5.tom.66.f.

Beata terra ecclesiæ, cuius rex est Christus filius ingenuorum: de Abraham, Isaac, & Iacob, prophetatum quoque, & sanctorum omnium stirpe descendens: quibus peccatum non fuit dominatum, & ob id verè fuerunt liberi: Ex quibus nata est virgo liberior Maria: nullum habens fruticem, nullũ germen ex latere: sed totus fructus eius erupit in florem, loquentem in cãtico canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium, 5.tom.66.e.

Respice quid dicturus sum, & vnde tibi tãta beatitudo expectanda sit, diligenter attẽde. Audi quod nunquam ante cognoueras. Nouam rem creauit dominus super terram. Absque viri semine, absque vllo coitu, atque conceptu, fœmina circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incremẽta quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate: sed perfectus vir in ventre fœmineo solitis mensibus cõtinebitur, 4.tom.in cap. 31. Hieremiæ. Pro virgulto, Symmachus ramum interpretatus est, vt assumptum ostẽderet hominẽ, qui processit de vtero virginali. De quo infert: Sicut radix de terra sitienti. Pro sitienti, Aquila interpretatus est inuia, vt virginitatis priuilegium demonstraret: quod absque vllo humano semine, de terra prius inuia sit creatus. Iste est de quo, & supra legimus: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: vt natiuitatis eius ascensum significet in mundo, 4.tom.373.b. Nos virgam de radice sanctam Mariam virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem: de qua & suprà legimus: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: Et florem dominum saluatorem, qui dicit in cantico canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium, 4.tom.88.e. Quidam prophetissam sanctam Mariam interpretantur: quam prophetissam fuisse non dubium est. Ipsa enim loquitur in euangelio: Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes: quoniam fecit mihi magna qui potens est, & reliqua, 4. tom.66.e. Et mater domini plena spiritu sancto prophetabat: Esurientes impleuit bonis, & cætera, 4.tom.in cap. 65. Esaiæ.

Quam difficulter eius partus exponi possit, 4.to. 374.d. Dominus enim virtutum, ipse est rex gloriæ: Ipse descendet in vterum virginalem, & ingredietur, & egredietur orientalem portam, quæ semper est clausa: de qua Gabriel dicit ad Virginẽ. Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et in prouerbiis: Sapientia ædificauit sibi domum, 4.tom. 61.a.b. Quod autem in Esaia, עלמה Virginem significet, absconditam scilicet, & secretam multis probat, ibidem.

Non de simplici virgine, sed de desponsata Christus ideo concipitur, vt per generationem Ioseph, origo Mariæ monstraretur. Secundo ne lapideretur à Iudæis vt adultera. Tertio vt in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiã quartam addidit causam, cur a desponsata cõceptus sit: Vt partus (inquiens) eius cælaretur diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de vxore generatũ, 6.tom. 2.f.3.a. Inuenta est in vtero habens de spiritu sancto: Non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph: qui penè licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. Quod autem dicitur: antequam conuenirẽt, non sequitur, vt postea conuenerint: sed scriptura quod factum non sit, ostendit, 6.tom.ibidem.

Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eã. Si quis fornicariæ coniungitur, vnum corpus efficitur. Et in lege præceptum est, non solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccati. Quomodo Ioseph, cùm crimen cælaret vxoris, iustus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quòd Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat, 6.tom.2.f.3.a. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã coniugem tuam. Iam & suprà diximus, sponsas vxores appellari: quod plẽnius liber aduersus Heluidium docet. Et blandientis affectu ei per somnium angelus loqui.ur, vt iustitiam silentij cõprobaret. Simúlque notandum, quòd Ioseph filius esse dicatur Dauid, vt Maria quoque de stirpe Dauid demonstraretur, 6.to.ibid. Hieronymi ex prædictis verbis sententia est, Ioseph vidẽtem Mariam virginem vtero grauidam, nequaquam malè de ea (vt quidam asserunt) suspicatum fuisse, propterea nolebat rem diuulgare ipsámque virginem παραδειγματίσαι, hoc est, probris exponere, sed potius scientem illius castitatem, admiratum mysterium, tacuisse: quadámve potius reuerentia, quàm adulterij suspicione, de ea minimè accipiẽda iam cogitare, tanquam qui se indignum vt virginem domi haberet, reputaret. Angelus, veluti silẽtio collaudato, blandientis affectu illum alloquens, ad accipiẽdam eã animat, & quo modo à spiritu sancto grauida reddita sit, manifestat, de modo potius illũ instruens, quàm de re. Quippe cùm Ioseph diuinitus id accidisse nec etiam ipse dubitabat: & hũc sensum habent illa verba. Noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Ac si diceret: Tu reuerẽtia quadã ducere Mariã cõiugem tuã renuis, propterea q̃ conceptionis ignoras mysterium, & quídnam de ea deus fieri velit, certũ non habes. Ego tibi & voluntatem dei, vt eã ducas, manifesto, & quídnam sit quod in ea natũ sit, aperio. Propterea omni excusso timore, quo tenebaris, ne in ea ducẽda deũ offẽderes, cõpertóque cõceptionis mysterij modo, noli timere eã accipere. Hãc eãdem sententiam Origenes homilia in Vigilia natiuitatis domini, & Bernardus homilia secũda super Missus est, latè copioséque prosequentes astruunt, defendúntque.

Et accepit coniugem suam, & non cognouit eã, donec peperit filium suum primogenitum. Ex hoc loco quidam peruersissimè suspicantur, & alios filios habuisse Mariam, dicentes primogenitum non dici, nisi qui habeat & fratres: cùm hic mos sit diuinarum scripturarum, vt primogenitum non eum vocent quem fratres sequãtur, sed eum qui primus natus sit. Lege supradictum libellum aduersus Heluidium.

Mariam verè colitis, si imitari velitis quàm laudatis, 9.tom. epist. 10. assumpt. Simon Metaphrastes, & Nicephorus Callisti auctores sunt, Lucam Euangelistam suis manibus penicillo, & coloribus imaginem Christi, & sanctissimæ Virginis in tabula pinxisse, eáque Antiochenæ reliquisse ecclesiæ. Pulcheria deinde Augusta, constructo in Constãtinopoli tẽplo, quod τῶν ὁδηγῶν appellauit, eo ex Antiochia tabulam illam in qua Virgo Maria depicta erat, afferri curauit. Erat autem figura, habitúsque Virginis, qualé hisce verbis Nicephorus testatur. Maria (inquiẽs) virgo statura fuit mediocri: quamuis sint, qui eam aliquãtulum staturam mediocrem excessisse dicãt, colore frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erãt inflexa, & decenter nigra: Nasus longior, labia florida, & verborum suauitate plena: facies non rotunda, vel acuta, sed aliquanto longior: manus simul & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, miniméque vultũ fingens. Vestimentis natiui coloris contenta fuit, id quod etiam sanctum capitis eius velamen ostendit. Scripsit de eius transitu Melito Sardensis Episcopus, quem tamen librum Beda in retractationibus Apostolicorũ actuum tanquam falsum mendacémque improbat. Dionysius Areopagita (sicut de aliis quoque Apostolis à probatę fidei auctoribus proditur) vnà cum Apostolorum coryphæo ac principe Petro, & Iacobo Apostolo Hierosolymitanæ vrbis Episcopo, se sacro eius funeri interfuisse testatur. Assumptam eam deinde fuisse vnà cum corpore è monumẽto, in quo deposita fuerat, omnis ecclesia credit, & celebrat. Eius autem diei festum vbique celebrandũ, Apostoli (vt auctor est D. Bernardus) statuerunt. Assumptam autem fuisse anno ab eius filij natiuitate xlviij. Eusebius Cæsariensis in libro De temporibus scriptũ reliquit. Tempus in eam cadit sententiam, qua eã lxiij. vixisse creditur annis: ad quorum annorum numerum Corollarię preces, quibus eam deuotè ac sanctè salutant, colúntque in ecclesia fideles, compositæ sunt: nam xv. ætatis suæ anno Christum Iesum peperisse creditur.

Maria Magdalena, à qua septẽ dæmonia fuerunt eiecta, comes perpetua Iesu Christi, ei necessaria sppeditans, 6. tom. 144. d. & 198. f. huic primò Christus post resurrectionem ostenditur, 6. tom.198.f. Maria Magdalene cum aliis Mariis ab Esaia prædicta, 4.tom. 217.c.218.d. ab ea septem dæmonia Christus eiecit, 6.tom.144.d. & Luc. 28. cap. Maria Magdalena vidua, 6.to.196.f. quando in domo Pharisæi, post filium viduæ suscitatum, in ciuitate Galilææ Naim, vnxit pedes Iesu, lacrymis lauit, & capillis tersit, longè antè quàm pateretur, quando scilicet sunt ei remissa peccata multa, Luc. 7. erat enim peccatrix, Luc. 7. & 8. lacrymis baptizatur, vide, 1.tom. Christo ministrat vnà cum aliis mulieribus, quæ curatæ erant à spiritibus malignis (ficut & ipsa) & infirmitatibus, Luc. 8. & 6.to. 144.d. ante sex dies paschæ Bethaniæ, vbi Christo cœnam fecerant, Lazaro fratre resuscitato discumbente, & Martha sorore ministrante, vngit pedes Iesu rursum, & capillis tergit: domus impletur odore vnguenti, Iuda proditore de hoc indignãte, & cõquerente. Ioan. 12. Maria Christum vngens, persona ecclesiæ, 8.tom.149.g. biduo ante Paschã Bethaniæ similiter in domo Simonis leprosi frangit alabastrum, & effundit vnguentum super caput Iesu recumbentis, & domus impletur ex odore vnguenti: de qua re indignati sunt discipuli, seu eorũ aliqui, dicentes: Vt quid perditio hæc? Matth. 26. Mar. 14. & 6.tom.727.b. astat iuxta crucem Iesu vnà cum Maria Virgine Iesu matre, & Maria Cleophæ, Ioan. 19. Et cum Salomone, seu matre filiorũ Zebedæi. Matth. 27. Mar. 15. & aliis mulieribus, quæ de Galilæa secutæ fuerant Iesum, de facultatibus suis ministrantes illi. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.

Mariam Magdalenã Marthæ & Lazari sororem, de Bethania eorum castello (quod duobus circiter milliaribus distabat à Hierusalem) eandem illam fuisse, quæ & peccatrix dicitur, & de qua septem dæmonia (id est omne peccatorum genus, vt Gregorius exponit) Christus eiecit, ecclesiæ sententia est: quippe cùm tam Missam, quàm diuinum officium, veluti de peccatrice in eius celebret festo. Quàm ecclesiæ sententiam, vt veram esse omnes scirent, ita (vt vides) eius historiam ex euangeliis contexuimus: rem alioqui difficillimam, & vbique in ecclesia controuersam. Non ignoro tamen Hieronymum Matth. 26. peccatricem illam, quæ pedes Iesu lauit lacrymis, vnguento vnxit, & crine tersit, diuersam facere ab ea, quæ super caput Iesu recumbentis, fracto alabastro fudit vnguentum. Quæ opinio si vera esset, ecclesiæ vtique sententia vera nõ esset. Verùm ipse idem Hieronymus Matt. 27. illam primam suã frangit opinionem: dicens, Mariam Magdalenam, quæ vna cum Maria Iacobi, & matre filiorum Zebedæi, & Maria Virgine prope crucem Iesu astabat, illam esse Mariam Magdalenã, à qua Christus septem dæmonia eiecerit. Hãc autem, quæ cruci astabat, sororem Marthæ fuisse, nulli dubium est. Et libro secundo contra Iouinianum de hac eadem quæstione ita scribit. Hic iam quæritur in corpore, qui pedibus domini dignus fit, qui capite: qui oculus eius sit, qui manus. Quòd & duæ mulieres in euangelio, pœnitens, & sancta significant: quarum altera pedes, altera caput tenet, tametsi nonnulli existimant vnam esse, & quæ primùm cœpit à pedibus, eam gradatim ad verticem peruenisse. Rursum in epistola ad Marcellã, quam inuenies tertio to. numero, 148. dilucidè testatur, Mariam Magdalenã, cui dominus apparuit, & quæ eius tenuit pedes (quã Marthæ sororem fuisse dubium non est) eandem cum peccatrice esse. Nec te moueat, quod Lucas scribat: Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, veluti incola esset illius ciuitatis, vbi tunc Christus aderat: quam Galilęę fuisse ciuitatem, ex ipso Luca satis liquet: siue Naim illa fuerit, vbi filium viduæ ad portam suscitauit,

vt ex superioribus & subsequentibus constare videtur, siue altera quædam Galileæ vrbs: Versus enim ille ita, commate alibi interiecto, legendus est. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate, peccatrix, hoc est, Et ecce mulier peccatrix, quæ tunc aderat in ciuitate. Eo enim pro peccatorum venia impetrãda, Maria Magdalene ex Bethania accesserat. Hanc lectionem theologi Louanienses retinent, & Græcus euangelij codex optimè, ita legens, defendit: ἰδοὺ γυνὴ ἥτις ἦν ἁμαρτωλός. Ecce mulier in ciuitate, quæ erat peccatrix. Imò vox illa, Ecce, secundum scripturæ consuetudinem, ostendit quod subito, & ex inspe rato eo aliunde mulier aduenerit. Vera ergo ecclesiæ sententia est: Veréque liber Fabri Stapulensis de tribus Magdalenis ab ea, vti falsus, commentitiúsque reiectus. Apparet enim ab ipsis euangelistis ex temporum, locorum, rerúmque diuersitate, diuersas quoque, hoc est ternas, eiusdem mulieris vnctiones fuisse. Primam in Galilæa, multis mensibus antequam Christus pateretur, vt ex Lucæ ipsius liquet historia. Secundam in Bethania in domo Marthæ, & ipsius Mariæ, discumbente cum Iesu & discipulis eius, Lazaro fratre resuscitato, sex scilicet diebus ante Pascha, vt Ioánes, qui solus de ea meminit, scribit: Tertia autem biduo ante Pascha, quod Marcus qui post Matthæũ de ea scripsit, dilucidè prodit, similiter in Bethania, verùm in domo Simonis leprosi. Simon autẽ vocabatur etiam ille pharisæus, in cuius domum prima vice Magdalena tunc peccatrix accessit: Quę nominis similitudo, difficultatem quæstionis apud veteres interpretes auxit: dum non animaduertunt personarum, locorum, temporúmque diuersitates. Quod ille videlicet pharisæus, hic autem non: Ille liber à lepra, hic verò leprosus fuerit: Ille in Galilęa, hic in Bethania Hierosolymę proxima. Et quòd prima illa pedum vnctio facta à peccatrice, longè ante Christi mortem adhibita sit: Describitur enim à Luca capite septimo: eo scilicet tempore, quo Ioannes Baptista in carcere positus discipulos suos ad Christum misit, scíscitatum an ipse esset Christus, vt Matth. 11. & Luc. 7. apparet. Post quam vnctionem per quattuordecim deinde capita historiam Christi, & illius gesta Lucas prosequitur, antequam ad 22. caput perueniat: in quo scribit, die Azimorum, prope quem duæ reliquæ vnctiones exhibitæ sunt, iam fore propinquum. Postrema autem vnctio in domo Simonis leprosi, biduo ante pascha præstita fuit. De illa prima vnguenti profusione, nullam fuisse discipulorum querimoniam legitur. De hac autem postrema, multam. In prima remissa mulieri peccata multa proditur, in postrema nulla. Ibi pedes, hic caput vnxit: Postremò ibi cum lacrymis, hic sine lacrymis. Quę omnia vnctionum trium, per eandem tamen mulierem, nontrium mulierum diuersitatem ostendunt. Nec mirũ si post multos pœnitentiæ menses, & longè postea quam ei remissa fuerant peccata, ausa est ad vngendum caput accedere. Quod autem peccatrix illa Maria Magdalene diceretur, Lucas ipse, qui de peccatrice scripserat, ostendit: dum priùs capite septimo de peccatrice in Galilæa sanata à peccatis, sine Magdalene nomine meminit, deinde statim capite octauo, mulierem à qua septem demonia eiecerat, Magdalenã appellat, ita scribens. Et factum est deinceps & ipse iter faciebat, per ciuitates, & castella, prædicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia eiecerat, & Ioanna vxor Chusæ, procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ. Quod autem Magdalena soror Lazari, ea fuerit, quæ vnxit pedes domini, & capillis terfit (hoc est peccatrix illa apud Lucã) Ioánes Euangelista initio vndecimi capitis clarè asserit: Nam de altera pedum vnctione, in sequẽti postea capitulo meminit. Ponitur mystice Maria pro vita contemplatiua, & Martha pro actiua, 4. tom. in cap. 3. lament. Hierem.

Maria Iacobi minoris, 6. tom. 51. c. Soror Mariæ virginis hęc fuit, & Christi matertera, 6. tom. 144. d.

Mariam Cleopæ hanc Ioannes euãgelista appellat, cap. 19. Filia Cleopæ hæc fuit, & vxor Alphæi: ex quibus natus est Iacobus minor, cognomento iustus, quem Iacobum Alphæi Matthæus 10. Marcus 3. & Lucas 6. & Act. 1. appellãt. Cuius Iacobi frater fuit Iudas, vt ipse se initio epistolæ suæ appellat: Item Simon, qui ei in episcopatu Hierosolymitano successit, vt scribit Eusebius ecclesiasticę historiæ libro primo. Et tertius Ioseph: Matth. 26. & Mar. 15. Qui omnes fratres domini consobrini fuerunt, Matth. 13. Iacobum autem, & Ioseph, huius Mariæ filios fuisse Matthæus & Marcus dilucidè testãtur: Iudas autem & Simon, qui fratres domini Matth. 13. ipsi etiam appellantur, vtrúmnã ex hac nati sint, quãuis non prodatur, creditur tamen, eo quod fratres domini, sicut Iacobus & Ioseph, quos ex ea natos constat, ipsi etiã fuerint, & Matthęus simul omnes quatuor iũgat, atque cõmemoret: præter quod cum Iacobi fratres fuerint, ex eadem matre progenitos fuisse, vero absimile non est. Egesippus (Eusebio teste) fratrẽ Ioseph Mariæ virginis sponsi Cleopam facit: Ex eóque Simonẽ apostolum, Zelotem, seu Chananæum cognominatum, natum prodit: quem consobrinum Christi fuisse etiam asserit.

Dorotheus in synopsi Simonem, qui episcopus Hierosolymæ post Iacobum iustum fuit, vnum ex 12. & eundem cum Iacobo Alphæi fuisse, parum cautè putat. Mox sibi non constans, Cleopam illum & vnum ex Lxx. cui dominus post resurrectionem apparuit, facit. Vtrumque enim & Simonem dictũ, & Hierosolymæ fuisse scribit episcopum.

Maria Salome, vulgus ita appellat, cæterum eius nomen erat Salome, non Maria. Vide infrà Salome.

Maria Ioseph, Mariæ matris domini soror, 6. to. 144. d.

Maria matertera domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph & Iudæ, 6. tom. 51. c.

Maria, soror Moysi, prophetes cur lepræ vitio sordidata, 6. tom. 341. c. primo mense mortua est in deserto Sin, 5. tom. 589. a. 7. tom. 222. f. hæc Iudæorum synagogam figurabat, 5. 485. a.

Maria, mulier quædam, quæ in obsidione Hierusalem proprium filium interfecit, coxit, & comedit, 4. tom. 696. d. e.

Mariboth, seu veriùs Mariboth מריבות, hoc est contradictio: sic enim aquæ contradictionis vocatæ sunt, 4. tom. 1098. f. & seq. Mariboth, quod interpretatur cõtradictionis, loci non est vocabulum, sed aquarum, in quibus populus domino contradixit, 4. tom. 1099. a.

Marnas, & eius templum Gazæ, 4. to. in cap. 17. Esaiæ, in epistola ad Lætam, in hunc eundem sensum: Iam, inquit, & Ægyptius Serapis Christianus factus est. Marnas Gazæ luget inclusus, & euersionem templi iugiter pertremiscit. Colebatur autem Marnas in Gaza, Palæstinæ maritima vrbe: quo nomine, Iouem intelligebant: μάρνα Græcè manum significat, Chaldaicè Marã turriculam, & Murni vernan. Iob. 7. cap.

Mars, qui deus bellãtium dici meruit, triumphorum familiari frequentia, in quibus expedit vis animi maximè prompta, nihil sibi metuens, à Vulcano ligatus est cum Venere: inuisibilibus quidẽ catenis, sensibilibus tamen, 9. tom. epist. 49. ad Ruffinum, ne ducat vxorem, pag. 1. epistolæ.

Marsupium quid sit, 8. to. 169. b.

Marsus dicitur is, qui aspides, aliósque incantat serpentes, 7. to. 172. d.

Martinus à moniali cõtemptus, 9. tom. epist. 46. ad Optatum Episcopum, de origine animarum.

Martyr non est, qui ob humanam patitur laudẽ, 6. tom. 347. a. b. is pœnam potiùs quàm præmium, sibi parat: qui ideo patitur, vt eius reliquiæ habeãtur venerationi, 6. to. 339. c. martyr negans post tormenta leuiorem meretur pœnam, quàm qui sine cruciatu negauit, 4. tom. in cap. 22. Esaiæ. martyrum sanguine peccata purgantur, 4. to. 1077. b. c.

martyrum primitiæ, Stephanus, & Iacõbus, 4. to. 1051. c. quot martyres fame corrupti sunt, & nũc sunt cum domino, 7. tom. 337. c. martyres ad bella processerunt, 4. to. 10. d. martyres suorum corporum reges effecti sunt, 7. tom. 142. d. martyres securi vadunt ad dominum, 7. tom. 350. e. f. martyres immensis præmiis honorati, 7. tom. 180.

martyres laudant dominum purè in regione viuorum, 7. tom. 350. f. martyres ista dicunt, omnia, quæ tu domine Iesu pertulisti, & nos eadem pertulimus, 7. to. 158. f. martyres resurgent, & euigilabunt, 4. tom. 211. c. martyrem sanguis tantùm effusus pro Christi nomine facit, 6. tom. 472. e.

martyres deposcunt ad supplicia dæmones, 9. tom. epist. 7. de viro perfecto, 1. pag. ante finem.

martyres honorandi sunt ieiuniis, 9. tom. in regula monachorum: capite de contemplatione, oratione, & lectione. martyrum sanguis semper clamat ad dominum, 7. tom. 399. c. martyrum noua stola, virtus est operandi miracula de sepulchris, 9. tom. epist. 7. de viro perfecto, pag. 3. ante finẽ. an diuina virtute miracula faciant iuxta reliquias, in eadem epistola, circa medium: quo loco habenda eorum miracula, ibid. paulò antè. martyres quare se de sepulchris D. Ambrosio reseruauerint cũ miraculis, 9. tom. epist. 7. de viro perfecto, 1. pag. ante finem. martyrum triumphus, gentium fortitudo, 4. to. 446. e. martyres in cælo pro hominibus intercedunt, 9. tom. 80. c. martyrum orationes, 7. tom. 350. f. martyrum gloriæ in omnibus concinuntur ecclesiis, 7. tom. 352. f. martyrum festa quomodo celebranda, 9. tom. 543. b. martyrum templa, 4. to. 470. f. vide latiùs infrà templum.

Martyrium, grandis res est, 7. tom. 349. c. martyrium duplex est, 9. tom. 642. d. martyrij & baptismi fontem eadem petra nobis ostendit, 7. tom. 228. d. martyrium non est nostræ virtutis, sed gratiæ dei, 7. tom. 350. d. martyrium absque charitate non prodest quidquam, 4. tom. 417. a. b. martyrium, & baptismum, Christi lancea latus vulneratum, aquis fluens, & sanguine, dedicauit nobis, 4. tom. 340. c. martyrium sine charitate nihil est, 8. to. in cap. 13. prior. epist. ad Corinth.

Masculus mystice fortem, robustúmque significat, 4. tom. 209. b. c. propterea Pharao tãtùm mares necari mandat, 4. tom. ibid. masculus aperiens vuluam tractatur, 9. tom. epist. 7. de viro perfecto, pag. 4. à principio. masculus, quem Sion peperit, dominus Saluator est, 4. to. 488. f. masculi in bonam partem accipiuntur, quos sancti generant, ibidem.

Massa, vnde deus homines formet, 8. to. in cap. 9. epist. ad Romanos populus Iudæorum dicitur massa, 8. tom. in cap. xi. ad Romanos.

Massiliam Phocæi condiderunt, 6. tom. 297. b.

Matrem saluari, si filij boni sint, quomodo exponatur, 4. tom. 848. f. mater Christi, quam ipse reliquit, cælestis Hierusalem, 6. tom. 425. a. b. mater nostra libera ecclesia per eam significata, 6. to. 322. e. f. matrem enim ecclesiam appellant baptizati in ea, 7. tom. 259. a. mater Sion dicet homo, quare dicatur, ibid. matrum pietas erga filios tractatur, 9. tom. epist. 11. de honorandis parentibus.

matribus filij obsequuntur vsque ad mortem, 9. to. xi. epistol. de honorandis parentibus. matres quare à filiis diligendæ, ibid. matri qui maledixerit, morte morietur, 5. to. 377. b.

Mathanias, Iechoniæ patruus, 4. tom. 841. b.

Mathatias Machabæus, pater Iudæ Machabæi, 4. tom. in cap. xi. Daniel. de hoc 1. Mach. 2. & inde plenam habes historiam.

Mathematici, id est, Astrologi, & eorum de futurorum prædictione vanitas, 4. to. 335. a. 5. to. 1107. a. in cap. 1. Sophoniæ.

Matrimonium, sacramentum est magnum in Christo & in ecclesia, 4. tom. 449. c. & 6. tom. 425. b.

matrimonium verum, & legitimum, quod, 6. to. 421. c. 422. d. matrimonij secundi pura non est voluntas, quæ fornicationis comparatione vilescit, 4. tom. 476. d. matrimonio copulati ob fornicationem seiungi possunt, 6. tom. 86. f. in matrimonio vir & vxor se separare possunt ob seruitutem dei, 6. tom. 86. d. coniugij tempora sint certa: vxor caueat, ne semper virum illiciat, & vir ne vim faciat vxori, putans sibi omni tempore subiectam sibi esse debere coniugij voluptatem: nam adulter est propriæ vxoris amator ardentior, 4. tom. 851. b. c. ab vsu coniugij ad tempus separatio fiat ex consensu, propter seruitutem dei, 4. tom. 854. f. & sequent. eius opus sanctè & honestè, quasi sub dei oculis exerceatur, 6. tom. 340. f. defendit Hieronymus, quòd secunda matrimonia non damnauerit, dum illa ex indulgentia potiùs, quàm ex lege esse dixit, 4. tom. 581. a. ostenditque cur ea D. Paulus concesserit, 4. tom. ibid. matrimonia ter aut quartò repetita, naufragorum extrema est tabula, 4. tom. ibid. quod secundum Christi præcepta nõ coniungitur, adulterium magis, quàm matrimonium, 6. tom. 421. c. & sequent. in matrimonio si vxor viro subiicienda est, vt Christo ecclesia, inter virum & vxorem erit sancta coniunctio, & numquam corporis seruient passionibus, 6. tom. 422. e.

propter infirmitatem eorum, dictũ Corinthiis, vt post orationem ad vsum reuertantur coniugij, ibi. Ephesij sanctiùs, ad castitatem scilicet, eruditur, ibidem. quos imitari satius, quàm Corinthios, 4. tom. 422. c. liberorum opera in matrimonio concessa: voluptates, quæ de meretricum capiũtur amplexibus, in vxore damnatæ, ibidem. Passiones, immunditiam & luxuriam, in coniugibus Apostolus damnat, non sanctam coniunctionem, ibidem.

hoc legens omnis vir & vxor, intelligant sibi post conceptum, magis orationi, quàm connubio seruiendum, 6. tom. 422. f. & quod in animalibus & bestiis ipso naturæ iure præscriptum est, vt pregnãtes ad partum vsque nõ coëant: hoc in hominibus sciant arbitrio derelictum, vt merces esset ex abstinentia voluptatum, 6. tom. 422. f. Vide plura hac de re infrà, Nuptiæ.

Matthæus diues, relictis diuitiis, Iesum secutus, 6. tom. 89. a. appellatur publicanus, non quod & apostolus adhuc permanserit publicanus, sed quòd pristinum vocabulum retineat, 6. tom. 143. b. cognomento Leui, euangelium in Iudęa Hebræo sermone edidit, ob eorum maximè causam, qui in Iesum crediderant ex Iudæis, 6. tom. in epist. & 4. to. 55. a. & 5. to. 159. d. hominis effigie, cur ab Ezechiele depictus, 6. tom. in epist.

Matthias apostolus, & eius nomine pseudoeuãgelium, 6. tom. in proœmio super Matthæum ad Eusebium.

Mathusalem nongentis sexaginta nouem annis vixit, & tamen non dicitur senex, 7. tom. 278. f.

Maturatur apostema ficorum emplastro: Esaias eo Ezechiam curauit, 4. tom. 285. a.

Matutinale officium quomodo persoluendum, 9. to. in regula monacharũ, cap. 33. de matutino, &c.

Matutinum, melior pars diei, 9. tom. epist. 1. ad Demetriadem.

Mauri vani, 6. tom. 292. f.

Maxilla mystice, sunt prædicatores, qui verbum dei mandunt, vt populis in animæ cibum attenuatum præbeant, 4. tom. 680. d. maxilla asini percussi, &c. 8. tom. 54. d. ferienti maxillam præbere, Christi mandatum, 8. tom. in cap. 11. Prouerb. maxilla altera, & non sinistra percutienti porrigenda mandatur: quia sancti nihil sinistrum, nihil imperfectum habent, 4. tom. 1036. d. frenum in maxillis omnium populorũ, quod deus perdidit, Antichristus est, qui ad ruinam gentes mouet, quem dominus interficiet spiritu oris sui, 4. tom. 249. c. ponitur frenum in maxillis, cùm os à loquendo compescitur, 4. tom. 936. c. maxillas deus percutit, cùm de polluto ore hæreticæ doctrinæ excutit panem, 5. tom. in cap. 1. Osee. in maxilla generis est nobilitas, siue honor quidam manifestus, 8. tom. 44. c.

Maximianopolis, vrbs in campo Mageddon, 5. tom. 598. c. Maximianopolis, regni Samariæ metropolis, 5. tom. 86. f.

Maximilla pseudoprophetissa vaticinatione mẽdacij, fidem subuertebat veritatis, 4. tom. 803. c.

Maximus, Taurinensis episcopus, quæ scripserit, 9. tom. in catalogo illust. viror.

Maximus tyrannus, & eius persecutio, 4. tom. 583. a. Thrax genere, & crudelitate insignis Iulius Maximinus fuit, qui cum maximo filio post Alexandrum Mammææ annis tribus, sæuitia sua notissimus omnibus imperauit. Milites talia monstra nõ sufferentes, vnanimi facto concursu, ambos interfecerunt, clamantes inter cædem, Pessimi generis ne catulum quidem habendum. Præcipuus Christianorum insectator hic fuit. Verùm non de hoc, sed de altero Maximino, postremo scilicet, post quẽ christiani respirare cœperunt, Hieronymus intelligit, quia & ipse acerrimus christianæ religionis hostis fuit. Post hunc enim sub Constantino magno persecutiones ecclesiæ cessauerunt.

Mazaca, Cappadocum metropolis, quæ nunc Cæsarea, 4. tom. 494. f.

Mechir Aegyptiis mensis est, qui Romanis Februarius appellatur, 5. tom. 524. f.

Medaba, ciuitas nobilis, 4. tom. 106. f. interpretatur, de saltu, 4. tom. 157. a.

Medemena, ciuitas, 4. tom. 87. b.

Media, quæ inter virtutes & vitia sunt, nec fugienda, nec appetenda, vt circuncisio & præputium, & cætera his similia, 6. tom. 327. c.

Mediator, 6. tom. in epist. ad Gallat. 3. cap. mediator vnus inter deum & hominem, 8. tom. in cap. 2. prioris ad Timoth.

Medicina vera est in deo, 4. tom. 1142. c. medicina omnis ad tempus habet amaritudinem, &c. 4. tom. 763. b. medicina non spernenda, 4. tom. 285. b. medicina cuiusque vulneris adhibenda est ei, 6. tom. 174. e.

Medicina dei flagellis constat, 9. tom. epist. 2. ad amicum agrorum, pag. 2. à principio. medicina spernenda non est: siquidem deus creauit eam, 4. tom. 285. a. medicina absque dei misericordia nihil valet, 4. tom. 209. b. cùm vnum medicamentum non prodest, aliud medici adhibent, 6. tom. 320. d. e.

Medicus secat, vrit, vt sanet, & misereatur, 4. to. 894. f. medici crudelis & misericordis differentia, 7. tom. in psal. 143. medicus spiritualis medetur cunctis vulneribus, 5. tom. 642. d.

Mediolani miraculum primò exortum de dæmonum suppliciis, 9. tom. epist. 7. de viro perfecto, pag. 2. ante finem.

Medorum, Persarúmque reliquiæ conduntur in turri miræ magnitudinis, quam Daniel extruxit, 4. tom. 1134. e. f. medorum in montibus adhuc decem tribus captiuæ detinentur, 4. tom. 994. f. & sequent. Medi & Persæ, post victoriam Cyri, vnum regnum efficiebant, 5. tom. 528. f. Medi semper potentissimi fuere, 4. tom. 124. e. Medi significati per locustam, 5. to. 180. d. Medorum & Persarum regis iussa irrita fieri non posse, 4. tom. 1132. f.

μεσότιμα, subrisio, 4. tom. 547. c. 5. tom. 248. d.

Meditatio frequẽs, carnis est afflictio, 5. to. 78. e. meditatio quotidiana magis est animæ labor, quàm carnis, 5. tom. 78. d. meditatio legis quomodo est accipienda, 7. tom. 18. e.

Mel, & scripturæ de eo testimonia, 4. tom. 741. c. 821. a. melle de petra saturari, 7. tom. 240. f. mel mystice expositum, 4. tom. 741. c. mella dulcissima de foliis arborum stillantia apud poëtas, 4. to. 90. f.

μελικηδόχειον, 4. tom. 780. f. mel immoderatè sumptum necat, non delectat, 8. tom. in epist. 24. ad militem sæculi. mel moralem litteræ superficiem significat, 8. tom. 246. d. quia dulcia sunt vitia, & mel distillat de labiis meretricis, 5. tom. 181. c. vt vera Christi humanitas monstraretur, dictum est ab Esaia, butyrum & mel comedes qui infantium cibus est: & ne putaretur, diuinitati corporis assumptionem præiudicasse, additum fuit, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: ac si diceret, adhuc pannis inuolutus, & antequam ad vsum rationis perueniat, boni, malíque iudicium habebit, 4. to. 62. f.

Melcha, soror Saræ, 8. tom. 9. b.

Melchisedech est sine patre, sine matre, & sine generatione, 7. to. 334. f. Melchisedech & Sem, idem, 4. tom. 299. b. eius genealogia vel origo ignoratur, 9. tom. 581. d. ob id ἀγενεαλόγητος dicitur, vide, 3. tom. hic incircuncisus, circuncisum benedixit Abraham, 6. to. 326. d. e. obtulit panem & vinum pro Abrahamo, & à quo prædæ decimas accepit, 6. to. 108. f. panem & vinum offerens, Iesu Christi typus corpus & sanguinem suum ex pane & vino facientis in cœna, 4. to. 130. d. 7. tom. 335. a. dei sacerdos, domini sacramentum signauit, ac mysteriũ corporis & sanguinis expressit, 9. tom. 5. b. c.

Melchom, Ammonitarum idolum, 5. tom. 217. b.

Ammonitarum idolum erat Melchom מלכום, ficut Sidoniorum Astaroth, Moabitarum Chamos: de quo mentio fit, 4. Reg. 23. & 1. Par. 20. & Hieremiæ 49. Vox Hebraica significat, rex eorum. Idémque prorsus erat Moloch, & Melchom: quippe cùm Ammonitarum idolum fuisse Moloch scribatur, 3. Reg. 11. & nomen quoque simile sit מלך: enim Hebraicè appellatur.

μελοκοπία, 5. tom. 402. f.

Melia arbor ferens fructum suauissimum, 8. to. 360. f.

Membrorum corporalium nomina trãsferuntur ad animæ affectus, 8. to. 284. d. in membro, quo quis amplius peccarit, in eo plus etiam punietur, 8. to. 233. b. membra singula qua ratione in corpore sint, 8. to. homilia 1. in cantic. cantic. pag. 5. ante finem. membrorũ parilitas in corpore humano, 7. tom. in Psal. 95. membra interioris & exterioris hominis, 8. tom. homil. 1. in cantic. cantic. pag. 2. à principio.

Memoria non est primis & nouissimis, qui futuri sunt, 5. to. 11. a.

Memphis, Ægypti quondam metropolis, 5. tom. 136. f. 137. a. artibus magicis dedita, 4. tom. 118. f. Mempheos omnes principes emarcuerunt, 4. tom. 172. f. Memphis interpretatur, os, vel ex ore, 4. to. 172. f.

μεμψίμοιρος, id est, querulus reprehensor, 4. tom. 1101. c. propriè is qui de parte, seu sorte sua conqueritur. Μοῖρα sors, pars, fatum: μέμφομαι, cõqueror, incuso, reprehendo.

Menander poëta, 6. tom. 322. d. à Paulo citatur, 2. to. vide ibi. Comœdias hic conscripsit maxima sua cum laude: nam, vt Quintilianus testatur, tanta fuit in eo inueniendi copia, tanta eloquendi facultas: ita in omnibus rebus, personis, & affectibus accõmodatus, vt ad cuncta, quæ oratoria in arte præcipiũtur, sufficisse visus sit. Didicit sub Theophrasto philosopho.

Mendacij genera sunt octo, 8. to. 190. e. mendacium effusum super terram, 5. tom. 102. e. mendacij panis suffocat & interficit deuorantes, 5. tom. 152. d. mendacij funiculus, 4. to. 35. b. mendacium veritati appropinquans, citò voratur & deperit, 23. mendacium imitatur veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes, 4. tom. 618. f. mendacium instar fluminis transit, & præterfluit, & nunquam potest stabili mansione consistere, 4. to. 156. f. mendacij pater, diabolus, 4. to. 407. a. mendaciũ longos habet anfractus, 5. tom. 78. e. f. mendacium in scripturis nullo modo admittendum, Augustinus cum Hieronymo disputat: vide, 2. tom. etiam officiosum improbatur, vide ibidem. in simulatione Petri & reprehensione Pauli non fuisse officiosum mendacium, sed dispensationem quandam charitatis, asseritur: vide item ibid. mendacium est omne, quod intelligimus, & videmus, 7. to. 348. e. f.

quoddam mendacium vtile, & necessarium, 7. tom. in Psal. 147. versu, non in fortitudine equi, &c. hoc mendacio non est idem cum falso testimonio, 8. to. 190. d. eius octo genera, ibid. mendacium omnis homo, id est, vmbra, 7. tom. 348. e. f. mendacium qui loquitur, iam esse desistit, 7. to. 24. e.

mendacium qui loquuntur, eos omnes deus perdet. mendacium diuitias, veritas paupertatẽ parit, 5. tom. 372. d. mendacium qui loquitur, infelicior est, quàm qui operatur iniquitatem, 7. tom. 24. e.

Mendax appropinquare deo non potest, 4. tom. 415. c. mendaces filij hominum in stateris, 7. tom. 180. f. mendax est omnis homo, id est, hominum maior pars, 7. to. 348. e. f. vide plura in verbo Mẽtiri.

Mendici Iudæi toto orbe diuisi, 7. to. 329. a.

Μήνη luna, 4. to. 199. c. Ab ea μὴν mensis dictus, 4. to. in cap. 5. Danielis. Mene מנא, quod est Chaldaicè, numerauit, 676. f.

Meniana, 617. d. 677. d. Sic à Menio inuentore Meniana sunt dicta: ædificia scilicet, siue tabulata exterius, & vltra domũ porrecta: siue illa subiectis fulciãtur colũnis, siue tignis è pariete prodeũtibus: domorũ ampliationibus hęc inseruiebãt, & intecta plurimũ erãt: vulgo alicubi podiola, alicubi logias, nostrates Reatini profcula appellant. Multa olim, erant in vrbe: sed quia aëris perflationẽ impediebant, propterea quod insalubrem illum, & pestilẽtem redderent, & vrbis etiã pulchritudini oberant, vt quæ vias superne occluderent, ablata sunt.

Menocleas Ptolemæi dux, 4. to. 1162. e. Ptolemæi Philopatoris, contra quẽ magnus Antiochus bellũ mouerat, hic dux erat. Huic enim Ptolemæo Oniam pontificem amicum fuisse, eiúsque permissu tẽplũ in Ægypto Hierosolymitano simile constructum fuisse, Iosephus etiã libro antiquitatũ tertiodecimo scribit.

Mens hominis in varias solicitudines distenta, laniatur, 5. to. 11. b. mentis obscuritas bifariam diuiditur, 6. to. 402. f. mens in qua corporis parte potissimum resideat, 4. to. 1184. e. mens, vt moueatur, non indiget loco sensibili aut corporeo, 9. to. 314. d. mens agitat molem, & magno se corpore miscet, 5. to. 9. a. mente reguntur cogitationes, 7. to. 74. f. mens ecclesiæ, 7. to. 74. f. 75. a.

mens dicitur appellatione ventris, 8. to. in cap. 20. Prouerb. mens non impletur ministerio hominis vel angeli, sed verbo dei, 8. to. homilia 1. in cantic. cantic.

Mẽsa, id est, scriptura diuina, 7. t. 74. f. mẽsam dominicã se habere falsò iactitant hæretici, 5. tom. 392. e. altare enim sacrilegũ, altare eorũ, 6. t. 295. c.

Mensis ἀπὸ τῆς μήνης, hoc est, à luna dicitur, 5.tom. 238.d.e. mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, 4.to.500.e. & 1074.f. mensis apud Romanos kalendis, nonis, idibúsque deuoluitur, 4.to.942.e.

menses mysticè, 8.tom.13.c. menses apud Hebræos secundum lunæ cursum supputãtur, 4. tom. 942.e. Menses quattuor vsque ad messem, 6. to. 149.b. mensis triginta dierum est, 4.tom.1076.c. apud Hebræos luna mensem incipit, & perficit, 4. to.942.e. & ita eorum mensis habet dies viginti nouem, & semis, 4.tom.1148.d. supererant solari anno dies vndecim, & sex horæ, è quibus Epacta, & Emboliſmi conficiuntur, 4.to.1148.d. apud nos kalendis, nonis, idibúsque deuoluitur mensis, 4.to. 942.e. mensis primus apud nos, est Ianuarius, Orientalibus October, 4.t.728.f. Iudæorum Nisan dicitur, ibid.

Hunc prima luna ante vernum æquinoctium incipit, nostróque propterea respondet Martio: ísque tam nobis quam Iudæis, paschatis solemnitatẽ præstat: in quo celebrando in eo tantùm ab illis differimus, quòd ad subsequentem Dominicam, ne Iudaizare videamur, post quartamdecimã lunã transilimus, vbi illi plena semper luna Pascha concelebrant. Primò & septimo huius mensis die, duas fieri debere solẽnitates, quæ in lege non habentur, Ezechiel mandat, 4.to.1073.c. huius quartodecimo die ad vesperam Pascha incipit, & azyma per septem comeduntur diebus, ibid. mensis Iudæorum septimus, qui תשרי Thisri dicitur, & eius solẽnitates, 4.to.1009.b.c. hic Septembri nostro respondet, in quo mundum conditũ autumant: propterea eorum lingua ראש השנה, hoc est, caput anni appellant. Nouũ enim annum, quantũ ad mundi initium, tunc vocant: quippe cùm quoad festa, & solemnitates pertinet, à Nisan initium sumant.

mẽsis nonus Casleu dicitur apud eosdem: ẽstque idem qui apud nos Nouember, 4.to. in cap.12. Danielis. Decimus mensis טבת dicitur: τυβὶ Ægyptiis, Romanis verò Ianuarius, 4.to.935.a. mensis vndecimus, hoc est, Februarius apud nos שבט Sebat dicitur, 5.to.521.b.c. duodecimum Adar vocant, & cùm Emboliſmarem alterum post eum addunt, vocant Adar ve Adar. mensis spiritualis est omne tempus ecclesię à principio ad finem: quippe cùm luna, quæ mensem efficit, ecclesiam notet, 4. to.499.b.

Menstrua & menstruosi partus, 4.to.685.c. cùm menstruata coëundum nõ est, 4.to.in cap.18.Ezec. Leprosi & elephantiaci inde partus mascuntur. Nihil immundius menstruata, quę quidquid attigerit, immundum facit, 5.to. 600.d. legis iustitia post euangelium menstruatæ panno comparatur, 4. to. in cap.64.Esaiæ. menstruis laborans mulier virũ à coitu arcere debet, 4.to.685.c. menstruorũ muliebrium descriptio, 4.to.685.c.

Mensura & pondere cuncta facienda, 4.to.1071. a.b. mẽsura grãdis & minor in tuo non erit marsupio, 4.t.1071.a. mẽsura vbiq; laudabilis, 9. tom. 19.c.

Mentiri non potest veritas, 6.to.100.d. mẽtiri deum duabus de causis est impossibile, 4. to.328.f. os, quod mentitur, occidit animam, 7.to.24.f.

mentiri deo inimici sui in Ægypto, 7.to. in psal. 65. dicere, Christũ mentiri est hęresis, 9.to.epist.17. de explicatione symboli, ad Damasum. mentiri, sacrilegium est, 9.to.in regula monachorum, capit. de iuramento, &c. vide suprà, Mendacium.

Mercenarius, cùm lupum viderit, aufugit, & relinquit oues, 7.to.243.b.c. mercenarius est, qui non pro dilectione dei, & animarum salute, sed pro lucro, aut inani gloria quid facit, 4.to.in 16. cap. Esaiæ.

Meremur tot coronas, quot pro nomine Christi vulnera patimur, 7.to. 283.a.

Merces iusti est visio Christi, 8.to.206.d. merces bonorum operum, 4.tom. in cap. 2. Esaiæ, & in cap.15. Hieremiæ sub finem, & 5. tom. in cap. 5. Amos, & 6.to.122.e. hac de re plura vide, Opera bona & in verbo, Merita.

Meretricula Flaminij Romani in conuiuio hominis caput in delitas petiit, 6.to.61.b.

Meretrix, est infernus, 5.to.170.f. meretrix, quę deo fuerat copulata, tres edidit liberos, 5.to.98.f.

meretrix, quæ cum multis amatoribus fornicata est, bestiis tradita, 5.to.97.c. meretrix, quæ virgo repente effici potest, si voluerit, 7.tom.260.e.

meretricis mercedem non auferes, 4.to.485.c. meretrices sacerdotes Priapo mancipatæ, 5. to. 106.f. meretricibus etiã deus copulatus, eas mutat in virgines, 5.to. 97.c. meretrices synagôgam præcedunt in regnum dei, 6.tom.198.f. de meretricis labiis mel distillat, 4. tom. 194. e. 5. tom. 171.a.

Meridies quid in scripturis significat, 7.t.273.b.c. 9.to.502.b.

Meriti minoris sancti coronam non capient, æternæ vitæ tamen fructibus alentur, 7.tom.186.e.

merita offerentium diiudicat deus, 5.to.255.c.

per merita Patriarcharum Iudaicus illuminatur populus, 177.b. merita sanctorum, stellis comparata, 8.to.26.f. meritorum sunt certi gradus, 8. to.537.b. meritorum diuersitas, efficiet discretionem personarum post iudicium, 4.to.750.d.9.tom. 71.d. meritorum diuersitate alij resurgent in vitã æternam, alij in opprobrium sempiternũ, 4. tom. 1172.d. iusta meritorum in futuro erit retributio, 5.to. 644.d. pro meritorum diuersitate diuersæ sunt in regno cælorum mansiones, 9.to.15.c. meritorum suorum gloria sancti magni & potentes sunt apud deum, 8.to. 27.a. pro meritis mereamur adiungi sanctis dei in Hierusalem cælesti, 7. to. 351.a. meritis nullis præcedentibus infideles adducit deus ad cognoscendã veritatẽ, 7. to.174.f.

meritis crescentibus, nomina addita sunt noua, 7.to.48.f. meritis non saluati sumus à deo, 6.to. 189.b. plura hac de re, vide supra, in verbo, Gratia.

Merodach, pater Nabuchodonosor, mittit legatos ad Ezechiam, regem Israël, 4.to.286.f.

Meroën vnde dicta, 8.tom.homilia, 2. in cantic. cantic.

Mes מש vltimus filius Arã, 4.to.494.f.& Gen.10. Mœones eius nomen Hieronymus vertit, ibid.

Iosephus à Mes Mesenæos oriundos scribit: Araxémq; regionẽ eã dici. Armenię reor partẽ, per quã Araxis excurrit fluuius: quippe cũ duos eius fratres Armeniã, & Bactrianã tenuisse prodat Ioãnes Annius Viterbiẽsis, incertarũ rerũ nimiũ certus asseuerator, & Thalmudisticis interpretationibus cuiuslibet linguę vocabula ad libitũ inuertẽs, dũ suũ Berosũ, & nõ receptæ fidei auctores sequitur, falsa veris sæpe immiscet: loquens autem de Mes, quinque eius filios facit, Getum, Dacum, Bannonem, Brygũ, & Thynum.

Mesech, id est, vernaculus, 6.tom.311.b.

μεσοπορφύρα, 4.tom.35.b.

Mesopotamia omnis Assyriorum fuit, 4.tom. in cap.19. Esaiæ. à montibus Iudææ vsque ad montes Mediæ, atque Persarum Chaldæis ab illis ablata, 5. to.in cap.7. Michææ. prima ad eam euntibus mansio Emmas appellatur, in regione Reblatha, 5.tom. 259.b.

Messias, Iudæorum Antichristus, 4. tom.in cap. 16. Ezech.

Messis opera significat, 8.tom.49.c. Messis, consummatio mundi: messores, angeli, 6.tom.57.b.

Metaphora si de alia in aliam trãsferatur ad verbum, quibusdam quasi sentibus, orationis sensus, & germina suffocantur, 6.tom.402.e.

μετάφρασις, 4.tom.910.d.

μετεμψύχωσις, 6.tom.41.c.& 60.b.

μετέωρος, sublimis, 4.tom.744.d.

μεθοδεῖαι, diaboli, 6.tom.430.f.

Methodius martyr, 4.tom.1174.f.

μέθυσμα, ebrietas, 4.tom.221.c.

μέτοικος, 4.tom.599.c.

μετωνυμικῶς, cùm tamen scilicet pro nomine ponitur, vt continens pro contento, 4.tom.5.a.81.c.& 183.c.

μετόριον, 4.tom.1086.c.

μίτρα, 5. tom.217.a.

μίθρη verò, seu μίθρα, Solem significat: quo nomine illum Persæ Strabone teste appellabant, qui in antro eum colebant. Herodotus Massagetarum deum, per quem etiam iurarent, Solem fuisse prodit. Meminit huius nominis Hieronymus, 5.tom. 229.c.

Metropolis, prima vrbs, seu vrbium mater, 4.to. 815.c.

Metropolita quid propriè, 5.tom.6.b.

Metus est animi passio futurarum rerum, 5.tom. 530.d. qui metuit omnia, beatus, 4 tom.353.c.

Michael angelus, vnus ex principibus, 4.tom. 1156.f. interpretatur, quis sicut deus, 4.tom.1142.f.

vltor iniquitatum, & peccatorum Israël, 5.tom. 525.a. cur vocatur agricola, 5.tom.460.d.e. hic non fuit ausus diabolo iudicium inferre blasphemiæ, 6.tom.462.e. præerat populo Israel, 4.tom. 926.f.1156.f.& 1157.c.

Micheas propheta de Morasti, viculo iuxta Eleutheropolim, vrbem Palæstinæ: qui prophetauit in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda super Samariam, & Hierusalem, 5.tom.325.c. Micheas interpretatur humilitas, 5.tom.326.f. vel interpretatur, ὁσιωθὼν, id est, quis quasi, aut, quis velut, 5.tom.177.b.

Microcosmos, minor mundus, sic enim appellatur homo, 4.tom. in cap.1.Ezechielis.

Milites quatuor stationes habent, quando vigilant & excubant, & seruiunt, 7.tom.268.e. milites gentiles non scindunt tunicam Christi, sacerdotes verò scindunt dignitatem sacerdotij sui, 6.tom. 192. e. milites, qui, ieiuniis vacant diligit Christus, 7.tom.331.b. militi vulnera sunt ornamento, 9.tom.54.a.

Militia cæli quæ sit, 4.to.295.a. militia cælestis tota tabescet, 4.tom.263.c.

Milium rusticorum & agrestium cibus, 4. tom. 751.a.

Mille annorum regnum vnde scaturierit, 9.tom. in Catalogo illustr.viror. capite, quod incipit, Tichonius, &c.

Millenarius numerus decem continetur hecatõtadibus, 5.tom.245.a. millenarij qui sint, & eorũ opinio, 4.tom.500.e. millenarij, post resurrectionem mille annos in aurea, gemmatáque Hierusalẽ, sanctos cum Christo regnaturos in terra, ex Apocalypsis loco malè intellecto, asserebant, conuincuntur, & redarguuntur, 4.tom. 121.a.b.248.e.381. a.b.385. b.c. quínam viri sancti & martyres huius falsæ opinionis fuerint, 4.tom.465.c.f.984.f.985.a.

eam D. Hieronymus opinionem non sequitur: verùm propter tot ecclesiasticos viros, & martyres, qui eam secuti sunt, damnare non potest, 4. tom. 598.d. modestiæ causa hoc dicit, ne tot sanctos damnare videatur: alioqui nemo acrius, ac vehementius ipso (vt ex locis citatis apparet) eam opinionem insectatus est, & explosit. Dionysius Alexandrinus episcopus, vir eloquentissimus, contra Irenæum eam sectantem scripsit, 4.tom.465.c.

Mina, vel mna, quanti valeat, 4.to.1070.f.1071.a.

Siclus, viginti obolos habet: sanctuarij autem siclus tetradrachmus erat, hoc est, drachmas pendebat quattuor: drachma autem Græcè tantundem quam denarius valebat: Denarius autẽ idem prorsus erat, quòd Paulus seu Iulius, vt Romę nunc vocant. Est apud me Mosaici temporis siclus vnus, eius, quem diximus, ponderis. Didrachmus, vt refert Epiphanius, profanus alter siclus erat. Cùm ergo Mina 60. valeat siclos: ex his quantum illa penderet, noscere quis potest.

Mina domini, eius est potentia, 6.tom 174.d.

Minerua de cerebro Iouis nata, 9.tom.173.a.

mineruale munus, 6.tom.428.e.

μήνη, luna, 5.tom.238.f.

Minima terræ quatuor, & sapiẽtissima, 8.t.267.b.

Mirabilia dei narrat impossibilia, 7.tom.33.a.

Miraculorum Christi maximum, 6.tom. 97.c.

miracula fieri Christi nomine, etiam ab infidelibus, inuocato, 6.tom.295. c. miracula & signa facere, grande non est, 7.tom.244.e. miracula facere interdum non est meriti eius qui illa facit, sed vel ex inuocatione Christi id agit: vel ob condemnationem eorum qui inuocãt, & vtilitatem eorum qui vident, & audiunt: vt licet homines despiciant signa facientes, tamen deum, ad cuius inuocationẽ fiunt, honorent, 6.tom. 22.f. & hæc est causa quòd per malos interdum miracula fiant, ibid. cuiusmodi Iudas proditor fuit, qui cùm animo proditoris multa signa fecit: & filij Scævæ in Actibus Apostolorum, qui dæmonia eiicere videbantur, ibid.

Saul quoque, Bãlaam, & Caiphas prophetauerũt, nescientes quid dicerent: & Pharao, & Nabuchodonosor somniis futura cognouerunt, ibid. Galatæ post signorum gratiam à deo acceptam, à falsis doctoribus irretiti fuerunt, 6.tom.295.c. infideles etiam interdum signa fecisse apparet, quod Ioannes apud Marcum cap.9. conquestus est, quòd vidisset quendam in nomine Christi eiicientem dæmonia, qui non ambularet cum Apostolis: propterea que eum prohibuisse, ibid. propterea hæretici nõ credunt veram doctrinam suam, etiam si signa faciãt: & quamuis in die iudicij dixerint se manducasse, & bibisse in nomine domini (habent quippe & ipsi altare sacrilegũ) audient tamẽ, Non noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatẽ, ibid. miraculis terra plena, 6.t.200.d. miraculis initio fides exorta est, 4.t.in cap.65. Esaiæ. miracula martyrũ an credenda, 9.tom. epist.7. de viro perfecto circa medium. miraculum est, transire mundum sine macula, 7.to. in psal.106. Christi & Elisei miracula, 9.t.epist.7. de viro perfecto. miracula à Christo facta, & secundum historiam vera, & mysticè aliud portendunt, 5.to.282. d.e. miracula D. Hieronymi post mortem, 9. tom. 674. c. d. & seq. & 688.a.b. miracula Eusebij discipuli Hieronymi, 9.to.693.c.

Mirrha, pro sepultura ponitur, 7.to.141.c.

Misaël, vnà cum sociis, factus eunuchus, 4. tom. 287.c.

Miser est, qui nunquam in fœlicitate tentatur, 9. to.53.d. miseros nemo facere potest, 4.to.258.f.

miseri sunt, qui in infernum descendunt, 7. tom. 354. f.

Miserationes multæ sunt apud deum, & peccata nostra multa sunt, 7.to.362.f.

Miseriæ magna consolatio, quando in tormẽtis positus scit prospera secutura, 4. to. 1125.a.

Misericordia ipsum est, quod pax: veritas, ipsum quod iustitia, 7.to.254.d. misericordia duplex, & iustitia simplex, 7.to. 338.f. misericordiæ opera sex, 7.to.101.b. misericordia, quasi prototypum est nomen, 8.to.69.a.b. misericordia absque veritate efficit negligentes, 5.to.102.f. misericordiã volui, & non sacrificium, 5.tom.120.d. misericordiam terra germinauit, 4.tom. 323. c. misericordiam vesperi solis ortus accumulet, 5.tom.70.f.

misericordiæ viscera, quæ sint, 5.to.58.e. misericordia dei omnes indigẽt creaturæ, etiam omnes angelorum ordines, 7.to.323.a. misericordia dei ab illo est inseparabilis, 7.to.102.d. misericordia dei & præuenit, & subsequitur, 7.tom.75.a. misericordia dei in regendo & gubernando, 7.to.181.b.

misericordia dei vitam præstat æternã, 7.t.182.d.

misericordiæ dei à sæculo sunt, 7.to.79.a. misericordia dei de terra leuat ad cælos, 7.to.323.a.

misericordia dei est in populo gentilium, & veritas in populo Iudæorum, 7.to.254.d. misericordia domini in ponderibus est, atque mensura, 4.to. 162.d.e. Misericordiam meretur, qui paruus est, 4.tom.162.e. misericordiam dominus semper facit cum sanctis suis sine fine, 7.to.62.e.

de hac materia, vide suprà, in verbo, Gratia, Fides, Iustificatio, Iustitia, Merita, & infra Opera bona.

Missa, sacrificium est, 4.to.1185.b. vide, 2.tom. 2.& 3.& infrà, in verbo, Sacrificiũ. missarum celebrationes defunctis prosunt, 8.to.203.a.

Missa משה Hebraicum nomen est, oblationémque significat: quam vocem inuenies Deuter. x v j. Vbi enim nos habemus, oblationem spontaneam, Hebraicè legitur נדבת משה: radix autem verbi est משה. Græci λειτουργίαν appellant: & hoc nomine Iacobi Apostoli missa Græcè manuscripta penes me extat, cuius sexta meminit Synodus, vt refert Gratianus De consecratione dist. 1. cap. Iacobus frater domini: Et typis excusæ circunferuntur aliæ Clementis scilicet Papæ & martyris. Item Basilij, atque Chrysostomi. Publicũ munus, ministeriúmque per Græcã vocẽ significatur. Fit hac de re mentio à Luca Euangelista in Actis Apostolorum capite 13. vbi asserit prophetas & doctores, qui erant Antiochiæ, Missas celebrasse, & ieiunasse: illísque hæc facientibus, locutũ ad eos fuisse spiritũ sanctum, vt Saulũ & Barnabam segregarent ad opus, ad quod eos assumpserat. Vbi enim apud Latinos legitur: Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus: in Græco magis propriè scriptum est: λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, καὶ νηστευόντων. Quæ verba clarius, magísque appositè explicarentur, si diceretur. Sacrificantibus autem illis domino, & ieiunantibus. Domini autem mandatum fuit, vt Missæ celebrarentur. Hoc enim significant illa Christi ad Apostolos verba, hoc facite in meam commemorationem. Quod præcipuum, diuinúmque ecclesiæ sacrificiũ, quo verus agnus Christus quotidie deo pro peccatis nostris offertur, & illius passionis, ne dum verbo, sed re etiam ipsa, memoria peragitur: mirũ est misero hoc, & infœlici tempore, quàm dictis, scõmatibus, factísque conuellant & subsannẽt hæretici, & sub prætextu ne iterum cruce per incruentam hostiam, dum Christum offerimus, illum affligamus, tollunt à nobis sacrificium, quo nunquam terrarum caruit orbis: & vnà cum eo Christum à nobis auferentes, de ecclesia dei synagogam satanæ faciunt, & de fidelibus ethnicos & infideles reddunt. D. Hieronymus, qui (si quis alius in orbe) peritissimus erat, & vti presbyter hoc sacrificium frequentabat, quid de eo, sub alio tamen quã Missæ nomine, variis prodat in locis, propriis ipsiusmet verbis, nunc audiamus. Agnum (inquiens) anniculum, immaculatum faciet holocaustum, & non certis diebus, sed quotidie: nec qualibet hora, sed mane, mane faciet illud: per singula videlicet mane, quando orto Sole lucis exordium est. De quo mane Dauid loquitur in psalmo: Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi, & videbo. Et in alio loco Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Et iterum: Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Qui sit autem iste agnus immaculatus, siue perfectus, & anniculus, Esaias plenius docet, dicens. Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus in conspectu tondentis se sine voce, & non aperuit os suum. Et Hieremias: Ego autem sicut agnus innocens ductus ad victimam, non cognoui. Et Ioannes Baptista. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Iste est agnus, qui immolatur in Ægypto, de cuius sanguine armantur postes fidelium, & exterminator excluditur. Nec miretur lector, si idem & princeps est & sacerdos, & vitulus & aries, & agnus: cùm in scripturis sanctis pro varietate causarum legamus eum dominum, & deum, & hominem, & prophetam, & virgam, & cætera, & post pauca. Sacrificium deo legitimum, iuge, atque perpetuum, quod nulla intermittitur die, sed omni tempore orto Sole semper offertur: vt impleatur, quod in fine capituli huius ponitur. Faciet agnum in sacrificium, & oleum mane, mane holocaustum sempiternũ, 4. to.1080.c. fabricati sunt (inquit) limen suũ iuxta limen meũ, vt nihil interesset inter sacrum, & prophanum: & postes suos iuxta postes meos: vt vnus laicorum, & sacerdotum esset introitus. Vnde & Apostolus dicit. Probet autẽ se ipsum homo, & sic accedat ad corpus, & sanguinem domini. Et vt grauius faceret quod dicebat, sequentem iungit versiculum. Et murus erat inter me & eos, vt sacerdotalia sacrificia, & loca sacramentorum corporis & sanguinis Christi, breuissimus murus diuideret, 4.tom. 1046.e.f. Quod autem sequitur: Longitudo vestibuli viginti cubitorum, & latitudo vndecim cubitorũ, videtur facere quæstionem, quomodo dualis numerus, qui refertur ad duas decadas, & vndecimus, qui vnum videtur habere minus, vt sacrum numerum expleat duodecimum, in vestibulo templi esse dicatur. Quod plerique sic soluunt. Quamuis sancti sint sacerdotes, & in templi ministeriis collocati, & quotidie victimas offerant Christo: tamen quia in hoc mortali, fragilíque corpusculo, & ægrotationibus, vitiísque subiecto commorantur, vicenarium habent numerum, & vndecimum. Vnde dicebat, & Apostolus. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 4.tom.1027.a.b. Et exponens illa verba Ezechielis, quibus deus ab altari suo eos sacerdotes remouet, qui idolis immolarunt, ita contra Arianos scribit. Si autem hoc ita est: Qui in tẽpore erroris, & persecutionis idola sunt secuti, quæ de suo corde confinxerant, & non solum voce, sed & subscriptione manus asseruerũt dei filium creaturam, & seruierunt creaturæ, magis quàm creatori, qui est benedictus in sæcula: Quomodo sibi sacerdotale, & pontificale assumunt fastigium, & audent offerre victimas deo, cultores quondam idolorum? 4.tom. 1060.d.e. Audiant hoc episcopi, atque presbyteri, & omnis ordo ecclesiasticus, vt non inducant filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne: ne sint in sanctuario dei, & polluant domum eius. Si enim hoc fecerint, aptabitur illis quod sequitur. Et offertis panes meos, panes videlicet propositionis in cunctis ecclesiis, & orbe terrarum, de vno pane pullulantes: & non solùm panes, sed adipem quoque, de quo scriptum est: Ex adipe frumenti saturauit eos: & sanguinem, qui in Christi passione effusus est, 4.tom.1058.d.e.

His versiculis vtendum est, si quando ecclesia propter peccata populi, sanctorum virorum, & magistrorum, qui in lege dei doctissimi sunt, sustinent penuriam, & quando in persecutionibus nõ offertur sacrificium, & oblatio, 4.tom.1117.a. Imitantur autem & hæretici ecclesiasticam mansuetudinem: sed oblatio eorum non in dei cultum, sed in dæmonum cibum proficit: quæ est pinguissima hostia eorum, & quasi adipe saturantur, & bibunt sanguinem deceptorum vsque ad ebrietatem. Hanc autem victimam deus immolat per ecclesiasticos viros, 4.tom.1007.a.b. Quod autem in Hebraico scriptum notauimus: Arietes Nabaioth ministrabunt tibi, & offerẽt super placabili altari meo, propriè super his intelligitur, qui de gentibus electi in sacerdotium, ministri sunt saluatoris, 4.tom. 438.f. & seq. Porrò quia caro domini verus est cibus, & sanguis eius verus est potus: iuxta ἀναγωγὴν, hoc solùm habemus in præsenti sæculo bonum: si vescamur carne eius, cruoréque potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione, 5. to. 24.f. Et exponens contra hæreticos illa Osee verba: Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & dominus non suscipiet eas, ita scribit. An non contemptus dei est, quando me iubente, vt vnum in Hierusalem esset altare: per omnes montes, & colles idola fabricati sunt, quibus irritarent dominum? Altaria quoque iccirco fecerunt, non vt mihi placerẽt: sed vt multis hostiis immolatis, carnes earum comederent: iuxta illud, quod dominus loquitur in euãgelio. Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis de panibus, & saturati estis. Omne enim studium victimarum in eo habent, vt deuorent hostias, non vt per eas placeant deo: nec suscipiet eas dominus, quas non illi, sed suo ventri immolauerunt, & gutturi. Vnum autem esse altare in ecclesia, & vnam fidẽ, & vnum baptisma, Apostolus docet: Quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt, non ad placandum deum, sed in delictorum multitudine, 4.tom.133.b.c.& 134.a. Vinum autem Libani possumus appellare mixtum, & conditum thymiamate, vt odorem suauissimum habeat: vel vinum Libani, quod domino libatur in templo: De quo in Zacharia sub Libani vocabulo legimus: Aperi Libane portas tuas, 5.to.175.a.b.c.

Sacerdotes quoque qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in legem Christi: putantes ἐυχαριστίαν imprecantis facere verba, non vitam, & necessariam esse tantum solemnem orationem, & non sacerdotum merita: de quibus dicitur. Et sacerdos, in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes domino, 5.tom.489.b. Hoc dicit, vt retineret sacerdotes, ne cum peccato mortali, vt sacleberat, ad sacrificandum accederent: non quodsola verba ad conficiendum Christi corpus non sufficiant: asserit enim hoc clarè in epist.ad Heliodorum, & in altera ad Euagrium. Vide quod hac de re latius ex D. Thoma suprà in verbo Eucharistia diximus. Sacerdotes quoque, qui dant baptismum, & ad Eucharistiam domini imprecantur aduentum, faciunt oleũ chrismatis, manus imponunt, catechumenos eruditunt: leuitas, & alios constituunt sacerdotes: non tam indignentur nobis hæc exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quàm dominum deprecentur, & studioſe agant, ne de sacerdotibus, qui violant sancta domini, esse mereantur. Non enim dignitas, & nomina dignitatum, sed opus dignitatis, & principes, & iudices, & prophetas, & sacerdotes saluare consueuit. Qui episcopatum (inquit) desiderat, bonum opus desiderat. Vide quid dixerit: bonum opus desiderat, non dignitatem. Si autem despecto opere solam aspexerit dignitatem, citò corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine feriuntur, 5.tom.490.f.& 491.a. Et plantabunt quoque vineas cum Noë, & bibent vinum earum, & inebriabuntur, & audient à saluatore. Bibite amici mei, & inebriamini. Bibent autem vinum, quod se in regno patris cùm Apostolis suis nouum bibiturum esse pollicitus est. Hæc est vinea Sorek, cuius vinum quotidie in mysteriis bibimus, 5.tom.286.f.

Auferetur autem sacrificium, & libatio de domo domini, quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & principes populi, ac ministri altaris viderint campos, & plana credentium fructum non afferre virtutum, sed omnia vitiis inhorrescere (Antichristi scilicet tempore.) 5.tom.184.f.

Sanctum quidem est quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quàm ex eo quod in cõuallibus habitas, & interes mortuis operibus, polluẽris. Hæc iuxta historiam: quamquam spiritualis in ea intelligentiæ lineas duxerimus. Cæte-

rum secundum ἀναγωγὴν, Eccleſiaſticus vir, qui immolauit agnum immaculatum, & anniculum, & indutus eſt Chriſto, ſi tulerit de carnibus eius, & cætera.5.tom.514.f. exponens quoque illa verba Malachiæ:in omni loco ſacrificatur,& offertur nomini meo oblatio munda,ita ſcribit. Regula ſcripturarum eſt: vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſunt. Ergo propriè nunc ad ſacerdotes Iudæorum ſermo ſit domini: qui offerunt cæcum, & claudum,& languidũ ad immolandum, vt ſciant carnalibus victimis ſpirituales victimas ſucceſſuras,& nequaquam taurorum,hircorúmque ſanguinem, ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorum orationes domino offerendas,& non in vna orbis prouincia Iudæa, nec in vna Iudææ vrbe Hieruſalem, ſed in omni loco offerri oblationem:nequaquam immũdam,vt à populo Iſraël,ſed mundam,vt in ceremoniis Chriſtianorum,5.tom.in Zachar. Offertis(inquit)ſuper altare meum panem pollutum. Polluimus panem,id eſt,corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mũdum ſanguinem bibimus,& dicimus,mẽſa domini deſpecta eſt, ibidem. Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem,qui confortat cor hominis, & ad verũ Paſchæ tranſgreditur ſacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi dei ſacerdos,panem,& vinum offerens fecerat,ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret, 6.to.129.f.& 130.b. Hoc aduerſum hæreticos:qui probationẽ fidei ſuæ ex eo,ſi ſignũ aliquod fecerint,arbitrantur.Qui cũ manducauerint,& biberint in nomine domini(habent quippe & ipſi altare ſed ſacrilegũ) & ſigna multa inuocato Saluatore feciſſe ſe iactent, in die iudicij merebũtur audire:Non noui vos. Diſcedite à me,qui operamini iniquitatem,6.tom.295.c. Hęreticos multo peiores noſtra vidit ætas: nõ ſolũ enim ſacrificũ abrogarũt,ſed & omnia deſtruxerũt altaria: altaris loco diabolicam menſam,quam mẽtito nomine, dominicam appellant,ſubſtituentes. Recurre ad Geneſim,& Melchiſedech regem Salẽ, huius principem inuenies ciuitatis:qui iam tũc in typo Chriſti,panẽ, & vinũ obtulit,& myſteriũ Chriſtianũ in Saluatoris ſanguine & corpore dedicauit, 1.to. ad Marcellam epiſt.xvij. Sic & Melchiſedech, eo quod Chananæus fuerit,& non de genere Iudæorum,in typum præceſſiſſe ſacerdotis filij dei, de quo dicitur in cẽteſimonono pſalmo. Tu es ſacerdos in æternũ, ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretãtur: quòd ſol' & rex fuerit, & ſacerdos,& ante circumciſionem functus ſacerdotio:vt non gentes ex Iudæis, ſed Iudæi à gentibus ſacerdotium acceperint: neque vnctus oleo ſacerdotij, vt Moyſi præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis,& fidei puritate: neque cærnis, & ſanguinis victimas immolauerit, & brutorum animaliũ ſanguinem dextera ſuſceperit:ſed pane,& vino, ſimplici, puróque ſacrificio, Chriſti dedicauerit ſacramentum,3.to. ad Euagriũ epiſt.cxxvj. Rurſum Ioquens de Melchiſedech,ita ſcribit. Ex quo colligi vult(ſcilicet Apoſtolus) ſacerdotiũ eccleſiæ habẽtis præputiũ, benedixiſſe circumciſo ſacerdotio ſynagogæ.Quod autem ait:Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech, myſterium noſtrũ in verbo ordinis ſignificatur: nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis immolãdis, ſed oblato pane,& vino,id eſt,corpore,& ſanguine domini Ieſu,3.tom.in quæſtionibus ſuper Geneſim. Item ſcribens contra Vigilantiũ,qui reliquias martyrum contemnebat, ita ait. Illud fiebat idolis, & iccirco deteſtandũ eſt. Hoc fit martyribus,& iccirco recipiendum eſt.Nam & abſque martyrũ reliquiis per totas Orientis eccleſias quando legendũ eſt euangeliũ, accenduntur luminaria, iam Sole rutilante: non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandũ: vnde & virgines illæ euangelicæ ſemper habent accenſas lampades ſuas, & adApoſtolos dicitur.Sint lumbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et de Ioanne Baptiſta:ille erat lucerna ardẽs,& lucẽs, vt ſub typo luminis corporalis, illa lux oſtẽdatur,de qua ī pſalterio legim⁹:Lucerna pedib⁹ meis verbũ tuũ domine,& lumẽ ſemitis meis.Male facit ergo Romanus Epiſcopus,qui ſupra mortuorũ hominum Petri & Pauli,ſecundũ nos oſſa venerãda,ſecundũ te vilem puluiſculũ,offert domino ſacrificia?&tumulos corũ Chriſti arbitratur altaria?Et nõ ſolũ vnius vrbis, ſed totius orbis errant Epiſcopi, qui cauponẽ Vigilantiũ contemnẽtes,ingrediuntur baſilicas mortuorũ,in quibus puluis viliſſimus, & fauilla neſcio quæ,iacet linteamine conuoluta: vt polluta omnia polluat, & quaſi ſepulcra Phariſaica foris dealbata ſint,cùm intus immũdo cinere,iuxta te,immũda omnia oleãt,atque ſordeãt? Abſit vt de his quidquã ſiniſtrũ loquar:qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiũt,per quos & nos Chriſtiani ſumus.Qui claues regni cælorũ habẽtes, quodam modo ante iudicij diem iudicant, 1. tom. epiſt.1.ad Heliodorum. Scribẽs quoque epitaphiũ Nepotiani presbyteri:qui ei caſulã,planetãm nunc dictã,cuius vſus nũc eſt in ſacrificio Miſſæ, moriẽs reliquit,ita ait. Quis crederet in tali illũ tẽpore noſtræ neceſſitudinis recordari? & luctãte anima ſtudiorũ ſcire dulcedinẽ? Apprehẽſa auunculi manu, hanc(inquit)tunicã, qua vtebar in miniſterio Chriſti, mitte dilectiſſimo mihi,ætate patri, fratri collegio:& quidquid à te nepoti debebatur affectus, in illum transfer,quem mecum pariter diligebas. Atque in talia verba defecit,auunculi manum mei recordatione contrectans,1.to.epiſt.3. In libro cõtra Luciferianos multis in locis, Miſſam ſacrificiũ eſſe,ita clarè,dilucidéque inuenies, vt nullus tergiuerſationi relinquatur locus:vnũ tantùm ſupereſt, quod addã teſtimonium: illud autem eſt Epiphanij Salaminæ Cypri Epiſcopi, qui cùm monaſterium quoddã in Eleutheropoli haberet, nec perſuadere poſſet Hieronymum,& Vincentiũ illius ſocium,vt animarum ſuſcepta cura, Miſſas ibi celebrare vellent:quod in agris, & ſolitudinibus ad agendam adoleſcentiæ peccatorum pœnitentiam dicerent ſe vocatos,Paulinianum D.Hieronymi germanũ fratrẽ,qui etiã ipſe, ne ad hoc ordinaretur, fugiebat, improuidè cõprehenſum,tento ore, ne reclamaret, diaconũ primũ, mox presbyterũ ordinauit: ſcribit autẽ ita. Cũ autẽ vidiſſẽ,quia multitudo ſanctorũ fratrũ in monaſterio cõſiſteret,& ſancti presbyteri Hieronymus,& Vincẽtius propter verecũdiã & humilitatem nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia,& laborare ī hac parte miniſterij,quæ Chriſtianorũ præcipua ſalus eſt: inuenire autem,& cõprehendere ſeruum dei non poſſes, eo quòd graue onus ſacerdotij nollet ſuſcipere, ſæpe fugiebat, & cætera,2.tom.epiſt.60.

Miſſio creaturarum ſpiritualium qualis,6.to.lib. 1. Didymi de ſpiritu ſancto,ſub finem. miſſionũ, & miſſorum, ſeu apoſtolorum quatuor genera, 271.b.

μισθωτὸς,4.tom.221.c.

Mites deus in iudicio dirigit,7.tom.79.b. mites,beati,quoniam ipſi poſſidebunt terram, 5.tom. 286.f.

μύτρα,vulua,5.tom.217.a.

Mitra,capitis inſigne, 5.tom.in cap.3. Zachariæ. mitræ mulierũ quid moraliter ſignificãt,4.t.34.d

Mna, vide ſuprà, Mina.

μνήμη κυρίᾳ, id eſt, memoria domini, 5.tom. 177. 178.b.c.

μνήμων, id eſt,recordans, Artaxerxis cognomentum, 4.tom.1136.d.

μνεῦις Ægyptiorum deus, 5.tom. 107.c.108.d. & 134. f.

Bos Oſiridi ſacer, quem in Heliopoli ſacerdotes alebant,ſic appellatur. Hunc & Apim boum nomine Ægyptij colebant. De Api, quomodo aleretur, ac immolaretur, latè hiſtoriam proſequitur Plinius lib.octauo cap. 46.

Moab de inceſtu & ebrietate conceptus, 4.tom. 156.d. nempe de Lot ſemine procreatus, 5. tom. 217.c.218.d. ex eius filia, 5.tom. 409. a. ex immunda commixtione natus in ſpelunca perioſa, 7.tom. 324.e. Moab & Ammon de ſtirpe Lot nati ſunt,4.to.564.d.e. Moab ſuperbus, 4.to.106.e. inimicus domini,de cuius genere vſque ad quartam ac decimam generationem, & vſque in ſæculũ non intrabit in eccleſiam domini, 7. tom. 314.e.

Moab, lebes ſpei domini eſt, 7.tom.324.e. interpretatur,de patre,ſiue aqua paterna, 4.to. 156.d. 5.tom. 369.a. 7.tom. 324.e. confundetur in Chamos,4.tom.203.c. conteretur, vt ſolent plaſtro palæ conteri, 4. tom.203.b.

Moab vrbs, quæ nunc, Areopolis appellatur, 5. tom. 480.f. eius ciuitatis muros motu terræ corruiſſe, 4.tom.106.f. metropolis Moabitarum, à qua tota eſt appellata prouincia, 5.to.218.d. prouincia eſt Arabum, quæ hodie Areopolis nuncupatur, 4.tom.106.c.

Moabitæ hodie circunciduntur, 4. tom. 552.f.

Moabitę nõ intrabunt in eccleſiã dei, 4.to.111.a.

Modeſtia quid ſit, 8.tom.238.e. modeſtia & cõtinentia quid inter ſe diſcrepant,6.tom.344. f.

Modicum ibi, modicũ ibi, 4.to.224.d.e.& 225.c.

Modin quis mons, 4.tom.1167.a. vnde fuerunt Machabæi, 4.tom. 239.c.1168.e.

Modius tegens,auditus eſt inobedientium, 6.to. 161.a.

Modus in omni re optimus,& laudabilis,9.tom. 19.c.d. Modum excedere etiam in bonis rebus, vitium eſt, 9. tom.21.b.

Mœchari quid ſit, 8.tom.401.c. mœchari in ligno & lapide,5.tom.105.c.

Mœchum & maritum palliũ breue cooperire nõ præualet,4.tom.227.b.

Mœnia in vrbibus pro ornamento ſunt, & munitiones in defenſionem,4.tom.690.c.

Mœotis palus,4.tom.in cap.38.Ezech.

Mola pro libidine,4.tom.333.b. vox molæ, quã deus ſe perditurum in Hieremia minatur, eſt vox doctorum, qui frumẽtum verbi dei conterunt, & populis in ſpiritualem cibum præbẽt, 4.tom.625.c. duæ in euangelio molentes in mola, ſynagoga, & eccleſia, quæ de eiſdem ſcripturis præceptorum dei farinam molunt,6.tom.119.c.120.d. duæ molentes in euangelio in mola etiam ſignificare poſſunt hæreſes, quæ de vtroque teſtamento molere videntur farinam doctrinarum ſuarum, 6.tom.119. c.120.d. molę leonum,quas confringet dominus, & molares dentes,gentis contra Hieruſalem aſcendentis, quaſi molares catuli leonis: Antichriſti, vel cuiuſque peruerſi dogmatis molares ſunt: qui intrinſecus latent, & non videntur, ne facilè vitentur, 5. tom.182.e.f. maiorum criminum apud Iudæos pœna erat, aſinaria mola ad collum ſuſpenſa in profundum maris demergi, 6.tom.81.c.

Moloch,Ammonitarum idolum,quod interpretatur, rex,4.tom.408.e.672.d.& 5.tom.131.c.

Monacharum regula,9.tom.603.a.b.& ſeq.

Monachus quomodo interpretatur, 9.to.530.c. monachi etymon, 9.tom.649.c. monachus in ſolitudine degere debet,9.tom.530.b. monachus, qui non vigilat,hunc verſum dicere nequit, anticipauerunt vigilias oculi mei, 7.tom.219.c.220.d. monachi ſunt, qui ad faciem miniſtrant domino ſuo,7.tom.387.c. monachi,ſunt martyres,7.tom. 350.f. monachi hoc faciunt in terris, quod angeli faciũt in cælis, 7.to.350.f. monachi officiũ, 9.to. 546.c. monachi in Bethlehem tempore D. Hieronymi,7.tom.13.b. monachi quibus horis orare debent, 7.tom.434.e. monachi mores quales eſſe debeant.9.tom.532.b.& ſeq. Monachi debeántne laborare manibus, 9.tom.550.a. monachi prima virtus eſt contemnere hominum iudicia, 9. tom. 554.d. monacho malo nulla beſtia ferocior, 9.to. 655.b. monacho nihil tã nociuum, quàm vicos & ciuitates circumire, 9.tom.712.c. monachum nihil deſtruit,niſi peccatum, 7.tom. 276. d. monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe, 9.to. 530.d. monachorũ eſt, maximè in noctibus peccata ſua confiteri,7.tom.275.c. monachorum rectores quales eſſe debeant,9.tom.528.b.& ſequent. monachorum in Ægypto genera tria, 9.to.517.b. monachos dominus in domo inhabitare facit, id eſt, in quibus non habitat peccatum, 7.to. 193.b. monachorum regulam lege, 9.tom. Monarchiæ quatuor, 4.tom.1111.b.

Monaſteria Aegyptiorum nullum ſuſcipiũt abſque labore & opere, 9.tom.550.b. monaſterium monialium propter vitium ſimoniæ dirutum,9.to. 703.d. monaſteriorum clauſura qualis eſſe debeat,9.tom.624.b.

Moniales conſortiũ marium fugere debẽt, 9.to. 622. a. moniales quomodo ſe gerere debeant loquẽdo cum viris,9.to.619.a.b. moniales quomodo veſtiri debeant, 9.tom.626.a.627.a. monialiũ reuerẽtia & ſubiectio erga Abbatiſſam, 9.to.610.b. monialium opus, 9.tom.613.c. monialibus fas non eſt extra monaſterij limites pertranſire,9.tom. 623.a. moniales ſimoniã vitare debent, 9.t.607.d. propter ſimoniæ vitiũ extinctæ, 9.t.703.d. neque tangere nec retinere apud ſe pecuniam debẽt, 9.tom.606.a.

Monilia mulierum, quę vno ſermone omnia earum ornamenta ſignificant, 4.tom.34.d.

Monoceros



Monoceros & Rhinoceros idem, & quid myſticè ſignificet, 8.tom.140.e.

Monogamia, & eius laudes,1.tom.epiſt.11.

Mons ſanctus, quid ſit, 4.tom. 400. d. mons ſanctus, id eſt, vnigenitus dei filius, 7. tom. 21.c.

Mons ſpiritualiter, ſolus Chriſtus, 6. tomo. 157.b.

Mons magnus, qui terram vniuerſam impleuit, 4. tom. 1112.d. mons, qui iuſtitiæ, & ſanctitatis mereatur ſignificationem accipere, nullus eſt, niſi ſaluator noſter,4.tom.659.b. mons,pro alta iuſtitia,7.tom.75.c. mons montium, 6. tom. 157.b.

mons,pro vita æterna, 7.tom.45.c. mons carnis,7.tom.55.a. mons Oliueti cur inclytus appellatur, 4.tom.1169.e. mons, id eſt, Chriſtus, 7.to. 377.a. mons, id eſt, eccleſia, vel ipſe Chriſtus, 7.tom.20.e. mons, id eſt, diabolus, & homo ſuperbus, 8.tom.37.b. mons, qui diabolum,& Antichriſtum ſignificat, 5.tom.541.a. montis tranſlatio quid myſticè, 6. tomo.79.a. mons dei,ſapiẽtia,7.to.115.a. ſanctificatio,ibid. mons domini, 4.tom.15.c. mons domini præparatus in vertice montium, 5.tom.558.f. mons domini, mons ſanctificatus, 5.tom.558.e. mons domus domini præparatus in vertice montium, 7.to.20.e. mons domini in nouiſſimo dierum oſtenſus eſt, 5. tom. 351. b. mons domini excelſus eſt nimis ad montium cæturorum comparationem, 4. tom. 1011.a.

montes dei duo, & qui, 5.tom.606.d. montes dei,& montes ſæculi,quid diſcrepant, 5.tom.447. a.b. montes dei, id eſt, ſancti maioris meriti, 7. 115.a. montes ſancti qui ſint, 7.to.256.f.& 416.a.

Montes, id eſt, ſancti prædicatores, 7. tomo. 342.f.

Montes,pro magiſtris, & ſcripturarum notitiam habentibus, 764.e. montes, id eſt, angeli, & ſanctorum animæ, 4. tom. 396. d. 8.tom.26.c.

montes, id eſt, viri virtutibus excelſi, 4. tom. 246. f.

montes ænei, 5.tom.189.e. montes æterni, 4. tom.368.f. 5.tom.311.c.& 342.d. per montes, auctores ſanctarum ſcripturarum intelliguntur, 9.to. 491. d. montes magnos ſemper percutiunt fulgura, 6.tom. 173. a. montes pepererunt, 5. tom. 452.d. in montes nemo tranſmigrat, niſi qui paſſer eſt,7.tom.249. a. montes Iudææ turbati ſunt, quid ſit, 4.tom.48.e.f.49.a. per montes Iſrael auctores ſanctarum ſcripturarum intelliguntur, 9. tom. 495. c. montes tenebroſi ſignificant ſuperbos, 4.tom. 97. c. montes, qui regnant, 7.tom. 407.b. montes commouebuntur, 5. tom. 389.b.

per montes ſuperbi quique doctores intelliguntur, 8.tom.140. d. montes fumigant, quid ſit, 7.tom.307.a. montes exultabunt à conſpectu domini, id eſt, apoſtoli, 7.tom. 293.c. montes humiliabuntur, 5.tom. 148. f. montes exilient atque cantabunt, 4. tomo. 396.e. montes ſuperbi, 7. tom. 55. b. montes hæreſeon principes, & colles eorum ſucceſſores ſignificare, 4.tom. 959.b.

montes omnes quõdam pleni cultu dæmonum, 4. tom. 407. a. montes inſtar ceræ conſumentur & liquefient, 4. tom. 461.a. 7. tom. 290. c.

montes ſæculi ſunt tenebroſi, 5.tom.447.a.b.

montes non mutantur in valles, nec valles in montes: ſeruant enim naturam ſuam, 7.tomo. 425. b. montes per anagogen expoſiti, 5. tomo. 367.b. & 415. a. montes quid tropologicè ſignificant, 4. 758.f. montes moraliter interpretati, 5. tom. 389.b.

Montium fundamenta, quæ ſe eleuant contra ſcientiam dei,flamma comburentur,4. tom.472.d. & 7.tom.55.b. montium eſt, videre deum,5.tom. 452.d.

Montani hæretici arrogans præſumptio,7.tom. 323.b. Montani deliramenta, 4.tom. 4.

Montanus Cataphrygum hæreticorum auctor, 1.tomo. Sacerdotes & prophetæ hereticorum exciderunt mente propter ſiceram, & abſorpti ſunt propter vinum: quales fuerunt Priſca & Maximilla, earúmque princeps Montanus: qui quid dicerent neſciebant, 4. tom. 222. f. in quem hæreticum ſenſum Tertullianus eum ſecutus de monogamia ſcripſit, 6. tom. 444. f. ex illis Chriſti verbis, cùm auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt, Montanus, Priſca, & Maximilla, etiam poſt Pentecoſten faciunt quadrageſimam, 6. tom. 29.c.

Phryx natione Montanus fuit, ab eóque Cataphrygarum hæreſis emerſit: vnam tantùm in trinitate ponebat perſonam, ſicut & Sabellius: pœnitentes non recipiebat: tres quadrageſimas ex præſcripto obſeruabat: epiſcopos non primo, hoc eſt, Apoſtolorum, ſed tertio ponebat loco, & (quod omnes ſuperabat impietates) ſpiritum ſanctum in ſe, ſuáſque ſeminas deſcendiſſe blaſphemabat: per quem & mundus ſaluaretur, qui nec per Moyſem, nec per Chriſtum ſaluari potuerit: Tertullianum & Proculum ſectatores habuit.

Moralis ſcientiæ definitio, 8.tom.290.c.

moralis philoſophiæ, & continentiæ ſectatores Pythagoras, Zeno, Stoici, Brachmanes, & Gymnoſophiſtæ, 4. tom. 804.d. multa præclara philoſophi de moribus ſcripſerunt, 4.tomo. 917. b. & ob vitæ continentiam, morúmque honeſtatem miraculum ſui præbuerunt, 4. tom. 804.d.

potiùs tamen laudarunt virtutes, & ſanctos mores, quàm eos ſecuti ſunt, 4. tom. 623. a. b. Salomon in prouerbiis hominem quaſi paruulum de moribus, & officiis docet: in Eccleſiaſte quaſi maturum ad contemptum mundi hortatur: in cantico canticorum tanquam perfectum ſponſi iungit amplexibus, 5. tom. 5. b. in Eſaia,phyſica, ethica, & logica continentur, prooemio in Eſaiam, 4. tom. A moribus inchoandum, vt inde ad ſpiritualia tranſcendatur, 4. tom. 679. b. moralis eruditio, & ſcientia viuendi aptat honeſtatem, 8. tom. in cap. 2. ad Galatas. Mores bonos corrumpunt mala colloquia, 8.tom. 509.c.

Moraſthi,viculus grandis in Paleſtina,qui interpretatur, hæres, 5.tom. 326.f.

Morbi pleriſque propter peccata contingunt, 6.tom.28.e.

Moria interpretatur, viſio: mons eſt, in qua Abraham filium ſuum Iſaac obtuliſſe narratur, 4. to. 632.e. 6.tom.37.a.

Mons vbi templum Hieroſolymitanum extructum erat,4.tom.632.e. ad eius radices in valle, Siloa fons fluit:in qua valle idõlo Baal filios Iudæi litabant, & amburebant: quòd filij Hennon vallis illa eſſet, Gehenna eſt appellata, 6. tom. 36.f.

inter Moriam templi montem,& montem Sion, vbi arx Hieruſalem erat, vallis iacet, 5. tom. 606.d.

Hic eſt mons ille, in quo Abraham filium ſuum Iſaac immolare voluit:in quo poſtea templum extructum eſt, in area Ornæ Iebuſæi,qui Iebus, Hieruſalem poſtea dictam incolebat: quòd templum, vt in ſecundo Paralipomenon ſcribitur, cœptum eſt ædificari in monte Moria, altera die ſecundi menſis. Gen. autem 22. vbi nos legimus, Vade in terram viſionis, Hebraicè legitur, Vade in terram מוריה Moria: vnde monti nomen fuit. Quam tamen vocem Aquila tranſtulit τὴν κατοπτείαν, hoc eſt, lucidam: Symmachus, τῆς ὁπτασίας, id eſt,viſionis. Hieronymus in quæſtionibus ſuper Geneſim.

Morini populi qui,& quales,4.tom.498.e.

Populi ſunt, qui vltra alias oras Calicium põtum, Iccium à Cæſare dictum, incolunt: vndeī in Angliam, ad Doueram breuiſſimus eſt traiectus: Has Orientalis, & Occidentalis Oceani anguſtias, faucéſque, quater eundo & redeundo in Angliam, cùm ad Catholicam fidem, & Romanæ eccleſiæ vnionem inſula illa, Iulij tertij Pontificis Maximi tempore reuerſa eſt,ego traieci,& ſchiſmatis abiurationi interfui, ſediſque Apoſtolicæ diplomata, legatíque facultates in parlamento (ſic enim regni illius vniuerſale vocant comitium)perlegi. Morinos extremos hominum vocat Virgilius: quòd orbis noſtri ea in parte fines,Oceanum tranſgredi, olim minimè crederetur: in quam ſentẽtiam dictum eſt ab eodem, Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Cadurci(inquit Plinius) Caleti,Ruteni,Bituriges, vltimque hominum exiſtimati Morini, immo verò Galliæ vniuerſæ, vela texunt. Et loquens de Britãnia. Hæc abeſt(ait)à Geſoriaco Morinorum gentis littore,proximo traiecto,quinquaginta millia minimum. Sic enim in Plinio legendum eſt, non quinquaginta millia millium: Siquidem breuior in Angliam traiectus,eo qui eſt à Caleto ad Doueram, non inuenitur: is autem noſtrum milliarium, xxx. antiquorum quinquaginta ſpatium reddit. Lata autẽm erat Morinorum olim ditio, Terouanámque Priſci nominis ſeruare adhuc putant veſtigia. Lineis autem texendis pannis, tenuitate miris, palmam gentibus omnibus Flandria præripuit. Quæ enim Bruxellis, Lillæ, & Teneræ mundæ fiunt, omnem celebratiſſimæ Arachnes vincunt induſtriam, Pallásque ipſa de palma contendere non auderet: à qua Arachnem ipſam ſuperatam, verſámque in araneam veteres fabulati ſunt. Portum autem Geſoriacum Morinorum Plinij, & Cæſaris Iccium, eundem eſſe, qui nunc Caleti dicitur, pro compertiſſimo exiſtimo.

Moriones qui dicantur,9.to.470.d.

μορφώματα,figuræ,& ſimulacra,5.tom.101.a.

Mors eſt,qua anima ſeparatur à corpore, 5. tom. 171.a. quæ fratres, & omne charitatis & propinquitatis diuidit nomen, ibidem. differt autem ab inferno,ibidem. mors eſt duplex, 9.tom.36.b.

mors vera eſt eorum,qui cum operibus mortuis ad inferos perrexerunt: vmbra autem mortis eſt eorum, qui cùm peccent, necdum de vita iſta egreſſi ſunt, 4. tom. 72.f. mortis regio, peccatorum regio dicitur, 4. tom. 664. e. fato ſingulis præſtitutam eſſe mortem, falſum: dei enim voluntate ex ignotis cauſis,modò acceleratur, modò (vt euenit in Ezechia) differtur,4. tom. 280.e.f.

mors intrabit per feneſtras noſtras, 5.tom.191.b.

mors, omnium tormentorum finis, 8.tom.46.e.

mors vitiorum eſt in anima, 8. tom. 54. d.

mors obrepit ſenectuti, 7.tom.406. f.407.a.

mors ab initio ſæculi noſtram perſequitur vitam,7.tom.158.e. vt mors in Adam data eſt, ita omnibus eius filiis dominatur, 7. tom. 159.b.

mors infixa primo ligno,6.tom.195.a. mors in ſæculorum fine deſtruetur,7.tom.159.b. mors & infernus quomodo differũt,5.t.171.a. mors inimica quando deſtruetur, erit vera redemptio, & vera libertas,7.tom.161.b.c. mors occidit mortem, 7. tom.187.c.188.d. mors & vita in manibus linguæ,7.tom.400.d. mors ſanctis eſt vmbra,& nõ veritas mortis, 7. tom.139. a. mors ſanctorum, ſomnus appellatur, 6.tom. 121.c. mors ſanctorum pretioſa, 5.tom. 370.d. mors peccatorum peſſima,7.tom.108.e. mors depaſcet infideles, 7.tom.150.f. mors in infernalibus anguſtiis ſolæ dominatur,7. tom.261.b. mors non ſaturatur occiſis & mortuis, 5.tom. 430.d. mors regnauit ab Adam vſque ad Moyſen, 4.tom.369.b. mors & infernus deum non laudabunt, 4.tom.284.e.

mors miſſa in iniquos, vt iuſtitiæ viuant, 5. tom. 455.b. mors & vita eſt in manibus linguæ, 9.to. 18.d. mors aſcendit per feneſtras noſtras, 4.tom. 552.d.& 5.tom. 410.f. mors, viro requies, cui clauſit deus viam ſuam, 4.tom.602.e. mors nouiſſima deſtruetur, 4.to.153.a. mors abſorpta eſt, 4.tom. 203. a. mors mortis, 4. tom. 146. f.

mors ſine morte, 7.tom. 42.e. mortis & vitæ duplices portæ,5.tom.249.c. mortis dies melior die natiuitatis,5.tom.40.f. mortis ſtimulus, peccatum, 4.tom.147.b. mortis portæ, 7.tom. 35.a.

mortis vmbra,quid,4.tom.72.f. mortis via lata, 5.tom.252.f. mortem dominus non fecit, ſed peccatum, 4. tom. 660.f. in mortem neminem ire, niſi per Adam, 9. tom. 472.b. mortem deſtruxit Chriſtus deus, 8.tom.33.b. mortem deus non fecit,5.tom. 364.f. mortem accipere, noſtrum non eſt,5.tom.310.c. mortem timere, humanæ fragilitatis eſt,4.tom.1176. e. morte omnia finiuntur, 5.tom.51.b. mors viro requies, 6. tom.427.c.9.tom.51.c. mors Hieronymi reuelata Cyrillo Epiſcopo,9.to.673.b.

Mori communi lege naturæ aliud, & aliud dei occidiſſe ſententia,4.tom.581.c. mori legi, eſt legis ceremoniis relictis, Chriſto adhærere: mori per legem, eſt per ſpiritum legis,litteræ legis perire,6. to.291.a. moriturum qui ſe cogitat,non facilè in peccata labitur,9.to.651.b.c.

Morticinum quid propriè, 4.tom.751.c.

Mortuus eſt,quicumque non credit,6.tom. 26.e.

mortui an lugendi,4.tom.581.c. mortui vocabuntur omnes in nouiſſimo ſæculorum in archangeli voce: atque in tuba dei de tumulis excitabuntur, 8.tom. 37.a. mortui Chriſtiani non ſunt lugendi, 9. tom. 557.b.

mortui resurgent, & resuscitabuntur, 5. tom. 120. d. mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltrà mercedem, 5. tom. 56. e. mortui non lugendi, 9. tom. 585. d. & sequent. mortui vitam non videbunt, 4. tom. 209. a. mortui viuentibus feliciores, 5. tom. 28. f. mortui vitam non videbunt, 4. tom. 212. d. mortui iudor, delitiæ sunt viuentis, 5. tom. 20. d. mortui mortuos sepeliunt, cùm peccatores defunctis vitam, iusta persoluunt, 5. tom. 263. b. c. mortuos Iudaicæ mulieres nudatis pectoribus lugent, lacertos manibus verberantes, modulata in planctum voce, mox cibos afferunt, & parentalia parant, 4. tom. 581. a.

mortui peccato, alios non viuificabunt, 4. tom. 209. c.

Mortuorum corpora viuificabit dominus, 4. to. 111. c. mortuorum resurrectio iuxta Ezechielis prophetiam, 4. tom. 991. a. b. mortuos tres suscitauit Christus, 6. tom. 190. f. 191. a. mortuus vitiis & peccatis, 6. tom. 11. a.

μόσοχ, 4. tom. 494. c.

Mosoch interpretatur, extensio, 4. tom. 496. c.

Mosoch interpretatur insania, 4. tomo. 965. b.

Mosoch, sunt Cappadoces, 4. tom. 917. b. & Mæones.

Iapher filius fuit Mosoch: ab eóque Cappadoces oriúdos Iosephus autumat: Hieronymus Mæones inde prodiisse magis vult, sunt autem Mæones Asiæ minoris populi, Lydi ab aliis appellati: quippe cùm Lydia (Plinio auctore) Mæonia olim nuncuparetur. Alibi tamen Hieronymus, in Iosephi descendens sententiam, Cappadoces Mosoch interpretatur, aut etiam Italos, 4. tomo. 917. b.

μότος, 5. tom. 118. d.

μοτόω, ibidem 20.

Motus animorum, est inchoatio cogitationis, 8. tom. 41. a.

Moyses tenuis, & gracilis vocis fuisse dicitur, 4. tom. 504. e. mansuetus plus quàm omnes homines super terram, 6. tom. 344. e. Moyses omni sapientia atque doctrina Aegyptiorum eruditus, 6. tom. 336. d. Moyses cur Aegyptiorum omnem sapientiam didicerat, 4. tom. 1105. c. Moyses Aethiopissam de gentibus duxit vxorem, 5. tom. 465. a.

solutis vinculis pedum, transiuit videre rubum, 7. tom. 119. c. accepit signa de terra, & de cælo, 4. tom. 60. e. in decem signis, id est, plagis, populum ex Aegypto liberauit, 7. tom. 230. e. cum virga, & serpente in ligno suspenso, Christi in cruce typus, 6. tom. 194. d. Moyses misit exploratores in mundum, 7. tom. 335. c. lege naturali iustificatus, 6. tom. 293. c. vt audiret vocem dei, tenebras, & caliginem intrauit, 4. tom. 137. b. c.

videbat vocem dei, 4. tom. 515. b. erat sanctus Israel, qui deum mente videbat, & oculis, 7. tom. 230. d. Moyses solus propè accedebat ad audiendum deum, 5. tom. 33. b. orabat deum in spiritu & veritate, & accedebat ad eum sensu & spiritu, 4. tom. 234. f. amicus dei, cui facie ad faciè deus locutus est, 6. tom. 443. a. loquebatur deo, quasi amicus ad amicum, 5. tom. 377. a. nesciebat, quia cornuta erat species vultus eius, 5. to. 265. c. manus in altum tollens, crucis sacramenta mõstrabat, 5. tom. 163. b. c. vexillo crucis superauit Amalech, 5. tom. 291. b. Moyses iejunans, familiaritate dei satiatus est, 4. tom. 417. a. de ciuitate munita exire non potuit, quid sit, 7. tom. 325. a. b. Moysi vultus glorificus, vt intelligi debet, 5. tom. 7. b.

Moyses typum Christi gerebat, 8. tom. 488. c.

de maledicto legis per Christum redemptus est, 6. tom. 301. a. deum offendit ad aquas contradictionis, 6. tom. 199. a in percussione stetit contra dominum, vt auerteret iram furoris eius, 4. to. 639. a. licet non est ingressus in terram repromissionis, non tamen periit, nec supplicijs æternis plectitur, 4. tom. 865. c. Moyses & Aaron propter aquas contradictionis condemnati sunt, ne terram repromissionis intrarent, 5. tom. 589. a. Moyses, Aaron, & Maria, tres pastores, vno mense concisi, 5. tom. 589. a.

Moyses, domini famulus, mortuus est in terra Moab per verbum domini, 6. tom. 439. b. Moyses in deserto mortuus, & nõ introiuit in terram promissionis, 7. tom. 222. f. Moyses mortuus & sepultus in terra Moab, in terra Arabiæ, 7. tomo. 258. d. Moysi sepulturæ locus, quia in cælum ascenderat, in terra non potuit inueniri, 5. tom. 281. c.

Moyses potuit successores sui principatus, suos filios facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, vt seiremus principatum in populos, non sanguini deferendum esse, sed vitæ, 6. tom. 443. a.

Moyses quot annos vixerit, 8. tom. 319. a.

Moysi quinque tantùm libros à Septuaginta interpretibus translatos fuisse, 4. tom. 756. f. 757. a.

Moyses & Helias in trãsfiguratione Christi quid significant, 4. tom. 1053. a.

μοχθηρός, 5. tom. 543. a.

Mulier, vas infirmum, 5. tom. 377. b. c. mulier, gloria est viri, 4. tomo. 1062. e. mulier, caput omnium malorum, quia per illam mors in orbem terrarum introiuit, 5. tom. 47. b. mulier ex viro, vir per mulierem, 6. tom. 461. a. mulier propter virum creata, non contrà, 5. tomo. 377. c.

mulier ad casum facilis, 5. tom. 48. e. mulier amarior morte: laqueus venatorum, & cor eius sagena, & vincula sunt eius manus, 5. tom. 47. b.

mulier facit adolescentium euolare corda, 5. to. 47. c. mulier pretiosas animas virorum capit, 5. tom. 47. b. mulier lasciua venerias adorat voluptates, 5. tom. 219. c. mulier, quæ proprium deuorauit filium, famis tempore, 4. tomo. 755. c.

mulier, pro omni peccato sumpta, 5. tom. 47. c. mulier bona vix inueniri potest, 5. tom. 48. d. e.

mulier sterilis non derelinquens semen ex septem fratribus, quid mystice, 6. tom. 182. d. mulier in medio amphoræ sedens, 5. tom. 545. c.

mulier Syrophœnissa, ecclesiæ Romanæ matris nostræ, figura, 6. tom. 169. a. mulier, quæ fermentum accepit, &c. quæ sit tropologicè, 8. tom. 56. d. mulier fortis cur ecclesia catholica vocetur, 8. tom. 270. f.

mulier, id est, ecclesia, caput conteret serpentis, 7. tom. 33. c. mulierem non tangere, bonum est homini, 4. tom. 174. c. mulieris vox omnis ignita diaboli est sagitta, 9. to. 618. c. à muliere captus deducetur ad mortem, 5. tom. 47. c. ex muliere & per mulierem differunt, 8. tom. 558. c. mulieres viris suis subditæ sint, 6. tom. 421. b. mulieres sparsis crinibus, nudatísque pedibus, voce modulata omnes ad fletum concitantes, 4. tom. 551. a. b.

mulieres, quæ perdunt ornamenta virtutum, 4. tom. 33. b. mulieres extento collo ambulantes, 4. tom. 33. b. mulieres in lunæ similitudinem bullas habentes, 4. tom. 34. d. mulieres vento, flatúque raptatæ, 5. tom. 546. f. mulieres cur debeant esse velatæ, 8. tom. 492. e. mulieres septem apprehendent virum vnum, 4. tom. 36. d. 5. tom. 568. d.

Mulieres septem. i. septem gratię spiritus sancti, 4. tom. 36. c. mulieres, quæ fructum suum comederunt, 4. tom. 696. f. mulieres in populo Iudaico de substantia sua victum, atque vestitum præceptoribus ministrabant, 6. tom. 143. c.

mulieres præclaræ tã apud Iudæos, quàm ethnicos, quænam fuere, 5. tom. 463. d. mulierum sanctarum nulla, excepta Rachel, cum dolore peperisse, legitur in scripturis sacris, 5. tom. 356. f. mulierum sanctarum nulla in genealogia saluatoris assumitur, sed hæ, quas scriptura reprehendit, 6. tom. 1. b. à mulieribus quanti viri decepti, 5. to. 377. c.

mulieribus fucatis ac dissolutis auferetur vniuersa cæsaries, & fœda calui ties apparebit, 4. tom. 33. c.

vbi Multiloquium, ibi frequenter mendacium, 9. to. 660. c.

Multitudo non valet cum Iesu ad montana conscendere, 4. tom. in cap. 16. Ezechielis. multitudo peccatum facit inultum, 4. tom. ibidem cap. 42.

multitudini populorum, veh, per Esaiam dicitur, quòd maior mundi pars sit infidelis: & quòd multi sint vocati, pauci verò electi, 4. tom. 167. a. multi sunt vocati, pauci verò electi, tractatur, 9. to. epistol. 8. de scientia diuinæ legis, pag. 3. à principio.

Mulus in bonam partem pro sterilitate, & continentia sumitur, quibus insedit Dauid, & Salomon: in malam, ibi: Nolite fieri, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, 4. to. 497. c. muli in sacris scripturis, dupliciter accipiuntur, 4. tomo. 497. c.

Mũdus Græcè κόσμος, ab ornatu dicitur: quo nihil pulchrius oculis aspicimus, 5. t. 303. c. nihil ornatius, 5. to. in cap. 9. Zach. qui secundũ Platonem, nedum secundum sacras scripturas factus est, 4. to. in cap. 47. Ezech. creatus est, vt habitaretur, 4. tom. 327. c. antequam cõderetur, angeli cum deo fuerunt, eíque per multas æternitates seruierunt, 6. to. 441. c. quæ mundum præcesserunt, & quæ sequẽtur, ignoratur: vide 3. to. quot sint, & quales, secundum Origenem, tractatur, 2. tom. mundus totus ad deum comparatus, est pro nihilo, 5. tom. 7. c.

mundi quattuor cardines, 4. tom. 730. e.

mundi climata quattuor præcipua, 7. tom. 317. c.

mundus iste an fit vnus, qui ab initio sęculi, quo factus est Adam, vsque ad terminum suum voluatur, ac transeat, 6. tom. 375. a. mundus duplex, 8. tom. 123. b. mundi plures secundum Clementem martyrem & Papam., 6. tomo. 375. a.

Plures mundi vnius, & incognitas partes, ita appellat cùm ait, Oceanus, & mundi qui trans ipsum sunt. In quem sensum is quem Hispani auctore primum Christophoro Columbo Genuensi, & deinde Americo Vespucio Florentino, inuenerunt, nouus appellatur orbis, cùm tamen non alter à priori, sed illius tantùm pars sit vltra Oceanum olim, inexplorata. mundus, est lacrymarum vallis, 6. tom. 171. a. mundus ærummis atque pressuris plenus, 7. tom. 143. c. mundi tanta malitia, vt ad integrum boni statum vix redire valeat, 5. tom. 12. f. mundus in maligno positus, 5. tom. 19. a.

mundus iste, domus diaboli, 4. tom. 1121. c.

mundus iste est spelunca, quia lumen perfectum non habet, 7. tom. 403. b. mundus omnis, dei domus esse perhibetur, 5. tom. 439. a. mundus sex diebus consummatus, 4. tom. 1027. c. mundus ad quid hominibus datus, 5. tom. 24. e. f. mundus totus deo seruit, & præceptum eius meminit: & homo solus non meminit, 7. tom. 424. f. mundus propter velocem volubilitatem suam, torrẽtis nomine appellatur, 8. tom. 152. e. mundi administratio perfecta, 5. tom. 10. d. mundus per Christum deo reconciliatus, 4. tom. 322. d. mundi ciuitas variis languescit vitiis, 6. tom. 155. c.

Mundus quæcumque continet sunt vana, 5. to. 7. b. ante mundum præterita, & post mundum futura scire non possumus, 4. tom. 52. d. mundi quando erit finis, 5. tom. 8. e. mundus ad finem declinat, 5. tom. 577. c. mundi finis cur ignoratur ab hominibus, 6. tom. 119. c. mundus pertransit, ac desiderium eius, 4. tom. 358. d. mundi consummationis typus, Babylonis vastitas, & euersio, 4. to. 104. f. si mundus esset æternus, numquam dies appellarentur nouissimi, 4. tom. 1110. e. f. in mundi fine vniuersa mouebuntur, 5. tom. 388. d.

mundus an peribit, 4. tom. 662. e. mundus an igne concremandus, 4. tom. 670. f. mundus igne succendetur, 4. tom. 895. c. mundus igni perieturus etiam ex opinione philosophorum, 4. to. 357. d.

mundus suo fine senescit, 5. tom. 7. c. an mundus peribit, 4. tom. 499. a. mundus iste non peribit, sed mutabitur in melius, 4. tom. 357. c. & 7. to. 288. ante mundi tempora, sæculorum æternitatem extitisse, 6. tom. 441. c. mundi contemptus martyrio comparatur, 8. tom. 500. e. mundus mundo corde conspicitur, 6. tom. 11. b.

Munitiones dicuntur, quibus vrbs clauditur, ne quis obsessorum possit effugere, 4. tom. 747. a.

munitio ad cuius destructionem arma spiritualia Christianorum esse dicit Apostolus, est omnis altitudo, quæ se contra dei scientiam eleuat, 5. tom. in cap. 7. Nahum. Vt sunt philosophorum, & dialecticorum sophismata, veritatem impugnantia, 5. to. in cap. 9. Zachariæ, pag. 574. e. illa, ad quam conuertendos hortatur Zacharias vinctos in lacu, seu detentos in sinu Abrahæ, paradisum significat, 5. to. 574. e. f.

Munus à manu, lingua, obsequio, 7. tom. 82. e. munera dei, sunt sanctorum virtutes, 7. to. in psal. 27. munus abscondito extinguit iras, 8. to. 236. d. sacerdos & propheta munus captãtes, & secũdũ illud, voces domini, aut gratias spiritus sancti vendicantes, arguuntur, 5. to. 349. c. munus, quod ex me est, tibi proderit, 6. tom. 66. e. qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, 7. tom. 47. c.

Munera



munera conturbant iudicium veritatis, 7. tom. 47. c. munera excæcant oculos, etiam sapientium, 4. tom. 260. c. 695. c. & 5. tom. 42. d. 251. b. & 349. c.

munera accipientes iudices, & propterea iudicii subuertunt, & non æquam ferunt sententiam, acriter arguuntur, 5. tom. 349. c. Nec bonum est Saul exemplum, cuntis ad Samuelem, cùm dixit se ire non posse, quod pretium non haberet, quod daret prophetæ: cui respondit puer, se quartam sicli partem habere, quæ dari posset: Quia non legitur, aut illum dedisse, aut Samuelem accepisse: & si acceperit, in templi tantum stipem tantillum pecuniæ accepit, 5. tom. 349. c.

Murenulæ mulierum quid tropologicè, 4. tom. 34. e.

Murmurandum non est contra episcopos, 9. to. in sermone 32. de quadragesima. murmuratio cõtra deum, est, peccata excusare, & fragilitatem carnis obtendendo, in naturæ conditorem culpam referre, 4. tom. in cap. 54. Esaiæ.

Murmuratores Israëlitę à serpentibus perierunt, 7. tom. 315. a.

Murus templi diuidẽs inter sanctuarium, & vulgi locum, 4. tom. 1044. d. murus æneus, qui nulla violatur rubigine, nec cæsus imbribus deperit, sed vetustate fit fortior, 4. tom. 507. c. muri excelsi per parabolam explicati, 4. tom. 22. d. e.

Musæus, presbyter Massiliẽsis, quæ egerit, & scripserit, 9. tom. in catalogo illustrium viror.

Muscæ idololatriæ significant sordes, 4. to. 63. c.

muscarum idolum, Beelzebub, 5. tom. 62. d. musca mystice Ægyptius vocatur in Esaia, propter immunditiam idololatriæ, 4. tom. 63. c. quæ moriens perdit in Ecclesiaste suauitatẽ vnguenti, dæmon est, qui credentes tentando, relinquit in eis immunditiæ suæ odorem, 5. tom. 61. b. Et hæc est illa Musca, quæ principatur fluminibus Ægypti, 5. tom. 61. b.

Ab eáque Beelzebub dicitur, qui interpretatur, idolum muscarum, aut vir muscarum, aut habens muscas, ibi. Vel malus, qui suo consortio multos bonos corrumpit, est musca illa, quæ moriens vnguenti suauitatem perdit, ibidem.

Musco fragant hæretici, 4. tom. in cap. 23. Hieremiæ.

Musica quid sit, 4. tom. 469. b. musica non est scientia pietatis, 6. tom. 440. f. musica in luctu, importuna narratio, 4. tom. 724. f. musica ad dei cultũ instituta: ad hoc enim Dauid Leuitarum ordines, & organorum reperit varietates: Nos autem ad voluptatem, & luxuriã illam conuertimus, 5. to. 259. b. c. Et canere igitur, & psallere, & laudare dominum magis animo, quã voce debemus. Hoc est quippe quod dicitur: Cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino. Audiant hæc adolescentuli: audiant hi, quibus psallendi in ecclesia officiũ est: deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine colliniendas: vt in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica: sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. Quamuis sit aliquis (vt solẽt illi appellare) κιθαρῳδός, si bona opera habuerit, dulcis apud deum cantor est. Sic cantet seruus Christi, vt non vox canentis, sed verba placeant, quę leguntur: vt spiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his, qui similiter ab eo possidentur, & non introducatur in eos, qui de dei domo scænam fecere populorum: Hæc Hieronymus. Epheſ. 5. 6. tom. 420. d. e.

Integrum posuimus testimonium, vt hæreticorum error agnoscatur, qui musicam, omnémque cantum ab ecclesiis eliminarunt: & vt catholici, qui eam retinent, agnoscant, quomodo canere deo, in eius debeant laudes, animo scilicet primum, deinde voce: Et quod vir bonus, etiam si insuauem, & ingratam habeat vocem, bonus tamen apud deum sit cantor, 6. tom. 420. d. e.

mutatio est de bono in malum, vel contrà, 4. to. 1115. c. & sancti, & peccatores mutantur. 1127. b.

solus deus immutabilis est, 6. tom. in cap. 1. epist. ad Galatas. ex hominum mutatione deus sententiam mutat., non se, 4. tomo. 192. f. Hæc de re vide suprà, in voce, Deus. vitæ genus multi mutant, vt mutent fortunam, 4. tom. 192. f.

Mutatoria mulierum, 4. tom. 34. f.

Muth, 6. tom. 471. a.

Mutus, κωφὸς Græcè: qua voce tam surdus, quàm mutus intelligitur, 6. tom. 31. c. mutus mystice est is, qui ad laudes dei occlusum habet os, & linguam præpeditam, ibid. sanatur mutus, cùm tacẽs, priùs os in dei laudes laxatur, 6. tom. 47. a. mutorũ lingua aperto sermone dominũ confitebitur, 4. tom. 255. b

Mutuum acceperunt homines à domino, id est, quinque sensus corporis, &c. 7. tom. 119. b.

μύωξος, 4. tom. 493. c. Glirem hoc nomine intelligere videtur: quem tamen Græci ἔλεον vocãt, μύωξον verò bufonẽ. Murum specus atque latibula μυωξία apud Suidam sunt. Vox Hebraica in eo Esaię capite, in templi tantum stipem tantillum pecuniæ accepit, 5. tom. 349. c. quæ Leuitici 11. pro mure vertitur, tã à Hieronymo, quàm à Septuaginta.

Myricè, 4. to. 586. d. arbor nota, modica, & iuxta aquas prouenientes: capillamẽtis magis, quàm foliis insignis. Humiles myricas appositè, vt cæteris in omnibus, Virgilius dixit. Tamaricẽ vulgus appellat, crateráſque ex ligno ad absumendos lienes formant.

Myrmico leonis animalis natura, 9. tomo. 198. b.

Myrmidones ex formica natos, 9. tom. in Symbolo Ruffini, pag. 4. à principio.

Mirmix, id est, formica: cui comparatur diabolus, 8. tom. 16. f.

Myrrha mortalitatem signat, 8. tom. homilia 1. in cantic. cantic. myrrha pro sepultura, 7. tom. 141. c. myrrhæ vis & natura, 8. tom. 360. f.

myrrhim, genus arboris, 8. tom. homilia 3. in cantic. cantic.

Myrteta angelicas significant potestates, 5. tom. 526. d.

Myrti significant prophetas & sanctos viros, 5. tom. 525. a.

Mysteria diuina appellantur cælum, 7. tom. 417.

mysterium obscuritatem subindicat, 8. tom. 511. c. 512. d. ea significatur per rerum naturas, 9. tom. epist. 21. de celebratione Paschæ. nec pandenda, nec penitus abscondenda, 8. tom. homilia 2. in cantic. cantic. pag. 2. ante finem. mysterium corporis & sanguinis Christi, 7. tom. 73. a. mysterium appellatur quidquid ab hominibus ignoratur, & occultum est, 4. tom. 1110. d.

Mysticus sensus à tropologico in hoc differt, quòd mysticus altior tropologico sit, vt qui de sacratioribus, cælestibúsque loquatur, cùm tropologicus ad mores potiùs spectet, 4. to. 830. d. e.

μύθρας, nomen, quo ethnici deum appellabant, 5. tom. 229. c.

N

NAason, princeps tribus Iudæ, 6. tom. 1. b.

Nabaioth Ismaëlis primogenitus, à quo solitudo trans Arabiam frugum inops, & pecorum plena Nabaioth appellatur, 4. to. 438. d. & Gen. 25.

interpretatur נביות Nabaioth, prophetiæ, 4. to. 438. d. Nabathenam regionem hanc esse scribunt, à qua Nabathæi populi Plinio Nomadibus confines, Petra oppido inaccessis mõtibus sito insignes: Arabiæ scilicet populi Syrię cõtermini, ab Euphrate vsque ad mare rubrum pertingentes.

Nabal Carmelius, homo stultus, & iniquus, qui vxorem habuit Abigail, 4. to. 236. d. e. & 5. to. 211. b.

interpretatur, stultus, 4. to. 1066. e. f. & insipiẽs, 7. to. 43. a.

Nabo, ciuitas, in qua erat chamos idolum Beelphegor, 4. tom. 106. f. est ipsum etiam idolũ, quod interpretatur, prophetia, ac diuinatio, quàm post euangelij veritatem in toto orbe conticuisse significat Esaias, 4. to. 329. b. interpretatur & sessio, 4. to. 157. a.

Naboth lapidatus, quia benedixerit deum, ac regem, 6. to. 304. d. e. ob Naboth sanguinem deleta est domus Achab, 5. tom. 87. a. Naboth typum gessit Christi, 5. to. 89. c. & 6. to. 303. c.

Nabuchodonosor, rex Chaldæorum, 5. to. 417. a.

idem rex Babylonis decipietur superbia sua, 5. to. 429. c. hic anno quinto Ioakim regis Iuda suscepit imperium, 4. tom. 624. d. Syriam & Ægyptum capit, 4. tom. 243. b. Arabiam destruit, 4. tom. 901. c.

Tyrum, & cæteras illius littoris vrbes capit, Ezechielis XXVI. & XXVII. cap. & ibi Hieronymus. ter contra Iudæos bellum mouet, 4. to. in cap. 37. Ezec. primò tulit Iechoniam, secundò Ioakim, tertiò Sedechiam, 4. tom. 748. f. Hierusalem vnà cũ templo diruit, 4. tom. 748. f. contra dominum superbiens, rex verus Babylonis, 4. tom. 137. a. vastator, 4. to. 538. f. appellatus leo, 5. to. 253. c. Danielem adorauit, 4. to. 1112. f. cur dei columba vocatur, 4. tom. 942. a. cur vocatus dei seruus, & columba, 4. to. 97. c. cur vocatur sanctus, 4. t. 607. a. 625. a. hunc mundum significat, 5. to. 430. c. in iudicii sui, in somniis futura cognouit, 5. to. 308. d. 6. to. 23. a. huic deus mysteria suæ dispensationis reuelauit, 4. to. 1110. f. Nabuchodonosor de cælo ad inferos corruit, 4. to. 149. a. huius cadauer pollutum & confossum iacebit in superbiæ montibus, ac deducetur ad inferos, 4. t. 150. c. f. Nabuchodonosor versus in amentiã, septẽ annis inter animalia bruta vixit, & herbarum radicibus alitus est, &c. 4. to. 102. f. & 1120. f. acta per septem annos pœnitentia, in regnum restitutus, 5. to. 319. b. formã nõ amiserat, sed mentẽ, 4. to. 1125. a. nisi oculos leuasset in cælũ, sensum pristinũ nõ recepisset, 4. t. 1125. a.

stirps inutilis incendio præparatus, 4. tomo. 150. c.

de Nabuchodonosor stirpe nullus remãsit, quin occisus fuerit, 4. to. 103. c. Nabuchodonosor proiectus est de sepulchro suo: nec in morte à cruciatibus conquieuit, 4. to. 150. d. diaboli typus, 4. to. 636. f. & 4. to. 909. b.

Nabuchodonosor (vt ex Beroso in historia Chaldæorũ Iosephus in decimo antiquitatũ volumine ca. XII. & XIII. refert) vocatus est tã pater, quã filius: filius tamen insignior fuit & magnus cognominatus est, ab eóq; gesta sunt omnia cõtra Iudæã, quæ sacris in litteris continentur. Ipse enim, patre cõmittente bellũ, Ægyptum debellauit: vnde post mortẽ patris ad regnũ vocatus, Babylonẽ accessit, ibíque imperij coronã suscepit, & præclara multa ædificia, hortósq; pẽsiles in vrbe extruxit. Vixit autẽ Nabuchodonosor senior annis quadraginta, regnauítque annis viginti & vno. Cui succedẽs filius Nabuchodonosor & Tyrũ annis tribus & decẽ mẽsibus obsidens cepit, & ea quę sacris litteris memoriæ posterũ mandata sunt, & quæ nos infrà ex Hieronymo collegimus, peregit. Hoc mortuo Euilmarodach ei successit in regnũ, qui annis XVIJ. regnauit. Mox Neglisar annis XL. deinde Laborsardach mẽsib⁹ nouẽ. Postremò Balthassar annis decẽ & septẽ. Hæc omnia Iosephus ex Beroso recenset: Iunioris Nabuchodonosor mentionẽ fieri asserẽs etiã à Megasthene in quarto Indicarũ rerũ: Itẽ à Diocle in secundò colonorũ libro, & Philostrato in historia Indiæ, & Phœnices. Liber quidã, qui Metasthenis nomine vulgo circumfertur (quisquis fuerit auctor) scribit Nabuchodonosor seniorem regnasse annis XXXV. Iunioré XLV. Euilmarodach, quẽ Amilinũ cognominat, annis XXX. Neglisar, quẽ ipse Reg Assar, & Iosephus Egressar vocat, annis tribus: Laborsardach, quẽ Lab Assar Dach nominat, sex. Et Balthassar postremũ quinque. Hieronymus dũ quadraginta tribus annis regnasse Nabuchodonosor prodit, de iuniore, non de seniore intelligit: quippe qui ei Euilmarodach successorẽ facit. Quì annorũ numerus proximè ad Metasthenis supputationem accedit.

Nabuzardam, princeps militiæ, 4. to. 64. e.

Nadeb & Abiu ad altare domini alienũ obtulerunt ignem, & iccirco igne diuino cõsumpti sunt, 4. to. 932. f.

Nahum propheta vbi natus, 5. to. 385. c. interpretatur, παράκλησις, id est, consolatio, 5. to. 177. b. & 385. b.

Naid regio, posita contra Edõ, secundũ Lxx. vbi Cain post occisum Abel fratrẽ habitauit: vbi enim editio nostra legit Genesis quarto. Egressũsq. Cain à facie domini, habitauit profugus in terra ad Orientalẽ plagã Eden, Lxx. legunt, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ ναὶδ κατέναντι ἐδὲμ. Et habitauit in terra Naid è regione Edõ. Corrupta tamẽ lectio est, & pro ἐδὲμ legẽdũ est ἀδὲν: quippe cùm in Hebraico עדן hedẽ scriptũ sit, idẽ prorsus nomẽ vnde paradisus dictus est גן עדן: Pro profugo, Hebraicus codex legit נוד: quã vocẽ pro loco Lxx. acceperũt, iod pro vau interim legẽtes, hoc est נוד Naid, pro נוד Nod. Hieronym⁹ profugum vertit, & sequentẽ vocem קדמת quam Lxx. κατέναντι reddiderunt, pro Orientali accepit plaga.

Interpretatur Naid fluctuatio, 4. tom. 819. c.

Naim, vbi ad portas filium viduæ Christus suscitauit, Galilææ vrbs, contra Meridiem iuxta Endor posita, secundo millario à monte Thabor, & à Nazareth Christi patria nõ longè distans. Hieronymus in libro de locis Hebraicis.

Naphtha quid, & vnde conficiatur, 4.to. 1117.b.
Babylonij bituminis πηγὴ νάφθας, hoc est colamen.
Naphtha penes Dioscoridem est, liquidum scilicet bitumen, vt Eratosthenes vocat: cuiusmodi est illud quod Mutinensi in agro Petroleum appellatur, aut quod eiusdem generis aquæ superinnatans in Vestinis colligitur. Copiosè circa Babylonem, & Susidem Naphtham prouenire veteres scribunt. Et nigram & candidam Naphtham, geminis fontibus in Babyloniæ agro emergere Possidonius auctor est. Candidam liquidum appellat sulphur, ignes ab eo contrahi scribens. Nigram, quòd liquidum vocat bitumẽ, olei vice lucernis subministrari asserit.

Nardus singulariter & pluraliter quid significet, 8.tom. 345.a. nardus, Christus est, sicut panis, & fons, ibid. qua ratione eo sponsus inungatur: & quid sit, nardum dare odorem suum, ibid. nardus pistica, cuius erat vnguentum Mariæ Magdalenæ, secundum D. Ioannem, quo vnxit pedes domini, 5.tom.81.a. & 6.tom.127.b. significat autem εἰλικρινῆ, pistica, veram, & non adulteratam nardum, id est, vnguentum fidelissimum, 5. tom. 81.c. 6.tom. 127.b.

Nardi naturam, & genera latè apud Dioscoridẽ libro primo inuenies: pisticam autem nardum tam Marcus xiiii. quàm Ioannes xii. capite Græcè appellant: eámque Hieronymus lectionem tuetur. Inualuit tamen in Marco, vt pro pistici, spicati potius penes Latinos legatur: quamuis Græcam lectionem manuscripta Latina exemplaria aliquot adhuc retineant. Celebris est enim, & in vnguentis præcipui odoris nardi spica apud Dioscoridem, Galenum, Plinium, & omnes veteres quam breuem in Syriaca nardo Dioscorides, in Gãgetide autem oppletam, & à radice comatam, vnáque conuolutam, ac grauiter olentem facit. Montanum autem genus odoratius esse scribit, spica tamen breui, sicut Samphariticum magna. Ab hac spica, spicati nomen apud Marcum huiusmodi inuenit vnguentum. Siue spica illa sit, & aristæ genus in cacumine proueniens, vti Plinio placuit: siue radix ipsa, spicata, ac spicæ similis, vt recentiores rectius contendũt. Pseudonardum verò, seu falsam nardum aliud non esse quàm nostratem Lauandulam, mihi (quæ multorum eruditorum sententia est) non displicet. Cæsiam hanc Virgilius appellauit, dum in Bucolicis ita scribit.

*Tum cæsia, atque alijs intexens suauibus herbis,*
*Mollia lutea pingit vaccinia calthæ. Et in Georgicis:*
*Hæc circum cæsiæ virides, & olentia latè*
*Serpylla, & grauiter spirantis copia Thymbræ.*

Nares dei quid indicent, 9.tom.151.d.

Nascitur nullus absque dei volũtate, 7.to.398.c. non nasci melius, quàm æternos perpeti cruciatus, 5.to.29.a.

Nasus & aures adulteris, & stupratoribus præcidebantur, 4.tom.889.a. habere spiritum in naribus, idem est, quòd respirare, 4.tom.in cap.2. Esaiæ, sub finem. ponere circulum in naribus, est superbiam frenare, & blasphemantia ora constringere, 4.tom.278.c. ramum naribus applicare, subsannare ac deridere significat: sicut & rauca nare sonitum edere, 4.tom.in cap.9. Ezechiel. tunc putredo in nares ascendit, cùm peccata nobis fœtent ac putent, vt dicitur in Osee, 5.to.240.f.

Natalis domini dies celebratur in memoriam, 9. tom.epist.21. de celebratione Paschæ de ea sermo, 9.tom. natalis dies à nullo alio celebratus in sacris litteris scribitur, nisi à Pharaone, & Herode: vt quorum par erat impietas, esset & vna solemnitas, 6.to.60.f.

Nathanaël, verus Israëlita, in quo dolus nõ erat, 4.to.1012.f.

Nathinneis respondent Subdiaconi, 9. tom. de septem ordinibus ecclesiæ.

Natiuitas secunda soluit primam natiuitatem, 4. tom.714.d.

Natura omnis recipit malum, excepta dei natura, 9.to.319.c. natura humana, corruptione vitiata, 8.tom.47.c. natura diuina non est diuisibilis, 9.tom.327.d.

Naturalis disciplinæ definitio, 8.tom.290.c.

Naue à deo quidem est Apostolus cõstitutus, sed per hominem Moysen, 271.b.

Nauis leuitatem designat qui circumferuntur omni vento doctrinæ, 8.tom.267.a. nauis apostolorum ventis agitata, ecclesiæ figura, 6.tom.65.a. naues bonæ quid tropologicè significant, 4. to. 22.f.

Nazaræus, id est, sanctus domini, 4. tom. 768.c. & 6.tom.6.d. interpretatur variè, 4.tom.80.f.

Nazaræi sancti domini sunt, 4.tom. 768. e.

Nazaræorum viuendi modus admodum mirus, 4.tom.47.a. Nazaræorum nomine abstinẽtium, & continentium vita signatur, 4. tom. 716. e.

Nazaræi vinum & siceram non bibentes, 4.tom. 175.c. cur comam nutriebant, 8.tom.493.c. non radunt capita sua, 4.tom.768.c. comam domino nutriebant, 5.tom. 276.f. omne, quod inebriare potest, non bibebant, 5.tom. 223.c. sponte se offerunt, & quicumque aliquid vouerit, & non impleuerit, voti reus est, 4.tom. 1062.f. Nazaræus vocatur Christus, quia omnis scriptura eum sanctũ commemorat, 6.to.6.d.

Christus Iesus hoc vocatus est nomine, quia omnis scriptura eum sanctum commemorat, 6. tom. 6.d. vel quia de eo prædicens Esaias scribit: Exiet virga de radice Iesse, & נצר Nazaræus de radice eius conscendet, 6.tom.6.d. flos enim Nezer dicitur: quo nomine etiã Nazaræus significatur, & per hanc litteram ץ Zade, Nazaræi nomen in crucis titulo, qui Romæ in ecclesia sanctæ Crucis in Hierusalem, magna cum reuerentia asseruatur, scriptũ est. Nazarenorum nomine Iudæi Christianos in synagogis suis blasphemant, 4. tom. 367.a. Nazaræi (Christianorum scilicet Iudaizantium genus) Christum vnà cùm lege recipiunt, 4. tom. 69.a.

Nazaræi vetus & nouum seruant testamentum, 4. tom. 823.a. habent euangelium Hebræo sermone conscriptum, 4.tom.88.e. quod vocatur à plerisque (falsò tamen) Matthæi authenticum, 6.to. 45.d.e. quo vtuntur Ebionitæ, ibidem. hoc ex Hebræo in Græcum Hieronymus transtulit, ibid.

testimonia aliqua, quæ ex eo Hieronymus profert, si scire cupis, quære, 4. tom. in cap. xi. Esaiæ, procemio in cap. 65. Esa. in ca. 16. Ezec. in. 18. c. & 6. t. in ca. 6. Matt. in ca. 16. & in ca. 23. & 27. eiusdẽ Matt.

Nazaræi quomodo exponunt illud Esaiæ: conuertimini, sicut in profundum necessitatis, filij Israel, 4.tom. in cap. 31. Esaiæ.

Nazaræorum sectæ vir ostẽdit Hieronymo Hieremiæ apocryphum volumen, in quo continebantur ea verba, quæ Hieremiæ nomine Matthæus citat. Et acceperunt triginta argenteos, & cætera, 6. tom. in cap. 27. Matthæi.

Nazareth, oppidum Galilææ, 6.tom. 79.c.

Nazareth, id est, flos. Galilææ ciuitas, vbi virgo Maria ab angelo salutata, Christum saluatorem mundi concepit, Lucæ 1. & vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo, Luc. 2. reuertitur Ioseph cum Maria virgine, & Iesu puero ex Ægypto ab angelo monitus, & venit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ: Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur, Matth. 2. & ibant (è Nazareth scilicet) parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemni Paschæ. Et cùm factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cùm redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimãtes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem, & cætera. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud deum, & homines, Luc. 2. & venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundũ consuetudinem suam die Sabbathi, & surrexit legere: & traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, Luc. 4.

Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Ciuitatem eius non aliam intelligimus quam Nazareth: vnde & Nazaræus appellatus est, 6. tom. 27. c. Post Augustum Cæsarem, Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur. Vnde & Ioseph cum Maria cognata sua professus est in Bethlehem. Rursum quoniam nutritus erat in Nazareth, quod est oppidum Galilææ Capharnaum vrbi subiacens, ex more poscunt tributa, & pro signorum magnitudine hi qui exigebant, non audent ipsum repetere, sed discipulum conueniunt, 6.tom.79.b. Nazareth Galilææ oppidum iuxta montem Thabor orientali in plaga positum, Capharnaum vrbi adiacens, non procul à Cana fuit, vbi aquam Christus vertit in vinum: nec longè etiam à Naim, vbi viduæ filium suscitauit, distans, in quintodecimo milliario contra legionẽ, paruus Hieronymi tempore vicus Nazara etiam tũc appellatus: Fœlix fortunatúmque oppidum, & cunctis maximis vrbibus præponendum: cùm in eo non solùm Christus mundi saluator conceptus sit, verùm etiam nutritus: In loco vbi Maria virgo annunciata est, vnam, alteram vbi Christus nutritus est, ecclesiam oppidum habet.

Neapolis Iudææ vrbs in tribu Ephraim, quæ olim Sichem dicebatur: ex qua è Samaria in Hierusalem iter erat, 5.tom.121.b.

Nebel, quod genus mensuræ, 5.tomo. 99.c. & 100.e.

Nebulam deus expandit, 8.tom.72.d.

Necessitate quid factum, citò soluitur, 5.tom. 123.c. necessitati nos non esse subiectos, 9.tom.in apologia Pamphili pro Origene.

νηφόθυτα, cenæ lugentium, 5.tom.136.e.

Necromantia, 4.tom.803.c.

νεκρομαντεῖα, per quam magi animas euocare dicuntur, 4.tom.231.c. Necromantiam vanam, & diabolicam, quam Christi fides explosit, iure, vti falsam professionem, Hieronymus asserit, & nõ mortuorum, seu animarum, sed dæmonum in ea audiri voces, testatur: fallúmque esse scribit Samuelem à Pythonica illa muliere suscitatum, cùm potiùs visa fuerit id fecisse, quàm fecerit: quod etiam Augustinus latiùs probat.

Negligens in hoc sæculo, egebit in futuro, 8.to. in cap.6. Prouerb.

Negligentia contemptum parit, 4.tom.669.b.

Neglisar, secundus rex Babylonis post Nabuchodonosor, 4.tom.1125.c.

Negotiatores sunt mali, & superbi, 8.tom.79.c. negotiatores gentium segetibus comparantur, quæ citò arescunt, 4.tom.190.d. negotiatores reprobi, 8.tom.8.f.

Negotia sæcularia aliquando ex compassione toleranda sunt, 4.tom.714.e. negotio cuilibet tẽpus, & opportunitas, 5.tom.58.c.

Nehelami נחלמי siue Nehelamites, torrens qui נחל dicitur, interpretatur, 4.tom.647.b.

Nehemias, Artaxerxis Persarum regis pincerna, obtinuit à rege, vt ædificaretur Hierusalem, 4.tom. 1147.b.

Nemo mundus à sordibus, 4.tom.376.f.

Nemrim aquæ, quid, 4.tom.158.d. Nemrim, id est, pardi, siue præuaricatores, 4.tom.157.a.

Nemrod gigas, venator magnus in conspectu dei fuit, 7.tom.272.d.

Nemrod נמרוד filius Chus, robustus venator coram domino, Genes.10. interpretatur Nemrod tentatio descendens, 5.tom.363.b. terra Nembrod penes Michæam Assyriorum terra est, 5.tom.160.d.

Primus Babyloniæ rex Nemrod fuit, vt scribitur Genesis 10. dum de Nemrod loquens, ita ait: Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar: indéque profectus Assur, qui Assyriis originem dedit, Niniuen ciuitatem condidit. Hic Nemrod est Saturnus ille Babylonicus, pater Iouis Beli, & Nini auus: quem Ninum, Nini vrbis, seu Niniuę extructorem, Assur sacræ litteræ vocant, Genes.10. Ponitur mysticè pro diabolo, 5.tom.363.b.

Neomeniæ, id est, calendæ, 4. tom. 1073. c. & 5.tom.93.c. neomenias vestras odit anima mea, 4.to.529.c. neomenia, noua luna sic dicitur: quæ quia ipsa apud Hebræos mẽsem inchoat, pro initio mensis ponitur.

Nemus, in templo plantari prohibitum, Deut. 16.cap. armamentarium templi nemore constitum, capta sub Sedechia Hierusalem, hostili populatione reseratum, 4.tom.in cap. 12. Esaiæ. nemoris ligna, vti infructuosa, quæ mouentur, notant simplices quòsque credentium, qui firmi in fide adhuc non sunt, & ad hæreticorum prædicationem nutant & vaciliant, 4. tom. 57. b. c. vel notant eos, qui fructum non ferunt, & peccatorum viam ingrediuntur, 4.tom.in cap.21. Esaiæ. idolatriã lucus notat, quòd in nemoribus idola colebantur, 4.tom. 113.a. Charmel in saltum reputari significat Iudæos in sterilitatem, & penuriam veritatis versos, 4.tom.236.f. nemoris ligna succisa multam hominibus præstant vtilitatem: propterea mysticè tenent fideles, qui alicuius fructus sunt in ecclesia. In magna enim domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea, & fictilia: alia in honorem, alia in contumeliam, 4. tom. &c. armamentariũ domus saltus, ecclesiæ, & Apostolica est armatura, 4. tom. in cap. 22. Esaiæ.

Nepos, in quem iram suam deus profert, notat peccatum opere perpetratum, 4. tom. 848.d.

Neptalim scribarum & Pharisæorum erroribus liberata, 4.to.73.a. Neptalim interpretatur, latitudo, 7.tom.198.e.

Nereus & Achilleus eunuchi à D.Petro Christiani facti, 9.tom.725.c.

Neri, pater Baruch prophetæ interpretatur, lucerna mea, 4.to.667.a.

Nero vocatus leo, 4.to. 583. a. imperauit post Christi passionẽ annis triginta quinque, 4.t. 1150.f. regnauit annis nouem, totidem mensibus, & tredecim diebus, 4.tom.1153.a.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos, 6.tom.293.a. nescire dicitur, cuius volũtas ignorata est, 8.to. 404.f. nescire aliquid melius est, quàm cum periculo discere, 9.tom.544.c.

Nesrach, idòlum Assyriorum, 4.tom.279.c.

Neusis, lacus, 4.tom.387.c.

Nicanor Seleucum magni Antiochi fratrem maiorem natu dolo occidit: quo mortuo Antiochus ad regnum vocatur, 4.tom.1160.f. Alter est hic ab eo Nicanore, quem Demetrius Seleuci filius, post Antiochum Eupatorem filium Antiochi Epiphanis vnà cum Lysia duce necatum, contra Iudam Machabæum, & Iudæos, misit: de quo scribitur 1. Machab. 7. & à Iosepho libro antiquitatũ duodecimo cap. xvj.

Niceas, Romæ Episcopus, qualia scripserit, 9.to. in Catalogo Illustr. viror.

Nicolaus Damascenus historicus, 4.tom.909.a.

Herodis Iudæorum regis familiaris, & Augusto Cæsari, cuius & vitam scripsit, gratissimus Nicolaus Damascenus fuit, Philosophus, historicúsque præcellens. Scripsit autem historiam vniuersalẽ octuaginta libris comprehensam.

Nicolaitæ hæretici, 5.to.232.e.f. Meminit horum Ioannes in Apocalypsi. Dicti sunt autem Nicolaitæ à Nicolao Antiocheno vno ex septem diaconis ab Apostolis electis. Hic autẽ communes volebat esse vxores, & improbam Platonis opinionẽ in ecclesiam Christi introducebat.

νικομῆδος, 4.to.1101.b.

Nicopolis, quondam Emaus, 4.tom.1141.c. vnde id nominis habuit, 6.t. 467.a. Nicopolis in Actiaco littore sita, 6.tom.439.a. Nicopolis altera est hæc ab ea Nicopoli Epiri, quàm à sua victoria cognominatam Actiaco in littore Augustus condidit, 6.tom.439.440.a.d. vbi D. Paulus hyemare statuerat, 6.tom.467.a.

Epiro proxima Ætholia adiacet: cuius oppidum Naupactum Corinthiacum sinũ fauce altera claudit. Quæ ora ad Cursularias maiorem victoriam quàm Augusto olim tribuerit, hoc anno M. D. LXXI. nonis Octobris, dum hæc commentaremur, nobis tribuit. Cùm enim immanissimus, ac impotentissimus Turca Venetis Cyprũ abstulisset, insulásque eorum omnes, & maritima loca depredatus fuisset, Christianæque religioni interitũ minitaretur, spoliis, trophæísque opimus, ad Corinthiacum sinum circa Naupactũ, quo se receperat, à Classe, quàm inito fœdere summus ac fœlicissimus Pontifex Pius V. Catholicus Hispaniarum rex Philippus, & præclarissima Venetorum Resp. Ioanne Austriaco Generali classis duce instruxerant, superuentus, nauali prelio commisso, superatus est, ad xl. ferme millia hostium cæsis, triremibúsque ad cxcv. captis, & multis subuersis, & mancipiorum Christianorum xv. millibus liberatis.

Nihil, de quo in Euangelio Ioannis: Et sine ipso factum est nihil, 5.tom.in cap.2. Micheæ. vide suprà Esse.

Nilus fluuius idem qui & שיחור Sichor (eo quod turbidas aquas habeat,) 4.tom. 190.e.511.c.

Sihor & Geon idem fluuius, 4.tom. 954.f. nilus, Ægyptium flumẽ, in septem valles humillimas, & riuos diuisus, atque concisus, vt calciatis pedibus transiretur, 4.tom. 93.f. Nilus totam irrigat Ægyptum, 4.tom.936.d. aquas turbidas habet, 4.tom. 511.c. Nili aquæ turbidæ, quibus Ægypti rigantur segetes, 4.to.190.c.

Nilus fluuius idem qui & שיחור Sichor (eo quòd turbidas aquas habeat) 4.tom. 190.c. & 511. c. Sihor & Geon idẽ fluuius, 4.to.954.f. Idẽ dicitur esse qui Genesis 2. גיחון Gehon appellatur: quippe cùm Gehon Æthiopiam alluat, ac circumdet: à qua in Ægyptum Nilum descendere, nemo est qui ambigat. Moyses Bar-Cepha Syrus, Episcopus, in libro quem De paradiso edidit, nomen Gehon ideò Nilo impositum fuisse credit, quòd proprium illius fluminis sit extra alueum egressum, agros inundare: idem enim esse apud Syros Gah, quòd nobis fluendo inũdare, scribit. eius riui & διώρυχες, seu fossæ, 4.tom.935.c.

Nimrim oppidum supra mare mortuum, falsis aquis, & ob hoc ipsum sterilibus positum, 4. tom. 108. d. interpretatur נמרים amaritudines, ibid. vel pardi, & præuaricatores, 4. tom. in cap. 15. Esaiæ. Hieronymus in libro De locis Hebraicis, vicum esse Nemrim, seu Nimrim ad Septentrionalem plagam Zoaræ, vocaríque Benamerium asserit.

Nimium omne reputatur in vitio, 5. tom. 45. b.

Niniue, Assyriorum metropolis, 4.to, 97.b.415.c. & 5.to.385.b. quasi piscina aquarum, 5.to.397.b.

cur magna ciuitas dei dicatur, 5.to. 318.d. hæc ciuitas tanta erat, vt vix trium dierum itinere circumiri posset, 5.tom.317.c. ciuitas magna, atque pulcherrima, præfigurabat ecclesiam, 5. tomo. 326.e.

Niniue ecclesiam de gentibus significat congregatam, 1120.c. in hunc sensum quæ de Iona scripta sunt ad Christum, & quæ de Niniue ad mundũ, omnia trahit Hieronymus in expositione Ionæ prophetæ. errant qui principem Niniue pœnitentem, ad diabolum referunt: impiè eum in fine acturum pœnitentiam per hoc ostendere volentes: quæ Origenistarum blasphemia fuit, 4. tom. 1120.e.

Herodotus libro primo, Phiaortem (sextum, vt Eusebius addit) Medorum regem, Niniuen oppugnare cœpisse scribit. Verùm cùm magna exercitus sui parte in eo bello occumbens, obtinere vrbẽ nõ potuit: successit ei deinde Cyaxares filius, qui Iosia in Iudæa regnãte imperium tenuit. Patris mortem vindicare hic cupiens, rursum Niniuen bello petiit. Verum Scythis Madye Duce superuenientibus, ipsósque Medos prosternentibus, obsidionem dimisit. Sublatis postremo morbo quodã Scythis, Cyaxares filius Medorum regnum recuperauit, Medíque Niniuen etiam bello repetitam obtinuerunt.

Fuit autem Cyaxares Astiagis pater. Verùm cùm Hieronymus à Chaldæis, & Babyloniis sub Astiage subuersam Niniuen prodat, id autem quod refert Herodotus à Medis, & sub Cyaxare contigerit: rursum à Chaldæis occupatam vrbem, existimare debemus, túncque illam euersam. Obtinuit enim tãtum illam antea Cyaxares, non autem subuertit: quam postea Astyagi filio auferentes Chaldæi, diruerunt. Et ita Medi vrbem Assyriis abstulerunt, Medis autem Chaldæi. Tigris autem fluuius Niniuen alluit, sicut Babylonem Euphrates. Ninus Beli filius primus Asiæ rex, 4.tom. 887.b. hic in honorem patris Baal, seu Belis, aut Beli, statuã erigit, idolúmque sacrat, ibid. Nembrotus, qui & turrim miræ altitudinis extruxit, & primus Babylonis rex post orbem inundatum fuit, Saturnus Babylonicus à Græcis, Phœnicibúsque cognominatus est, vt Eusebius, aliíque receptæ fidei scriptores produt. Habuit hic filium Belum, à quo Ninus omnibus scriptoribus celebratissimus exortus est: qui (vti diximus) Ninum nominis sui vrbem potentissimã condidit: ab eóque cunctarum historiarum exordium est, veluti qui primus bello aliosinfestasse scribitur. Assur hic in sacris litteris, Gen. 10. appellatur: dum dicitur, de terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis. Regnauit autem Ninus annis duobus & quinquaginta, & post eum Semiramis vxor annis quadraginta duobus.

Niniuitici vna prædicatione conuersi, 5. tom. 320.f.

Ninus patrem suum Belum retulit in deum, 5. 96.c.

νηφάλιος, 6.tom.453.c.

Nisan quis mensis apud Hebræos, 4.tom.728.f & 5.tom.100.e. apud Iudæos, est mensis Aprilis, 5.tom.517.c.

primus Iudæorum mensis, 4.tom.728.f. incipit hic mensis, cùm prima luna, quæ est ante æquinoctium vernum, propterea que Martio nostro respõdet mensi.

Nitrum, & herba fullonis, pro pœnitentia mysticè ponitur, 4.tom.737.a. nitrum vnde, & quomodo conficiatur, 8.tom.252.d.e.

De Nitro nemo Theophrasto diligentius apud veteres scripsit. Sali simile est. Nitrariæ fodinæ vbi eruitur, multis in locis, vt in Aegypto circa Memphim celebres: Fiebat etiam è quercubus crematis, quemadmodum è fimo salnitrum pro missilibus tormentis bellicis modo fit: Abstergendi vim habet, & in hunc sensum dictum est à Hieremia. Si lauaueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus.

Nix ex aqua congelascit, quæ desuper venit, 4. tom.716.f. nix æstate, & pluuiæ in messe qui significent, 8.tom.253.c. niuis quid significet, 8.to. 115.c. niuis in bonam & in malam partem accipitur, 8. tom. 128.f. nix in vertice montis Libani nunquam deficit, 4. tom. in cap. 18. Hieremiæ.

No, Aegypti ciuitas, quæ nunc Alexandria vocatur, 4.tom.114.e.115.a.943.c.

Nob oppidum, 4.tom.86.f.

Nobiles deo difficilè credunt, 5.tom.320.f.

Nod, regio, quæ interpretatur, commotio, 7.to. 329.a.

Noë de his, quę necdum viderat, deo credens, fabricatus est arcam, 6. tom. 454. d. Noë seruo suo deus reuelauit, quòd diluuium esset inducturus, 5. tom. 228.f. Noë cum liberis suis, propter declinantem omnem carnem à domini seruitute, diluuium delere non potuit, 4.tom.473.b. Noë iustus in generatione sua & perfectus asseritur, cuius sanctitas eo magis est admirabilis, quòd toto prorsus à iustitia declinante mundo, solus iustus inuentus est, nec ab alio sanctitatis quæsiuit exemplum, sed ipse præbuit, 9.tom.5.a. in Noë humanum seruatum est genus, 4.tom.384. d. Noë in domo sua nudus iacens, Christi in cruce typus, 7. tom. 385.b.

Nomen bonum quódnam sit, 8.tom.238.d. nomen bonum melius, quàm vnguenta pretiosa, 5. tom. 40. f. 42. d. nomen dei quatuor Hebraicis scribitur litteris, & est ineffabile, 4. tom. 820. d.

nomen tetragrammaton, propriè ad deum pertinet, 4.tom. 925.c. nomen sanctum domini quis polluere dicitur, 4. tom. 1046. d. & f. & 6.tom.104.f. nomen aliud nullum est, nisi quod ex Christi nomine deriuatur, vt nequaquam vocetur populꝰ dei Iacob, & Iudas, & Israel, & Ephraim, & Ioseph, sed Christianus, 4.tom.477.c. nomina membrorum corporis sæpe transferuntur ad affectus & virtutes animæ, 8.tom.284.e. nomina pristina culparum solent attribui sanctis, 8.tom.136.e.

nomina sua cur multi tam noui, quàm veteris testamenti mutarunt, 6.tom.471.b. nomina quorundam cur mutauit deus, 4.tom. 1105.a.b. & 7.to. 48.f.

Noni mensis numerus nunquam in bonam partem accipitur, 5.tom.512.d.& 518.d.

Notitia creatoris per bonum naturæ ineat cordibus hominum, 8.tom.113.b.

Notus ventus tacitus, 7.tom.317.c.

Nouacula, id est, persecutiones, 7.tom.158.f.

Nouatianorum error de pœnitentia, 8.tom.166. d. 469.a.& 9.tom.187.d.

Nouatum ex Africa venisse, & Nouatianũ presbyterum Romæ adiutorem suæ hæresis habuisse, plenæ sunt D. Cypriani, ac etiam Cornelij Papæ epistolæ: inuasit autem Nouatianus summum contra Cornelium Pontificatum, primúsque inter Antipapas connumeratur.

Nouissima hora, tempus fidei gentium est, quæ

& vndecima dicitur: eo quod mundi annis ab eius constitutione tempus hoc comparatum, nouissimum sit,& duodecimæ,id est, vltimæ horæ proximum,5.tom.351.b. nouissimus dies apud Danielem,ab eius tempore numerandi sunt: vel postremum contritionis, statuæ tempus notant, 4. tom. 1110.e.f.

Nouum nihil dici potest, 5. to. 10. d. nouum nihil in natura rerum,5. to.10.d. nouũ nihil fit in mundo,5.tom.10.e.25.b. nox præuaricationis & mortis, in qua diabolus regnum tenet, 8. tom. 14.d.e.

noctis ac diei vicissitudo præteritura,8.tom. 72. d.e. nox pro quiete,8.tom.274.c. nox pro malis hominibus vsurpata,7.to.63.c. nox sicut dies, illuminabitur,4.tom.235.c. noctem peccati operatus est diabolus,8.tom.67.c. nox æterna, 8.to. 30.f. noctẽ æternam elementa timuerunt in passione dominica,4.tom.373.c. nox mysticè quid designet,8.tom. 109.c. nox tropologicè quid significat,4.tom.499.b.c. nox tribulationem designat,8.tom.109.b.

νὺς quid sit,5.tom.411.a.

νυθσία,6.tom.428.e.

Nubes pluuiam portant, ac terram aridam irrigant,7.tom.56.f. nubes allegoricè expositæ,5.to. 388.d.e. nubes cur leuis dicatur, 8.to.117.b. nubes quid significent,8.tom.123.b.& 9.tom.99.a.b.

nubes allegoricè quid designent,8.tom.180.f.

nubes quantum à terra in sublime tolluntur, 4. tom.350.f. nubes pro idololatris,4. tom.40.e.

nubes,sunt sancti prædicatores, 7. tom.114.f.

nubes sunt prophetæ,& omnis vir sanctus, 5.to. 69.c. nubes,quæ semper fuit in luce,7.to.227.c.

nubes impletæ,imbrem semper terrã effundunt, 5.tom.69.a. nubes dederunt vocem,7.to.221.c.

nubes & ignis, id est,spiritus sanctus,7.tom.311. 2.b. nubes spirituales, ad quas peruenit veritas dei,4.tom.395.b. nubes, quibus mandauit deus, ne pluerent super Israël imbrem,4.tom. 555.a.

nubes leuis venit in mundum,& secum portauit creatorem,7.tom.289.b. nubes spargunt iustitiã, 4.tom.390.e.5.tom.534.c. nubes & caligo in circuitu dei,7.tom.289.b. in nubibus veritas dei est, quid sit,7.tom.323.b. nubes perpetua, quæ nos ab ardore mundi protegit,5.to.120.d. nubes,quæ destruxit Serapim in alexandria, 7.to.289.c. nubium nomine sancti intelligũtur plerumque, 8.to. 114.d.118.e. nubes qui aspicit,non metet,5.tom. 69.a.

Nubere propriè dicuntur mulieres: & viri vxores ducere,6.to.106.f.

Nucleum qui desiderat, frangit nucem, 6. tom. 153.c.

Nudipedalia Paulus Apostolus exercuit,6.to. in cap.4.ad Galat. Paulus in Cenchris sibi comã totondit,vt scribitur Act.18. & quattuor viris, qui votum super se habebant, persuasis, vt capita raderent, vnà cum eis purificatus in templum ingressus est,Act.21. & 24. Nudis autem pedibus eum templum ingressum,alicubi ego adhuc nõ legi:nec talem post expletum votum Nazaræorũ fuisse consuetudinem, Num.6. vbi hoc latè tractatur, aut alibi(quòd equidem sciam)proditur. Hoc tamen, quia non solùm in Epistola ad Galatas, verùm etiã in ea quam ad D.Augustinum scribit,Hieronymus asserit, ab Hebræis id accepisse, morémque eorum retulisse,credendum est.

Numerus minor ante maiorẽ computari debet, secundum idiôma sermonis Hebraici,& Latini antiqui,4.to.154.d.

Numeri quinquagenarij sacramẽta,& mysteria, 4.tom.27.b.

Nun, quod aliter Naue legitur, pater Iosue, 7. tom.223.b.

Nuntij mortis quínam sint,8.tom.221.b.

Nuptiæ honorabiles,& immaculatum cubile, 6. to.54.f. nuptiæ sunt sanctæ ex traditione dei,8. t. 479.a. nuptiarum præmium est, è duobus vnam carnem fieri,6.to.85.c. nuptiæ ab hæreticis repudiatæ,6.tom.423 a.

Nouato Montanóque dãnantur,cùm Apostolus Episcopos tãtùm,presbyterósque digamos reiiciat; in cæteris digamiã cõcedat,relaxétq;,6.to.444.d.e. itaque Hieronymus superfluè à nouo hæretico reprehẽsus est, quòd digamiã & trigamiã nõ ex lege,sed ex indulgẽtia descendere dixerit: cùm eas, ne peiora fiant concedat Apostolus, 4. tom. 475.c.

νυκτέρις,vespertilio,4.to.23.b.

Nicticorax quid moraliter,7.to.299.b.

O

OBduratio dei,vbi peccatorum causa præcedit, 8.tom.305.c.

Obediens loquitur victoriam, 8. tom.in 22. cap. Prouerb.

Obedientia docetur à Christo, 8.tom. in cap.9. Prouerb. obedientia prælatis exhibenda, 9.tom. in regula monachorum,cap.6. eius ornamentum, Christus est,8.tom.homilia 3.in cantic. cantic.pag. 4.ante finem. obedientia Abrahæ quanta fuerit, 8.tom.ibid. obedientia, dei hominem facit, 4.to. in cap 10.Ezechielis. obedientia melior est quàm sacrificium,9.tom. 516.a. 5.tom. 33. b. obedientia melior, quàm stultorum victimæ, 5. tom. 34.d.

Obiurgatio in corruptorem virginis sacræ,9.to. 241. c.d.

Oblatio deo à nobis offerenda,7.tom.157.b.c. non tam accipientibus prodest, quàm dantibus, 8. tom.455.c. offeruntur primitiæ sacerdotibus in templo, 4. tom. in cap. 44. Ezech. oblationes Christianorum, quæ dantur sacerdotibus in templo peccatorum remedia sunt,4. tom. 560.e.f. & deus illas respicit, 5. tom. 255. c. oblatio illibata quotidie pro peccatis populi ab Episcopo offerenda,6.tom.447.b. oblatio munda offertur in omni loco, 4. tom. 879. c. error est,quod publicè in Ecclesia offerentium nomina per diaconum recitẽtur:dicatúrque, Tantùm illa offert, tantùm ille pollicitus est:placeántque sibi homines ad vulgi plausum,torquente conscientia: gaudeántque ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerunt, 4. tom.853.a. cùm sic redemptio peccatorum mutetur in laudem:maximè cùm exemplo viduæ,quæ duo tantùm minuta obtulit animus potiùs attendatur,quàm muneris magnitudo,4.tom.560.e.f.

seipsum quis deo primùm offerre debet, mox munera & eleemosynas,5.tom.516.d.e. non enim muneribus placatur deus, nisi quis priùs templum spiritui sancto in se construxerit, & postea dona obtulerit in altari, 5. tom.516.d.e.

quòd ipsum in Iudæis, qui diruto templo munera offerebant in altari, Aggæus significauit, ibidem. quamuis sanctæ oblationes sint, immundus tamen homo(qualis hæreticus est, gentilis, & Iudæus) immundas eas,& cõtaminatas coram deo reddit,5.tom.516.e.f. quidquid huiusmodi homines obtulerint, vel vota pro salute, vel pacifica, vel pro peccato,vel pro delicto,vel in holocaustum:siue eleemosynas, siue ieiunia, siue victus continentiam, & corporis castitatem, contaminata sunt in conspectu dei, 5.tom.516.d.e. non sunt faciendæ oblationes de furtis & rapinis,5.tom.255.b.

Obliuio veritatis velox,4.tom.1113.b.

Obolus quanti valet,4.tom.1071.b.

Obsequium amicos,veritas odium parit, 6.tom. 317.b.

Obseruare duobus modis dicitur,8.tom.593.c.

Occidens occidentis,magnitudinem occidentalium partium significat,4.tom.915.b.c. occidens, iuxta leges tropologiæ semper est in mari, semper in salo & fluctibus,& pro mari accipitur,4.t.1092.f.

Occidens mysticè in bonam partem dicitur,cùm peccata,& mala opera nobis occidunt. Hinc in baptismo ad occidentem versi,mundo, diabolo, & operibus eius renunciamus:& ad orientem conuersi cum sole iustitiæ pactum fidei inimus,5.tom.266.d. in malam partem occidens & occidens occidentis,est,cùm lumen occumbit, & tenebræ emergere incipiunt,4.tom.915.b.c.

Occidendi verbum non ponitur in sacrificiis,sed in his,quæ trucidãtur illicitè,4.tom.485.c.Leu.11.a.

Occidere volens,occidit, 7.tom. 180. occidit hominem,qui egenti nõ dat eleemosynam, 8.tom. 447.c. occidere legis præuaricatores, iniustum, 7.tom.298.d.e.hominem occidere,non semper criminosum, 9.tom.epist.46. ad Optatum, de origine animarum. Occidere fures, & homicidas, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium, 4. tom. 606.d. nemini seipsum licet occidere, & propria perire manu:absque eo, vbi castitas periclitatur, 5. tom.310.e

D. Thomas secunda sec.q. 64.art. 5. latè probat, nullo modo,etiam pro conseruanda castitate licitũ esse alicui se trucidare: tum quia maius peccatum est homicidium sui ipsius, quàm corruptio: tum etiam quia corpus non inquinatur, nisi mentis adsit consensus:præter quod non sunt faciendæ mala, vt veniant bona: præsertim cùm expiandi homicidij reatum tempus non supersit.Licitum autem ex Augustino tunc id fore asserit, cùm spiritus sanctus id iusserit: & hoc modo Samsonem, & aliquas sanctas feminas, in ecclesia celebratas, quæ persecutionis tempore seipsas peremerunt, excusat. Alienam ab hac sententia Hieronymi mẽtem equidem non existimo: nec periclitari castitatem mulierum cognoscere aliter posse, intellexisse reor, quàm vbi spiritus sanctus,& castitatis periculum aperuerit,& futuri per consensum peccati, remedium edocuerit:alioqui non esset sancta mulier, quæ veluti diuino auxilio diffidens, incertum pro certo acciperet,& tantum scelus, à spiritu sancto non monita, committere in seipsam auderet.

Oceanus terram ambit, 5.tom.in cap.3. Aggæi, eius est perennis cursus,8.tom.in cap.11.Iob.

ὀκλάξω,id est,tumultuor,4.tom.525.c.

ὀκρίασις,5.tom.in cap.28.Hieremiæ.

Occultum nihil, quod non reuelabitur, 4. tom. 33.c.

ὀχρίασις,pallor,5.239.b.

Ochus, qui & Cyrus, annis viginti quatuor regnauit,4. om.1152.e.

Non est hic magnus ille Cyrus, qui Babylonem cepit,& Chaldæorum subuertit imperium: sed tertius Artaxerxes, qui ducentis fermè annis post magnum illum Cyrum in Persis regnauit:succedísque Artaxerxi alteri,sub quo Hester historia, & Xenophontis ἀνάβασις scripta est.

October,mensis primus apud orientales, 4.tom. 728. f. October oriẽtalibus primus anni mensis, 728.f.

Autumnum anni principium hi faciunt: quemadmodum & Hebræi circa illud tempus, Septembri scilicet mense, annum auspicantur, vocántque propterea, ראש השנה caput scilicet anni: Quoad festos autem dies, primus eorum mensis est is, quæ prima ante æquinoctium vernũ luna illis inchoat, hoc est is,qui nostro respondet Martio.

Octonarij numeri mysterium, 7.tom. in psal.5. octo dies Neophytorum, 9.tom.epist.21.de celebratione paschæ, sub finem. octo euangelicus numerus propter octauam resurrectionis diem, 4. tom. 1018.d.e. sanctus est propter veram circuncisionem,5.tom.509 a. septem primùm gradibus, mox octo, id est, 15. in templum ascenditur: vt de lege ad euangelium,de veteribus ad noua transitus denotetur, 4. tom.1022. f. dare partem septem, & octo, est in vetus & nouum testamentum credere,5.tom.in cap. 1. Osee. Iudæi dant partem septem,sed non dant, partem octo: econtrario, Marcion,Manichei & alij hæretici, qui vetus laniant testamentum,dant partem octo,sed non dant partem septem,ibid. quindecim graduum psalmi, & vetus & nouum testamentum notant: & septenario legis numero expleto, per ogdoadem ad euangelium, & canendas deo laudes, scandimus, ibidem.

Oculus,lucerna corporis,4.tom.4.& 8.to.46.f.

oculus meus deprædatus est animam meam, 4. tom.709.b. oculus contumelioſi, lingua iniqua, 5.tom. 396.f. oculi sunt indices mentis, 7. tom. 435.b. oculi Christi caligauerunt,dum martyres, siue sancti in tentationibus titubantes conturbati sunt,8.tom.45.b.c. oculi dei quid indicent, 9.to. 151.b. oculorum aspectus melior est super ambulantem in anima, 5.tom.39.b. oculi nobis ad cælum erecti sunt,vt & si mens fuerit obcecata,tamen inuictis oculis cælum videamus, 7. tom. 406. f.

oculi,pro sensibus,7.tom.358.d. in sæculum sæculi, quid, 7.tom.359.a. oculi taciti cordis fatentur arcana, 9.tom.519.d. oculi lippientes solent lucernas videre numerosas,6.tom.19.a. oculi pupilla clamat ad deum, 7.tom.23.b. oculi septem in vno lapide,4.tom.36.e.89.b. oculi septem,qui discurrunt in vniuersa terra, 5.tom. 542. f. oculi impiorum deficient, 8.tom.32.e. oculi, fenestræ corporis, per quos concupiscentiæ mors mentem ingreditur,4.to.1055.c. ianua ad peccandum sunt, 4. tom.



4.to.709.b. per eos Eua ad concupiscentiã pomi exarsit,ibidem. per eos tranquilla hominum mẽs perturbatur,709.b. & hi animam ipsam deprædantur,ibidem. oculi cohibendi sunt,ne munda mens ad lasciuiam incitetur, & vt munditia cordis custodiatur,ibidem. oculo annuẽs dabit doloré, 8.to.2.d. oculi lippientes sunt non solùm corporis,sed etiam mentis oculi,& de his dicitur,Illuminatos oculos cordis vestri: & Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte:&, Sapiẽtis oculi in capite eius,6.to.in cap.1.epist.ad Galat.

eundémque sensum illa euangelij verba mysticè habent:Si oculus tuus fuerit simplex,& cætera.vbi mens ipsa,ac νῦς oculus dicitur,6.tom.19.a. oculus dexter,qui eruendus,& proiiciendus est, si scãdalizat, cogitatio & sensus est in diuersa volitans, 6.tom.14.c. totum corpus plenum oculis in Ezechiele,euangelium monstrat: in quo nihil est, quod non luceat, & splendore suo mundum illuminet,4.to.735.c. oculos suos deus ponit super animam in malum,& non in bonum,cùm eam punit & flagellat,5.to.281.b.c. oculus domini, qui dicitur hominis,& omnium tribuum Israel, domini prouidentia est,qua in omne hominum genus, sine personarum acceptione,respicit,5.to.569.b.

oculus dexter pastoris fatui,qui obtenebrabitur, illa superba præcipuáque Antichristi cognitio est: qua se plus omnibus prophetis cernere,& acutius dei sacramenta videre iactabit, 5.to.592.f.& 593. a.

duo cæci,qui clamando Christũ secuti sunt,duo sunt populi,Iudæorum scilicet,& Gentilium:quos Christus fidei,veritatisque lumine illustrauit, 6.to. 31.b.c. vnus cæcus,qui apud Marcum Euangelistam scissis vestibus in Hiericho clamat, & ab apostolis prohibetur,gentium populus est,6.tom.ibid.

oculi diaboli quinam sunt,8.to.157.b.

Odio habendum esse inimicum, dictum est iis, qui sub pædagógo erant legis: aut morum potiùs, quàm personarum dissensio sic facta est, 6. tom. 341.b.c. odium vitiorum,non impiorum personæ,7.to.366.c. odium absconduntlabia mendacia,8.to.200.f. odij affectus varij,etiam in deo, 8.tom.homilia 3.in cantic.cantic. pag.5. à princip.

odit deus hominem,quem non tentat, 9. tom. epist.6.ad amicum ægrotantem,pag.2.ab initio.

odij horrenda merces,9.to.epist.1.ad Demetriadem,circa medium.

Odolla,vrbs Iudæ,5.tom.333.a. Odolla interpretatur,testimonium haustus, vel hausti onis eorum,5.to.335.c.

Odor vitæ,& odor mortis,quid, 7.tom.56. f.

Oestrus ὄιστρος,Asilus,siue Tabanus,5.tom.108.c. Plinius Asilum,& Tabanum eundem facit: Virgilius in tertio Georgicorum cum Hieronymo sentiens œstrum & Asilum pro eodem similiter accipit,dum ait:

*Est lucos Silari circum,illicibúsque virentem*
*Plurimus Alburnum volitans,cui nomen Asilo*
*Romanum est,œstrum Græci vertere vocantes.*
*Asper acerba sonans,quo tota exterrita syluis*
*Diffugiunt armenta:furit mugitibus æther*
*Concussus,syluæque,& sicci ripa Tanagri.*

Hoc diximus vt ostenderemus temeritatẽ quorundam,qui œstrum non Tabanum esse, sed eam potius muscam,quam caballinam, eo quòd equos maximè infestet,vocamus, multis contra Plinium contendunt: nec alia mouentur ratione,nisi quod Tabanus armenta in fugam nõ vertat,sicut œstrus facit,quod falsum est,si Tabanorum copia iumenta vexet. At musca illa, nec sonum aliquem emittit,à quo œstro Græcis est nomen,nec circa syluas, arbustáque versatur: nec volatum propriè huc & illuc habet:Quæ omnia Tabanis mirificè cõgruũt: Ab œstro ἀποιστρῶσαν vaccam,hoc est œstro exagitatam Lxx.in Osee dicerunt.

Officium matutinale,atque diurnum quomodo persoluendum,9.to.cap.33.in reg.moral.

Og,rex Basan,5.to.383.b.

οἰκοδόμος,4.to.789.c.

οἰκουμένη, 4.tom.98.f. Si terrarum orbem, qui inhabitatur,dicitur,vniuersitatémque significat: à qua voce œcumenica appellantur concilia, id est, vniuersalia,& quæ totius orbis concursu celebrata sunt.

Oleaster in bonam insitus oliuam,contra ipsam naturam(quippe cùm bonorum fructuum surculi syluestribus inserantur,non contrà)notat gentiles, qui in Iudæorum bonam oliuam, ob eorum incredulitatem præcisam,per fidem inserti sunt,& eorũ gratię & pinguedinis participes effecti,5.to.460.d. & Rom.11.

Oleum compositionis exterminant muscę morituræ,5.tom.61.b. oleum exultationis,5.to.454. d.e. oleo vultus noster exhilarandus,5.to.58.c.

oleum de capite tuo non defuit,5.to.57.a. oleũ, imago claritatis est,& esca luminis,7.tom.331.a.

oleum chrismatis in baptismate,5.tom.491.a.

oleum sub aqua esse non potest, sic creator non potest esse sub creatura,6.tom.152.f. oleum de amaritudine surgit radicis, & in pabulũ luminis & in medicamẽtũ vulnerum,& in refectionẽ esurientium,in cacumine crescit,6.to.152.f. oleum viuũ & verum,quod,8.to.85.a. oleum in lampadibus, quid,6.tom.122.e. oleum salutare, & exultationis,5.tom.58.e. oleo abstinendum, vt feruetur castitas,9.to.16.f. olei duo filij,5.to. 543.a. oleũ peccatoris,5.tom.58.e. oleum simulatum hæreticorum,4.to.817.b.& 5.to.58.c. olei instar flumina currere apud Ezechielem, est imperturbata, & clara ita currere, vt veri luminis sint nutrimentum,4.to.in cap.32.Ezech. duæ spicæ oliuarum, siue duo filij olei apud Zachariam,aut duo sunt testamenta,aut sacerdotium & regnum, aut Enoch & Elias, aut secundum aliquos Filius & Spiritus sanctus,5.tom.in cap.4.Zachariæ. oleo tunc vngimus caput, cùm mẽtem,& principale cordis virtutibus & bonis operibus exercemus,6.tom.18.f.

qui baptismi chrisma perdiderunt,leprosi exemplo illud reparare possunt per pœnitentiam,5.tom. 454.d. oleum vnctionis quo prophetæ, sacerdotes & reges vngebantur, habent sancti, de quibus dicitur, Filij tui sicut nouellæ oliuarum: habet & bona oliua,in qua oleaster noster insertus est,5. to. 160.e. hæretici conantur veritati miscere mendacium,& se hoc oleum profitentur habere:verùm sicut oleum omnibus liquoribus supernatat, nec eis miscetur,ita veritas mendaciis eorum non cõfunditur,5.tom.ibidem. habent hæretici oleum, quod de veteris & nouę scripturæ testimoniis violenter exprimunt,& quasi in refectionem deceptis & lassis mentibus pollicentur:sed detestatur illud sanctus,& dicit,Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum,5.tom.515.a. est vngutum seu oleum vnum quo sacerdotes vngebantur:aliud quo reges:tertiũ spiritale & exultationis,quo Christus vnctus est, cæteris præstãtius,5.t.454.d. Is qui ad profectũ virtutũ tendit,& vnctionem augere cupit,de leprosi oleo migrat ad oleum populi,atque sanctorum:& à sacerdotibus transcẽdit ad chrisma pontificis:& à põtifice ad regem:à rege ad patriarchas,& à patriarchis pergit ad Christum,& vngitur oleo exultationis:quo qui fuerit linitus, vnus cum Deo efficitur spiritus, & vbi pater & filius est, ibi etiam ille erit. Verùm hoc rarum est, & sunt vota credentium,5.tom.454.d.

Olfactoria mulierum,4 tom.34.c.

Oliua vmbrosa & nemorosa quæ sit,5.to. 605.b. oliua,hoc est,deus pater omnipotens,5.tom. 460.f. oliua in scripturis diuinis aliquando homo significatur:aliquanto populus seu bonus seu malus,8.to. 42.f. oliua in bonam & malam partem accepta, 7.to.159.c. oliuæ ænigma expositum, 5.to.46.b.

oliuarum duę spicæ,5.tom.543.a. oliuæ duæ super candelabrum positæ,legem & prophetas significantes,5.tom.540.d. oliuæ duæ legẽ & prophetas significantes,& aliæ duæ legem & euangelium, 5.tom.540.d.& f. oliuæ.i.Apostoli,4.tom.112.f.

oliuæ diaboli quæ,7.tom.128.e.

Oliueta hæreticorum non sunt de bonis oliuis, sed oleastris,5.tom.239.c.

in Oliueti monte sunt domini vberes oliuæ, 7. to.288.d. de oliueti monte, & non aliunde, cur Christus in cælum ascendet, 7. to.278.c. oliueti montis mysteria,7. tom.278.c. hic est ascendendus in spiritu, 7. tom. 288. d. oliueti mons, vnde Saluator noster ascendit ad patrẽ,summus totius Iudææ montium est,4.to. 1170. e. hic mons est ad Orientem cõtra Hierusalẽ,super quo gloria domini in signum resurrectionis & luminis Ezechielis apparuit,4.tom. in x 1. cap. Ezechielis. in hoc mõte posita erat Bethphage, sacerdotum viculus: vnde Christus duos discipulos Hierusalem mittit, 6.tom.94.e. & de quo ita scribitur in Zacharia. Et stabunt pedes eius(domini scilicet) in die illa super montem Oliuarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem.Et scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad Oriẽtem & Occidentem, præruptu grandi valde. Et separabitur medium montis ad Aquilonem,& medium eius ad meridiem. Zach.14. 5.tom.605.b.

Olla moraliter expositã,7.to.324.f. olla,id est, Samaria,quod interpretatur,tabernaculum, 4.tom. 883.c. & .884.f.

Olympiades Græcorum quo tempore cœperũt, 5.tom.112.e.

Olyra,animalium brutorum pabulum, 4 . tom. 751.a.

ὁμίχλη, 7. tom. 421. c.

Omnis ponitur interdum pro aliquibus, seu pro maiori parte:cuiusmodi est illud. Omnes declinauerũt:Omnis homo mendax: Omnes quæ erunt quę sua sunt. 6 tom. 373. b.c. omnis terra secundum idioma sacræ scripturæ, non omnem orbem, sed omnem terram prouinciæ,de qua sermo est, significat, 4.to. 98. d.

ὁμώνυμα, quæ sint, 6. to. 519. b.

ὁμόσια, easdem habent operationes, 6. to. 495. c. ὧν interpretatur dolor, 5. to. 161. b.

On ℵN, eadem quæ & Heliopolis Aegypti, 4.to. in cap. 43. Ezechiel. A filiis Israel hanc vrbẽ constructam fuisse, lxx. arbitrati sunt: Quod Hieronymus in libro de locis Hebraicis negat: asserens antequam Iacob Aegyptum ingrederetur,fuisse vrbem: eiúsque sacerdotem Patefrem patrem Asenet nominat. Hac in vrbe Dionysius Areopagita & Apollophanes philosophus versãbatur, cùm deliquium illud solis,contra naturam ipsam, passionis Christi tempore, accidit: vt ipsemet Dionysius refert.

Onager solitarius 5.tom.133. onagri quid allegoricè,8.tom.65.c. onagri nomine populus Iudæorum intelligitur.8.to.139.a.

Onesimus,Philemonis seruus, fugam furto cumularat:tandem à D.Paulo in carcere baptizatus, & c.6.tom.476.f. Onesimus interpretatur,respõdens, 6.tom.482.d.

Onias,tres huius nominis,qui summi sacerdotes fuerunt 4.to.1149.b. Onias sacerdos verbis Esaiæ non bene intellectis motus, Ptolemæi permissu tẽplũ in Aegypto,quo cũ multis Iudæorũ millibus fugerat, cõdit instar Hierosolymitani, 4.tom.175.a.

vrbs ipsa,vbi conditur,Oniæ vrbs appellatur,4.t. 1161.c. quæ in regione Heliopolitana posita erat. ibid. Hac occasione infinita examina Iudæorum eo confugerunt,& vrbs Cyrenæorum multitudine repleta est,ibid. permansit templũ vsque ad Vespasiani imperium:annis scilicet ducentis quinquaginta,ibid. tunc Iudæis cum Romanis pugnantibus vrbs vsque ad solum diruta fuit, ibid. Iosephus libro decimotertio antiquitatum cap.4.& in libris de bello Iudaico,latè hanc historiã prosequitur: obtinuit autem locum, qui dicebatur agrestis Bibaste,in oppido Ienonum,in Heliopolitano territorio, à Ptolemæo Philometore,& Cleopatra regina. Fuitque hic Onias,alterius Oniæ principis sacerdotum filius, Onias primus, secundus, & tertius Iudęorum pontifices, 4. to. 1149. a. b.

Onocentauri,4. tom.100. e. onocentauri cur, & vnde ita dicti,4.to. 144. d. onocentaurorũ cur in sacris scripturis fit mentio, cùm gentilium sit fabula, 6. to.293. b.

Onocrotalus, 7. to. 299. b. onocrotalorũ duo genera, 5. to. 484. In desertis habitat locis: & mystice idololatram significat, 4.to. 619. b.

onocrotali quid tropologicè, 4. tom. 266. f.

Onus hebraice משא, non ponitur nisi vbi quid triste prædicitur. 4.to.619. b. vbicunque præponitur,minarum plena sunt,quę dicuntur.

Onus proprium vnusquisque portabit, 6. tom. 333. a.

Operarius est suo cibo dignus, 7. t.47.b. operarios iniquitatis nescit dominus, 6. to. 122. f.

Operatio patris & filij est vna, 8. tom. 549. c.

Opes vbi multæ sunt, multi & qui comedunt eas, 5. to. 36. e. opes bonum appellari non valẽt, 6. to.408.f.

ὀφισόστονος,4.t.224.d.&733.b. morbus cùm cõtractis neruis caput retrò inflectitur sicut cùm in anteriorẽ, flectitur partem,vocatur ἱμαροσόστονος: cùm autem immobile, nullamque in partem flexibili collo,extensum manet, τέτανος appellatur.

Ophitę hæretici, 6. tom. 299. b.

Oppianus Cilix, poëta excellentissimus, ἁλιευτικὰ scripsit,6. to. 1088. c.

Oppressio,iudicium sanguinis est, 4. to. 261.c.

Opprobriũ hominum non timendum, 4. tom. 360.f.

**Opprobria æquo animo ferenda,9.to.589.a.b.c. & seq.**

**Opus nullum bonum sine sapientia, 6.to.175.c.**

opera bona necessaria,6.to.295.c. 7.tom.76.d.

opera bona fidelium,quæ,7.tom.575.c. opera bona absque fide,mortua computãtur, 6.to. 328.e.

opera quomodo iustificant,6.to.292.c. in omni opere primùm considerandum,quid velit deus, 6.to.419.c. opera bona coronam domini merentur,7.to.324.e. per opera bona nostra Christus diabolum superat,7.tom.388.f. opera bona sanctorum,7.tom.209.c. opera bona, sunt ecclesiæ vota,7.to.73.a. opera diuersa diuersa sunt, 6.to.507.a. operum diuersitas,facit præmiorum diuersitatem,9.to.15.d. opera singulorum vel bona vel mala omnibus reuelabuntur,4.tom.1138.e.

opera vitæ digna quotiens facimus, totiens resurgimus,& viuificamur,4.to.1176.e. opera virtutũ,quæ à lumbis ad superiora consurgunt,splendorem habent,atque fulgorem,4.to.775.a. opera,quia per corpus administrentur, aliquo semper errore commixta sunt,5.tom.48.f. opera audit Christus,non vocem:nõ voce, sed opere laudatur, 7.tom.293.b. sine operibus & fide nemo in regnum cælorum intrare potest,7.tom.393.c. operum murus,& antemurale,4.to.692.e. opera sex misericordiæ,7.to.101.b. operum retributio, 8. to.56.f. secundum opera sua, reddet vnicuique deus,7.to.38.c.181.c. opera tenebrarum à luce arguta,manifestantur in lucem,6.to.418.d. opera coitus,quæ significantur in lumbis,vsque deorsum igne purgantur,4.tom.775.a. opera carnis manifesta,6.to.335.b. opera carnis repudiantur, 4.to.366.f. opera carnis excludunt nos à regno dei,6.tom.466.d. operum carnis catalogus, 6.to. 343.a.

Opera bona aut considerantur vti facta ante fidem,propterea que ab homine qui necdum sit filius dei:& tunc nec meritum apud deum,nec mercedem æternæ beatitudinis aliquam habent : Aut perpenduntur vti facta post fidẽ, & ita per dei gratiam,& ab homine qui iam Christo, à quo omniũ meritorum nostrorum origo prodit,copulatus sit, & tunc meritum,& mercedem beatitudinis habẽt. His ita distinctis, facillimè quæ à D.Hieronymo de operibus vtriusque temporis proferuntur, intelliges. Primo enim quæ ille de operibus ante fidem factis: Deinde , quæ de illis , quæ post fidem fiunt,scribat,propriis ipsiusmet verbis ante lectorum oculos ponemus : Vt ex hoc hæretici nostri temporis confundentur,qui fidei operibus tot maledictis & scommatibus detrahunt,& fideles ab illis , per quæ æterna salus à Christo repromittitur, dum in sola fide illam statuunt, retrahunt. Nec moueat quempiam si dicamus, aliquos ante fidem Christi & extructionem templi eius, mediam partem se laboris sui posse percipere:cùm apud incredulos nullus fructus sit bonorum operum . Non enim viginti reponit,& inuenit viginti : sed si viginti repositerit,inuenit decem, id est, mediã partem laboris sui. Iudæi,& ethnici,& philosophi huius seculi,cæteríque, qui sapientiam iactitant : in præsenti tantùm tempore conuersationis suæ , & laboris fructum,& gloriam capiunt : omnisq; spes eorum,& merces futuri sæculi tollitur.Hoc autem ideò fit, ne penitus desperantes contemnant pœnitentiam: sed aliquando conuersi ponant lapidẽ super lapidem,& ædificent templum dei. Quod si in incredulitate permanserint , idipsum medium, quod videbantur habere, perdent. Sequitur enim, Percussi vento vrente,&aurugine,& grandine omnia opera manuum vestrarum. Quidquid autem aurugine,grandine,& vento vrente percutitur , in puluerem redigitur, & fauillam : nihilque in eo, quod ad vtilitatem & ad esum peruenire, inuenitur.Quæ quidem cuncta fecit dominus: quia non est inuentus in eis,qui reuerteretur ad eum. Quod si reuersi fuerint, & ædificauerint templum domini: à die, qua ædificare cœperint, habebunt , quæ prophetiæ sermo subtexit, 5. tom.516.f.& 517.a.

Cæterùm ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis,intelligimus etiam ethnicos,si quid boni fecerint,non absque mercede(scilicet in hoc mundo)dei iudicio præteriri, 4. tom. 940.f.& 941.a. Quidquid ante Christum videbamur habere virtutum,bonorúmque operum,nõ erat frumentum,sed hordeum, & ipsum hordeum non secundum spem,& vota nostra(quod de Isaac legimus) centenas fruges dabat : Sed vix mediam partem laboris nostri ex eo inuenire poteramus,& dicebatur ad nos: Tanta passi estis sine causa, 5.to. 515.f.& 517.a. Antequàm fundaretur domus domini,& ædificaretur templum domini , omnis labor vester irritus fuit. Et tam homines , quàm iumẽta,in agricultura,in mercimoniis , operibúsque diuersis,cassis conatibus frustrabãtur.Foris aduersarij, domi seditio turbabant pacem , & erat vbiq; iustitium ob bellorum frequẽtiam,& insidias domesticas:dum nec frater fratri exhibet fidem , & omnis est inimica propinquitas . Hunc sensum aliis verbis Aggeus propheta comprehendens, ait: Et nunc ponite corda vestra à die hac,& suprà: antequam poneretur lapis super lapidem in templo domini.Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum,& fierent decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas,& fiebãt viginti.Percussi vos vento vrente ,& aurugine , & grandine omnia opera manuum vestrarum: & nõ erat in vobis,qui reuerteretur ad me , dicit dominus.Quod & in ecclesia , & in vnoquoque credentium accipere possumus.Siquidem antequam domus dei in nobis fundamenta iaciantur , & ædificemur templũ deo,& audiamus ab Apostolo : Vos estis templũ dei , & spiritus sanctus habitat in vobis: quidquid boni operis habere videamur, siue rationales,qui appellantur homines,siue simplices qui iumenta dicuntur (Homines enim & iumenta,inquit , saluos facies domine) mercedem non habet apud deum: & sunt in nobis bella,atque discordiæ,& vbique tribulatio , & sine pace Christi, quam ad patrem vadens apostolis dereliquit : impletúrque in nobis domini sententia: Inimici hominis , domestici eius . Omnis enim frater supplantatione supplantat, & omnis amicus fraudulenter incedit , veritatem non loquitur : didicit lingua eorum loqui mendacium. Quod si conuertamur ad Christũ,& templũ eius efficiamur,statim audiemus Apostolũ proclamãtẽ: Vnusquisq; accipiet propriá mercedẽ iuxta op⁹ suũ,5.t.561.f.& seq.

Priusquam fidem Christi quis recipiat, & in eo spiritus sancti fundamenta iaciantur , nullus audire poterit : Est merces operi tuo : Siue ille Iudæus sit, siue hæreticus , siue gentilis : Quidquid boni operis fecerit , nisi in nomine Christi fecerit mercedem sui boni operis non habebit. Videmus hæreticorum virgines, philosophorum rigorem, Iudæorum in escarum varietate obseruantiam: & tamen dicimus iuxta Aggeum, quod comedant , & non satientur:bibant, & non inebrientur:operiantur, & non calefiant, & qui mercedes congregat mittat eas in pertusum sacculum. Postquam verò fidem Christi receperint, & cætera : Vinea , & terra dabunt fructum suum,& cæli dabunt rorem suũ & cætera, 5.to.562.f. & 563.a. Redimentur autem qui voluerint credere, nequaquam argento, & pecunia,sed pretioso Christi sanguine, vt audiant per Apostolos. Gratia vobis,& pax:Non enim ob merita,sed ob gratiam, & fidem Christi , deo reconciliati sumus, 4.tom. 366. d.e. Nequaquam igitur vt legatus,nec vt angelus : sed ipse saluabit eos:qui receperunt salutem non operum merito , sed charitate dei,4.t.457.a. Et scietis quia ego dominus, cùm benefecero vobis. Et dominum Saluatorem tunc magis cognouimus, quando benefecit nobis, & passus est pro peccatis nostris , & pro nobis doluit:Non pro aliquo merito eorum, qui saluantur, sed propter nomen suum.Alioquin viæ nostræ scelera pessima, non misericordiã meruere,sed pœnã, 871.b. 827.d. Si non sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis : gratia magis sumus quàm opere saluati. Nihil enim possumus domino retribuere pro omnibus quæ retribuit nobis, 6. tom. in cap. 2. epist. ad Ephes. Reddidit causas , quare gratia saluati sumus per fidem, & hoc ipsum non ex nobis , sed ex munere dei, dicens. Ipsius enim factura sumus: Hoc est,quod viuimus, quod spiramus , quod intelligimus,& credere possumus , ipsius est : quia ipse conditor noster est, ibidem. Non vt in cæteris epistolis,dei patris & domini nostri Iesu Christi gratiam ponit,& pacem : per quas absque operum merito, & peccata nobis concessa sunt pristina,& pax indulta post veniam, 6. tom.in cap.1. ad Galat. Consideremus autem diligenter,quia non dixerit:volo à vobis discere vtrum ex operibus spiritum accepistis : sed adiecerit ex operibus legis : Sciebat enim & Cornelium Centurionẽ spiritum ex operibus accepisse, sed non ex operibus legis quam nesciebat. Si autem econtrario dicitur:ergo & sine auditione fidei accipi spiritus potest. Nos respondebimus accepisse quidem eum spiritum: sed ex auditu fidei, & naturali lege , quæ loquitur in cordibus nostris,bona quæque facienda , & vitanda mala:per quam dudum quoque Abraham, Mosem,& cæteros sanctos iustificatos retulimus: quam augere deinceps potest operum obseruatio, legis quoque iustitia:non tamen carnalis legis quę præteriit,sed spiritualis:quia lex spiritualis est.Neque verò quia fidem præferimus , legis opera destruimus:nec dicimus secundum quosdam , faciamus mala donec veniant bona : quorum damnatio iusta est:sed seruituti gratiam anteponimus.Dicimúsque quod Iudæi propter metum faciunt , id nos facere propter charitatem. Illos seruos esse, nos filios:illos cogi ad bonum,nos bonum sponte suscipere. Non igitur ex fide Christi licentia nascitur delinquendi:sed ex dilectione fidei voluntas boni operis augetur:dum bona ideo facimus,non quia iudicem formidamus , sed quia scimus ea ei placere in quem credimus, 6. to.293.c. Loquens postea de operibus aut malis,aut non perfectè bonis:seu de homine qui bonis operibus , mala alia immixta simul habeat,ita scribit. Si nostra consideremus merita , desperandum est. Si autem tuã clementiam,qui flagellas omnem filium, quem recipis,audemus preces fundere. Tu enim pater noster es, 4. to. 464. f. Quod si propheta turbatur ad iram dei, & quia turbatus est, impetrat misericordiam : qui nos sperare , imo timere debemus : quorum omnia opera dei digna sunt ira, 5. tom. 443. b. c. Quod autem fides sola non sufficiat, sed ad æternam salutem consequendam necessaria sint etiam fideli homini bona opera : eáque & meritum habeant,& mercedem, nunc audiamus. Et ponetur in ea murus & antemurale. Murus bonorum operum , & antemurale rectæ fidei : vt duplici septa sit munimento. Non enim sufficit murum habere fidei,nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur,4. t. 204.d. Tunc filij eius,siue paruuli (vt Lxx. transtulerunt) in humeris portabuntur , & super genua consolationem accipient. In humeris,de quibus & in priori prophetia dictum est , & quos Iacob interpretatur filio suo Isachar : Quia supposuit humerum suum ad laborandum , & vocatus vir agricola : Sudore enim , & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus. Vnde & ad Sion per Hieremiam dicitur : Da cor tuum in humeros tuos : vt à mandatis intelligat dominum, imitans eum de quo scriptum est. Iesus cæpit facere , & docere : vt non otiosa sit fides , sed per opera currat ad præmium,4.to.490.f. Apostolis, de quibus supradictum est : Ipsi videbunt gloriam domini, & decorem dei nostri , præcipitur vt confortent manus in gentibus dissolutas,& genua debilia roborent : Vt qui prius manibus dissolutis opus dei facere non poterant , & aridã habebant dexteram,extendant eam ad bona opera. Et qui dudum inter idola diuersis erroribus claudicabant, firmo super veritatem incedant gradu,&pusillanimes, siue formidolosos in fide domini confirmantes,faciant non timere : vniúsque dei metus , vniuersi erroris expellat timores. Causa autem est securitatis, atque constantiæ:quia venturus est Christus,cui pater dedit omne iudicium, & reddet vnicuique secundum opera sua, 4. tom.268.d. Nihil longum est quod finem habet, & omnis retro temporum series transacta non prodest : nisi forte bonorum operum sibi viaticum præparauerit : quæ semper ad futura, imò ad æterna respiciunt , & nullis terminis coarctantur, 4. tom. 773.a. Non quod resurrectio negetur hominum, & omniũ qui versabantur in terra : Sed nequaquam erit terrena conuersatio , & pristinæ vitæ status : cùm ad hoc humana resurgant corpora , vt animæ eisdem,quæ prius deposuerant, corporibus vestiantur, & recipiant à deo siue bona, siue mala,quę egerunt super terram, 4. tom. 199.a. Quandiu non exerces iudicia tua semper terrã,& nec bonis bona,nec malis retribuis mala: iustitia tua ô domine deus ignoratur in terra. Cùm autem iudicij die pro qualitate operum vnicuique reddideris quod meretur, tunc iustitia tua cognoscetur in orbe terrarum : quæ priùs apud incredulos videbatur iniusta, 4. tom. 207.a.b. oppresso igitur Antichristo, & spiritu Salua-



Saluatoris extincto,saluabitur populus , qui scriptus fuerit in libro dei:& pro diuersitate meritorũ, alij resurgent in vitam æternam , & alij in opprobrium sempiternum, 4. to. 117. b. Ille ingreditur portas domini,qui custodit iustitiam in bonis operibus, & seruat,siue amplectitur veritatem in fidei veritate:vt per bona opera , & fidem perueniat ad pacem,quę omnem sensum exuperat : & ipsam pacem mereatur accipere, quia credidit in deum, qui æternus bonorum operum retributor est. Vnde & in alio loco scribitur : Desiderasti sapientiam : serua mandata , & dominus tribuet tibi eam. 4. tom. 205. a. Alij vero in regno cælorum explendum putant,quando erit vera lętitia, & vnusquisque recipiet secundum meritum suum : ac nequaquam dominum in humilitate conspicient, sed in habitu sentient iudicantis:quando veniet super nubes cũ angelorũ multitudine,vt reddat vnicuique secundum opus suum, 4.tom.579. e. f. Ne putes (inquit) boni operis non esse mercedem , si sanctos quosque meos de numero peccantium tuis sermonibus segregaueris:eris quasi os meum,& meis præceptis copulaberis, 4. tom. 580. e. f. Hócque in præsenti loco dicitur, quod nequaquam peccatis patrum in æternum offenderit Israel : sed propriis meritis, & fide in Christum post tempora multa saluetur, 4. to. 66.f. 661. a. Nec ignis vsque ad pedes dicitur,nec splendor electri vsque ad caput: sed deorsum,& sursum : vt tam in peccatoribus, quàm in sanctis , pro diuersitate meritorum, alius vsque ad illud,& illud membrum:alius vsque ad illa,& illa perueniat , 4.to. 774. e. f. Frustra quis vocem domini dei sui audire se dicit, & confidere in domino,quando operibus fidem destruit,& magis mammonæ iungitur , quàm domino deo suo: & duplici corde accedit ad eum, & duobus dominis , sæculo, & deo militare posse se credit, 5. tom. 488. e. f. Domus nostra , quæ cum statu hominis erecta est, & habitatio,quam habemus in cælis , si pigri simus,&ad bona opera tardiores,humiliabitur. Et omnis contignatio,quę debet culmen portare in sublime , ad terram corruens , habitatorem suum opprimet, 5. tom. 67.a.b. De hæreticis facilis est intelligentia : quod quanto plures fuerint tãto magis delinquãt deo,& glorientur in populis, & idcirco decipiant infelices : vt peccata populi comedant, & per dulces sermones deuorent domos viduarum. Cùm enim viderint aliquos delinquentes, aiunt nihil aliud quærit deus, nisi fidei veritatem : quam si custodieritis,non curat quid agatis, 5. to. 105.a. Qui saluator credentium iudex est omnium, vt reddat vnicuique secundum opera sua : Iustis præmia, peccatoribus æterna supplicia, 4. to. 452.e. f. Oleum habent virgines,quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum quæ videntur simili quidem fide dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt, 6. tom. 121. b.

Si ergo omne mandatum recapitulatur in eo quod dictum est,diliges proximum tuum tãquam te:fides autem per charitatem operata valet plurimum : manifestum est operationem fidei,plenitudinem mandatorum omnium continere. Quomodo autem iuxta Apostolum Iacobum , fides absque operibus mortua est:sic absque fide, quamuis bona opera sint,mortua cõputãtur. Qui igitur in Christo non credunt,& sunt probis moribus , aliud quid magis habent , quàm opera virtutum. Exemplum fidei quæ per charitatem operatur,de euãgelio illa meretrix tribuat : quæ cùm in domo Pharisæi accubanti domino pedes lauisset lacrymis , terssisset crinibus, linisset vnguento , & Pharisæo murmuranti dominus parabolam quinquaginta , & quingẽtos denarios debitoris proposuisset,adiecit.Propter quod dico tibi : dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum : & ad ipsam mulierem conuersus ait. Fides tua te saluam fecit : vade in pace. Apertè enim in hoc loco demonstratum est , mulierem istam habuisse fidem per charitatem operatam : quæ multum valuerit in Christo, 6. to. 328.c.

Spes vero iustitiæ Christus intelligendus : quia ipse est veritas, patientia, spes, iustitia, omnésque virtutes : cuius nos secundum expectamus aduentum : quo iudicaturus est omnes , & iam nõ in patientia, sed iustitia affuturus : vt reddat vnicuique secundum opera sua,6.tom. 327.a.b.

Hoc non de auaritia,sed de timore respondent. Vnúsquisque enim pro operibus suis mercedem recipiet : neque possunt,in die iudicij aliorum virtutes aliorũ vitia subleuare,6.t.122.d. Desiderasti sapientiam, serua mandata , & dominus dabit eam tibi. Qui enim mandata in opera verterit, seminat in iustitia,& metet ex ea fructus vitæ, 5. to. 150.f.

vnde ait,Euidens fiat in agnitione omnis boni , siue (vt in Græco melius habetur ) efficax : ἐνεργὴς enim propriè transferri potest , efficax , siue operatrix. Vt non solum fidem nobis, & charitatem in deum,& in sanctos eius sufficere posse credamus: sed id quod credimus,opere compleatur , 6. tom. in cap. 1. epist. ad Philemonem, Porro secundũ tropologiam, & ad nos dicitur, qui nunc in Iesum Christum credimus(si tamen credimus,& opere fidei ostendimus veritatem)vt reuertamur mente ad illud tempus,quando gentiles eramus,quotidie vitiis seruientes,nec extruxeramus in nobis templũ deo, 5.to. 515.b.c. Si quis è nobis bona operatur & digna mercede,quam nobis redditurus est dominus , de quo dicitur. Ecce dominus, & merces eius in manu illius, reddere vnicuique secundum opera sua , & illud Apostoli. Si cuius opus manserit,quod superædificauit, mercedem accipiet : hic congregat conseruandas, mansurásque mercedes , & virtutibus virtutes semper adiungens,coaceruat pecunias in sacculum non pertusum. Qui autem post bona opera, non semel & bis,sed frequenter peccat, & præteritam charitatẽ sequentibus vitiis obscurat, & sordidat:iste in pertusum sacculum pecuniam congregat,5.to.504.e.f.

Si quando videris inter multa opera peccatorum,facere quempiam nonnulla quæ iusta sunt: non est tam iniustus deus, vt propter multa mala, paucorum obliuiscatur bonorũ:sed faciet cum illa tãtum metere,quæ in bonam terram seminauerit, & in sua horrea congregare, 5. tom. 503.b.

Fient autem omnia quæ promissa sunt, si dominum audire voluerint , & acta pœnitentia in bonis operibus manserint,5. tom. 554. d. e.

Volumen autem volans ostenditur, in quo omnium peccata descripta sunt : vt vnusquisque recipiat secundum opera sua,siue bonum, siue malum , dicente Daniel , Throni positi sunt , & libri aperti sunt, 5.tom. in cap. 5. Zachar.

Iudicium sedit,& libri aperti sunt.Conscientiæ, & opera singulorum in vtramque partem , vel bona,vel mala omnibus reuelantur. Bonus liber ille est,quem sæpe legimus,liber viuentium. Malus liber,qui in accusatoris tenetur manu:qui est inimicus & vindex : de quo & in Apocalypsi legimus: Accusator fratrum nostrorum,4.to.1138.e. Venit ergo dominus , vt opera,& cogitationes cõgreget singulorũ. Ex quo discimus non solũ opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas,& paulò infrà:Vt cogitationes nostrę omnes vno tẽpore cõgregatæ,iustũ iudicẽ probẽt:dũ aut accusat nos nostra conscientia:aut satisfacit pro delicto , vtrũ plura sint peccata,an bona opera,& vtrum vetera, an noua: vtrum deleta pœnitentia , an nouis sceleribus instaurata,4.tom.in cap.vltim. Esaiæ.

Cæterùm nos montem Sion , & matrem primitiuorum,atque sanctorum interpretemur ecclesiã, quæ ædificata est in passione domini , & resurrectione,& quotidie ædificatur ab eo,qui nouit mẽsuras,& merita singulorum, 5.tom. 530.f. Ecce merces eius cum eo,& opus illius coram eo: iuxta quod ipse dicit in euangelio: Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui,& reddet vnicuique secundum opus suum,4.to.proœmio in Ionã.

Quod si iuxta vtramque interpretationem semper benefeceris , & omni ætati æqualem cursum habueris,videbis deum patrem , dulcissimum lumen:videbis Christum solem iustitiæ,5.to. 71.a.b.

Iturus ad dominum(Ezechias)narrat opera sua: quomodo ambulauerit coram eo in veritate,& in corde perfecto.Fœlix conscientia,quæ afflictionis tempore bonorum operũ recordatur. Beati enim mundo corde:quoniam ipsi deum videbunt, 5.to. 392.f.393.a. Quod autem præcipit.Dicite fratribus vestris,non simpliciter accipiendum est : alioquin multi fratres vocant,& in corde non retinent charitatem:de quibus scribit Apostolus: Deũ confiteantur se scire,operibus autem negant.De quibus & dominus loquebatur : Non omnis qui dicit mihi,domine,domine , intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei , qui in cælis est.Sicque stare potest illa sententia : Nemo dicit, dominus Iesus,nisi in spiritu sancto . Nam cùm hæretici dicant dominum Iesum,& multi in resurrectione dicturi sunt: Domine,nónne in nomine tuo prophetauimus , & virtutes multas fecimus? Respondebit eis dominus; Recedite à me : nescio vos,operarij iniquitatis. Ergo dicere non sermone,qui facilis est,sed affectu,& operibus comprobatur,4.to.486.f.& seq. Sed quomodo sanctorum merita descendunt ad posteros,sicut Dauid,& cæterorum: sic peccatorum flagitia,si liberi,nepotésque similia gesserint,ad posteros perueniunt,4. to.576.d. Quod si aliquando propter Abraham, & Dauid in posteros eorum misericordiam suam dominus pollicetur:notandum quod non his parcat,qui in sceleribus perseuerent,sed qui agũt pœnitentiam,vt merita patrum filiorum adiuuet cõuersio,4.tom.809.a. Sic & fides si non habeat opera,mortua est in semetipsa. Sed dicit quis : Tu fidem habes,& ego opera habeo:ostende mihi fidẽ tuam sine operibus,& ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.Tu credis quoniã vnus est deus: bene facis:& dæmones credunt & contremiscunt. Vis autem scire,ô homo inanis,quoniam fides sine operibus otiosa est?Abraham pater noster , nónne ex operibus iustificatus est , offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius,& ex operibus fides consummata est?Et suppleta est scriptura,dicens : Credidit Abraham deo,& reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est.Vides quoniam ex operibus iustificatur homo,& non ex fide tantũ. Similiter autem & Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est,suscipiens nuncios,& alia via eiiciẽs. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Iacob.2. opera bona auxilio gratiæ dei à nobis fiunt.

ὄφελος,ambigua dictio,4.to.369.c.

Orare pro eo,qui peccauit ad mortem, stultum, 4.to.573.c. orans debet parum loqui:deus enim non verborum,sed cordis est auditor,6.to.17.b.

Orandum magis inclusa pectoris cogitatione, labiísque compressis,&c.6.to.17.a.b. orandum pro persequentibus nos,6.to.13.c.16.e. orandum ter in die,& quibus horis,4.tom.1132.d. orantes à deo non exaudiemur , nisi pura conscientia deprecemur,7.to.163.c. orauit Christus pro falsis fratribus,7.tom.169.c. oratio Christi in cruce,7. tom.326.f.327.a. orat non diminutio deitatis, sed infirmitas carnis,7.to.50.f.

Oratio ac deprecatio differunt,7.to.50.c. oratio munda,quæ,7.to.163.a. oratio deo grata, qualis,9.to.4.b. oratio multorum plus est,quàm vnius hominis,7.to.340.d. oratio pro oris elocutione sumpta,8.to.502.f. orationis vis & effectus,9.to.661.b. orationis grandis effectus,4.to. 1146.d. orationis finis melior,quàm principiũ,5. to.42.c. orationis dominicæ signaculum,6.to. 18.e. orationes per crines significatæ, 4.to.35.b. oratione pestes sanandæ sunt mentis,6.to.174.c.f. oratio Iudæ proditoris versa est in peccatum,4. to.221.c.

Orbis terrarum bifariam diuiditur, 9. tomo. 97. c.

Ordinare charitatem quid sit,8.to.358.d.

Ordo præposterus in generatione Christi, sed necessariò commutatus,6.to.1.a.

Oreb,Madianitarum princeps, occisus est super petram durissimam:vnde locus id nominis habuit, 4.to.85.c. Oreb interpretatur,foramen , in quod coluber ingreditur,7.to.247.a.

Organum hominis,corpus est,7.to.395.c. organi duo sunt genera,9.to.256.c.

Origenes Adamantius laudatur & reprehenditur,9.to.599.b. appellatur seminarium loquacitatis,9.to.430.c.d. Origenis hæreses,9.tom.426. a,b. Origenes Christum esse passum pro dæmonibus fingit,9.to.439.a. Origenis error refutatur de remissione peccatorum post mortem, 8. tom. 203.a. error de angelis,9.to.426.d. error de spiritu sancto,9.to.427.c. item de Christo,ibid. d. item de prouidentia dei,9.to.428.b. item de creatione,9.to.429.d. error de remissione omnium flagitiorum post iudicium,8.tom.176.c.

Origenes vnde duxerit animas,9.tom.429.a.

eius de anima sententia,9.to.571.b. sententia de magia,9.to.442.c.

Orion,signum cæleste , quot & quibus constat stellis, 4. tom. 140.f. armatus auro , 5. tom. 247.c. moraliter expositus,5.to.248.c.

ὄρμημα,impetus,5.to,115.b.

Oromaim, id est, foramen mœroris, 4. tom. 157.a.

Oronia, vrbs fuit Sodomorum, quæ ad preces Loth seruata est, 4.to.107.c.

Oros, deus Aegyptiorum, 4.to.119.a.

Orphani ac pupilli discrimen, 7.to.37.c.

Orphano deus erit adiutor, 7.to.38.d.

Orta omnia occidunt, & aucta senescunt, 9. to. 469.d.

Oryx, quod genus animalis, 4.to.363.c.

Os vniuersum locutum est stultitiam, 4.to.78.e.

os dei quid indicet, 9.tom.151.d. oris fractus est sermo bonus, 8.tom.208.e. os sponsi, est virtus dei, 8. tom.300.f. os diaboli quid designet, 8.to. 156.f.

Osanna quid significet, 6.tom.179.c. 9.to.255.d.

Osanna filio Dauid quid significat, 6.tom.95.c. 96.a.

Oscinum augurium, 4.to.637.c. Oscines aues sunt, quæ canendo, non volando augurium faciũt: ab ore, & canendo voce deducta. Huiusmodi minores fermè aues sunt. Plinius aues in oscines, & alites diuidit: illarum generi oris cantum, his magnitudinem tribuens: addit etiam anni tempore oscines colores ferè ac vocem mutare, repentéque fieri alias: nec temerè ante æquinoctium vernum fœtus facere, aut post autumnale. Ante solstitium autem dubios, post solstitium vitales. Horatius,

*Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu.*

Osculum pacis & amoris est signum, 8. tom. 248.d.

Osee propheta, qui aliter Ause dicitur, 7. tom. 223.b. Beeri filius, 5.tom.83.a.4.c. interpretatur σώτων, id est, saluans, 5.to. 83.b.177.a. contra Ephraim prophetauit, 7.to.226.c. quo tempore est vaticinatus, 5.to.83.c.84.d.

Osee, filius Hela regis Israel, 4.to.271.a.

Osee, rex Israel, captus ac translatus ad Medos, 4.to.748.d.

ὅσιος, 6.to.447.c.

Osiris, deus Aegyptiorum, 4.to.119.a.

Ossa senectutem significantia, 8. tom.54.d.

ossa, id est, animæ virtutes, 7.tom.108.e. ossa, fortes sancti: ossa, virtus ecclesiæ, & sanctorum, 7. to.96.d. ossa Christi, apostoli, 7.tom.71.a. ossa dissipata secus infernum: & ossa fortiora quæ sint, 7.to.402.c.

Ostendere faciem suam quo pacto dicatur deus, 9.to.154.c.

Ostiariorum ordo & officium, 9.to.127.d.

Otho imperauit mẽsibus tribus, & quinque diebus, 4.to.1153.a.

Otiositas est mater omnis concupiscentiæ, immunditiæ, atque peccati, 9.to.613.b.

Otium, peccati Sodomici fuit causa, 4.tomo. 336.d.

Oua serpentum quid allegoricè, 4. tom. 427. a. b.

Ouis, quæ de ouili egreditur, lupi patet morsibus, 6.tom.189.a. oues significant innocentes, 4. to.152.f. oues Cedar, 4,to.437.c. oues Cedar congregentur in ecclesia, 4.tom.438.e. oues frequenter superbia maiorum, & præpositorum iniquitate, de ecclesia pelluntur, 4.to.979.a. oues in parte iustorum stare iubentur ad dexteram, 6.tom. 125.b. oues occisionis terræ Chanaan, 5.to.585.c. oues hæreticorum fœtosæ abundantes in egressibus, 7.to.409.c.

Ozias, cognomento Azarias, indebitum sibi sacerdotium vindicare conatus, lepra in fronte percussus est, 5.to.210.d. Ozias interpretatur, κράτος κυρίου, id est, imperium, vel fortitudo domini, 5.to. 83.c.210.d. Ozias, rex leprosus, 4.to.964.d.e.

Ozias, rex impius, 4.to.53.a.

ὀξυηίρκεια, 4.to.142.c.

P

Literam Hebræus sermo non habet, 4. tom. 1171. a

Pacifica sunt sacrificia, quæ quis offert, vt reconcilietur deo, & cum eo pacem faciat, 4. tom. 1073. b. c. Vocantur hæc Hebraicè שלמים Selamin, 4. t. 1079. c. Septuaginta interpretes salutaria verterunt: vt significetur ipsam reconciliationem pacificorum, salutem offerentium esse, ibidem.

Pactum, quod est Hebraicè ברית, pro testamento ponitur, 4. to. 661. a.

Pacuuius flens, ait Arrio vicino suo: Amice, arborem habeo in horto meo infelicem, de qua prima vxor mea se suspendit: postmodum secunda, iam nunc tertia: cui Arrius: da mihi, inquit, de illa arbore surculos, quos seram, & cętera huius historiæ lepidissimæ legas, ibid. 9. to. ad Ruffinum, ne ducat vxorem, pag. 2. ab initio.

παιδάγωγος, quid sit, & vnde dicatur, & eius officium, 6.to.307.a.

Pædagõgus cur lex Moysi dicta sit, 6. tom. 307. a.

παιδία Cyri, 4. to. 1126. d. Sic enim legit Hieronymus, dum infantiam interpretatur & nõ παίδευαν, id est, eruditionem, ac educationem. Cicero, & alij omnes pro educatione, ac vita accipiunt: quam sententiam ipse quoque Hieronymus alibi sequitur: libro enim primo contra Iouinianum sic scribit. Persarum Regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat: polenta & cardamo, & sale ac pane cibario eos asserens victitare.

Pagani suos deos digitis ostendunt, 7. tom. in psal. 41. vide plura suprà in verbo, Gentiles, & Infideles. Paganorum gehennalis pœna infinito minor est, quàm malorum Christianorum, 9.to. 647. a.

Pala, pro ventilabro, dum ait Amos, 9. cap. 284. d. Ita & dominus miserabilem domum Israël toto orbe dispersit, & concussit in cribro, & ventilauit pala. Pala frumenta in area ventilantur: hinc quod est græce πτύον Matth. v. & ventitilabrum Latinus vertit interpretes, Tertullianus in libro de fuga in persecutione: item Cyprianus in epistola ad Maximum presbyterum, Vrbanum, Sidonium, & Macarium: & in altera ad Antonianum, Palam dixerunt. Qua voce vsus fest etiam D. Hieronymus contra Luciferianos: dum ait. Nemo potest Christi palam sibi assumere: nemo ante iudicij diem de hominibus iudicare: quamuis palmam pro palam ibi legatur.

Palæstinæ ἀλλόφυλοι dicuntur, id est, alienigenæ, ibidem, Palæstina Aegypto & Assyriæ vicina, 4. to.826.f.

Palæstini, quasi Philistini, 4.to.19.a. Palęstini iidem qui Hebraicè Philistim, 4.to.154.d. Palæstinorum quinque ciuitates propter arcæ iniuriam percussæ sunt plagis, 5.to. 214.e.

παλαιστὴ, quod mensuræ genus, 4. tom. 1013. c. & 1043. a. eodem tomo.

παλάτη, palata, ficorum, seu caricarum massa, 4. tom. 762. d. vide 2. Reg. cap. 16. & 1. Paral. cap. 11.

Palatinus, βασιλικὸς: is scilicet, qui est de aula regia, 4. to. 468.f.

Palatium Salomonis templo vicinum erat: qua in re deum offendit, 4. to. 282. d.

Paleæ pro simplicibus scripturæ verbis, 4. tom. 91. b. Paleas Palæstini, ob fœni penuriam, animantium esui præparant, 4. to. 203.b.

Pallium dei, Ecclesia Christi, 9. to. 153. d.

Petrus eccleſiæ caput , 7.to.43. b. ex perſona omnium apoſtolorum profitetur, 6.to. 72. f. in Petri pedibus cunctorum apoſtolorum peccata Chriſtus abluit , 4.tom. 377.c. Petrus omnibus apoſtolis prælatus , 6. tom. 80. f. apoſtolorum princeps, 5.to.239.b. 580.f. & 271.a. Petri prædicatio auditum à Iudæis abſcidit regni dei, 6. tom. 191. a. Petrus eccleſiæ Antiochenæ primus fuit epiſcopus,Romam exinde tranſlatus,6.tom. 288.f. 289.a. Romanã rexit eccleſiam, & poſt eum, D. Clemẽs, 4. to. 372.f. per mare huius ſæculi tranſiuit ad dominum : & qui fide ambulabat , cœpit infidelitate mergi:niſi quòd dextera domini ſuſtẽtatus eſt, 4. to.360.d. Petri feſtiuitas,ad vincula vocata,cur primo die Auguſti celebretur,9.to.271. a. b. c. d. & ſeq. Petrus an deum negauerit,cùm dixit,neſcio hominem, 6.to.136. d. Petri apoſtoli vitam , & ſcripta , lege 1.to. 346.

Maximi ardoris,& fidei in Chriſtum, 6. to. 74.e. In omnibus locis (hæc ipſius Hieronymi verba ſunt) ardentiſsimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum , Dei filium confitetur. Volentem ad paſſionem pergere prohibet : & licet erret in ſenſu , tamen non errat in affectu , nolens eum mori,quem filium Dei fuerat paulo ante confeſſus. In montem cum Saluatore inter primos primus aſcendit: & in paſſione ſolus ſequitur. Peccatum negationis,quod ex repentino timore deſcenderat, amaris ſtatim abluit lachrymis. Poſt paſſionem cùm eſſent in lacu Genazareth , & piſcarentur , & dominus ſtaret in littore , ille non patitur moras : Sed accinctus Ependyte ſuo , ſtatim præcipitatur in fluctus : eodẽ igitur fidei ardore,quo ſemper nunc quoque cæteris tacentibus , credit ſe poſſe facere per voluntatem magiſtri,quod ille poterat per naturam. Iube me venire ad te ſuper aquas.Tu præcipe, & illico ſolidabuntur vndę:leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt, 6.to. 67. c. Sæpe diximus nimij ardoris, amoriſque quàm maximi fuiſſe Petrum in dominum Saluatorẽ. Quia ergo poſt confeſſionem ſuam , qua dixerat. Tu es Chriſtus filius dei viui : & præmium Saluatoris , quod audierat, Beatus es Simon Bariona:quia caro & ſanguis non reuelauit tibi , ſed pater meus,qui in cælis eſt:repente audit à domino,oportere ſe ire Hieroſolymam,ibique multa pati à ſenioribus,& Scribis,& principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere : non vult deſtrui confeſſionem ſuã: nec putat fieri poſſe , vt filius Dei occidatur : aſſumítque eum in affectum ſuum : vel ſeparatim ducit , ne præſentibus cæteris condiſcipulis magiſtrum videatur arguere : & cœpit increpare illum amantis affectu,& optantis dicere. Abſit à te domine. Vel (vt melius habetur in Græco) ἵλεως σοι κύριε , οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. Hoc eſt , propitius ſis tibi domine : non erit tibi hoc. Non poteſt fieri,nec recipiunt aures meæ, vt Dei filius occidendus ſit. Ad quem dominus conuerſus ait. Vade retro me Satana : ſcandalum mihi es : Satanas. Interpretatur aduerſarius , ſiue contrarius. Quia contraria (inquit) loqueris voluntati meę : debes aduerſarius appellari. Multi putant quod non Petrus correptus ſit,ſed aduerſarius ſpiritus , qui hæc dicere Apoſtolum ſuggerebat. Sed mihi error apoſtolicus , & de pietatis affectu veniens , nunquam incẽtiuum diaboli videbitur. Vade retro me Satana. Diabolo dicitur. Vade retro. Petrus audit. Vade retro me, hoc eſt, ſequere ſententiam meam:quia non ſapis ea quę dei ſunt, ſed quæ hominum.Meæ voluntatis eſt,& patris (cuius veni facere voluntatem) vt pro hominum ſalute moriar.Tu tuam tantum conſiderans voluntatem, non vis granum tritici in terrã cadere,vt multos fructus afferat. Prudens lector inquirat,quomodo poſt tantam beatitudinem:Beatus es Simõ Bariona:Et:Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portę inferi non prævalebunt aduerſus eam: Et tibi dabo claues regni cælorum:Et quod ligaueris, vel ſolueris ſuper terram,erit ligatum vel ſolutũ in cælo:nunc audiat.Vade retro me Satana, ſcandalũ mihi es.Aut quę ſit tam repentina cõuerſio,vt poſt tanta præmia Satanas appelletur. Sed ſi conſideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionem, & beatitudinem,ac poteſtatem,& ædificationem ſuper eum eccleſię,in futuro promiſſam,non in præſenti datam intelliget. Aedificabo(inquit)ſuper te eccleſiam meam : & portę inferi non prevalebunt aduerſus eam : & dabo tibi claues regni cælorum: Omnia de futuro.Quæ ſi ſtatim dediſſet ei , nunquam in eo prauę confeſſionis error inueniſſet locum, 6. tom. 74. e. Hoc dicit, quia poteſtas ei Matth.16. promiſſa,poſt reſurrectionem illi data eſt, cùm præſentibus aliis apoſtolis ſecũdum quod Ioãnes euangeliſta refert dixit ei. Simon Ioannis diligis me plus his?Dicit ei,Etiam domine : tu ſcis quia amo te:Dicit ei,Paſce agnos meos. Dicit ei iterum : Simon Ioannis diligis me? Ait illi, etiam domine , tu ſcis quia amo te. Dicit ei , Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò. Simon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus , quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei. Domine,tu omnia ſcis:Tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Ioan. 21.

Poſt



Poſt inuentum ſtaterẽ,poſt tributa reddita, quid ſibi vult apoſtolorum repentina interrogatio , In illa horã acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum , dicentes. Quis putas maior eſt in regno cælorum? Quia viderant pro Petro & domino idem tributum redditum : ex æqualitate pretij, arbitrati ſunt Petrum omnibus apoſtolis eſſe prælatum:qui in redditione tributi domino fuerat comparatus : ideo interrogant,quis maior ſit in regno cælorum. Vidẽſque Ieſus cogitationes eorum,& cauſas erroris intelligens , vult deſiderium gloriæ,humilitatis contentione ſanare. Et aduocans Ieſus paruulum , ſtatuit eum in medio eorum,&c.6.t. 80.f. Abluendo ei pedes, cunctorum Apoſtolorum peccata abluit, 4. to. 377.c. Antequam gallus cantaret, hoc eſt,media nocte Chriſtum negauit:ſed appropinquante die, & mediæ noctis ſuperatis tenebris, gallo lucis nuncio reſonante , fleuit amarè, & intellexit peccatum ſuum : & eo tempore dicere potuit, Ad veſperam demorabitur ſtetus , & ad matutinum lætitia , 4. tom. in 21. cap. Eſaiæ. Quæſtione de legalibus Hieroſolymæ habita , Iacobus eius vrbis Epiſcopus in Petri ſententiam deſcendit , 5. tom. 284. f. Petrus qui antè leuis pendulo greſſu calcabat vndas : poſtquam infidelitate aggrauatus,vorabatur à fluctibus,manu domini ſubleuatur ,t 5. tom.399. c. Antiochiæ primum epiſcopus Petrus fuit mox inde Romã tranſlatus eſt,6. to.288.e.f. Fuiſſe illum Antiochiæ à Luca in Actis Apoſtolorum penitus omiſſum : ſicut & alia multa,quę Paulus fecit,ibidem. Diſpenſatorię& ob ſalutem Iudæorum ſe à gentibus ſubtrahit, 6. tom. 283. a. Diſpenſatoria Pauli cum eo contentio fuit.Vide de hac re in commentariis capitis ſecundi ad Galatas, & ſuprà in verbo , Paulus. Caluus capite fuit , vt Clemens in eius Periodis ſcribit, 6. to. 280. f. Prima eius epiſtola Romæ ſcripta, 4. to. 333.a. Quæ autem alia pro ſedis Apoſtolicæ primatu,& præcellentia Hieronymus alibi ſcribat,& quanti Romanam faciat fidẽ, ipſiusmet verbis,nunc audiamus:in epiſtolis enim ad Damaſum Papam, ita ait. Quoniam vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus,indiſciſſam domini tunicam,& deſuper textam,minutatim per fruſta diſcerpit, & Chriſti vineam exterminant vulpes : vt inter lacus contritos,qui aquam non habent, difficilè. vbi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri , & fidẽ apoſtolico ore laudatam,cenſui cõſulendam:Inde nunc meæ animæ poſtulans cibum , vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi.Neque vero tanta vaſtitas elementi liquentis, & interiacens lõgitudo terrarum, me à pretioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę. Profligato à ſobole mala patrimonio , apud vos ſolus incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fecundo , dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert. Hic obruta ſulcis frumenta , in lolium, auenáſque degenerant.Nunc in Occidente Sol iuſtitię oritur. In Oriente autem Lucifer ille,qui ceciderat , ſuper ſydera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi:Vos ſal terræ:Vos aurea vaſa, & argentea. Hic teſtacea vaſa,vel lignea , virgam ferream , & æternum opperiuntur incendium. Quanquam igitur tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A ſacerdote victimam ſalutis, à paſtore præſidium ouis flagito. Faceſſat inuidia. Romani culminis recẽdat ambitio : cum ſucceſſore Piſcatoris & diſcipulo crucis loquar. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ , id eſt, cathedrę Petri,communione conſortior.Super illam petram ædificatam eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit , peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus, ad eam ſolitudinem cõmigrauì,quæ Syriam iuncto barbarię fine diſterminat:nec poſsũ ſanctũ domini , tot interiacentibus ſpatiis,à ſanctimonia tua ſemper expetere:ideo hic collegas tuos Aegyptios confeſſores ſequor:& ſub onerariis nauibus parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem , Meletium reſpuo , ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, ſpargit. Hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt . Nunc igitur , proh dolor , poſt Nicenam fidem : poſt Alexándrinum iuncto pariter Occidente, decretum, trium hypoſtaſeon ab Ariarum præſule, & Campenſibus , nouellum à me, homine Romano,nomen exigitur?Qui(queſo)iſta apoſtoli prodidere?Quis nouus magiſter gentium Paulus hæc docuit ? Interrogamus,quid tres hypoſtaſes poſſe arbitrẽtur intelligi?Tres perſonas ſubſiſtentes , aiunt. Reſpondemus nos ita credere. Non ſufficit ſenſus , ipſum nomen efflagitant. Quia neſcio quid veneni in ſyllabis latet. Clamamus ſi quis tres hypoſtaſes,aut tria enypoſtata,hoc eſt,tres ſubſiſtentes perſonas non confitetur , anathema ſit. Et quia vocabula non ediſcimus, hæretici iudicamur. Si quis autem hypoſtaſin Vſian intelligens, non in tribus perſonis vnam hypoſtaſin dicit , alienus à Chriſto eſt. Et ſub hac confeſſione vobiſcum pariter cauterio vnionis inurimur. Diſcernite(ſi placet)obſecro:non timebo tres hypoſtaſes dicere, ſi iubetis. Condatur noua poſt Nicenam fides,& ſimilibus verbis , cum Arianis confiteamur orthodoxi : Et in fine epiſtolæ. Quamobrem obteſtor Beatitudinem tuã per crucifixum, mundi ſalutem : per homouſion Trinitatem : vt mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum,ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur auctoritas. Et ne forte obſcuritas loci,in quo dego, te fallat : per baiulos litterarum ad Euagrium preſbyterum, quem optimè noſti , dignare ſcripta trãſmittere : ſimul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare ſignifices . Quia Cãpenſes cum Tarſenſibus hæreticis copulati,nihil aliud ambiunt,quàm vt auctoritate communionis veſtræ fulti,tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent, tom. 2. epiſt. 57. Et de eadem re ad eundem Damaſum rurſum ſcribens , ita ait. Importuna in euangelio mulier , tandem meruit audiri,& clauſo cum ſeruis oſtio, media licet nocte,ab amico panes amicus accepit. Deus ipſe, qui nullis contra ſe viribus ſuperari poteſt , publicani precibus vincitur. Niniue ciuitas, quæ peccato perit, fletibus ſtetit. Quorſum iſta tam longo repetita principio ? Videlicet, vt paruum magnus aſpicias : vt diues paſtor morbidam non contemnas ouem. Chriſtus in paradiſum de cruce latronem intulit:& ne quis aliquãdo ſeram conuerſionem putaret , fecit homicidij pœnam martyrium. Chriſtus , inquam , prodigum filium reuertentem lætus amplectitur : & nonagintanouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanſerat , humeris boni paſtoris aduehitur . Paulus ex perſecutore fit prædicator : oculis carnalibus excæcatur, vt mente plus videat. Et qui vinctos Chriſti famulos ducebat ad concilium Iudæorum , ipſe poſtea etiam de Chriſti vinculis gloriatur . Ego igitur, vt ante iam ſcripſi , Chriſti veſtem in Romana vrbe ſuſcipiens , nunc barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuiſſe ſententiam: quid mererer, ipſe conſtitui . Verùm,vt ait gentilis poëta:

*Cælum non animum mutat,qui trans mare currit.*

Ita me inacceſſibilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt,vt maiora in ſolitudine bella nunc patiar. Hic enim præfidiis fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes ſciſſa eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Monachorum circa manentium antiqua in me ſurgit auctoritas. Ego interim clamito. Si quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt.Meletius, Vitalis , atque Paulinus , tibi hærere ſe dicunt. Poſſem credere , ſi hoc vnus aſsereret. Nunc aut duo mentiuntur,aut omnes. Iccirco obteſtor Beatitudinem tuam per crucem domini , per neceſſarium fidei noſtræ decus, per paſſionẽ Chriſti,vt qui apoſtolos honore ſequeris,ſequaris & merito. Ita te alius ſenex cũ Petro cingat : ita municipatum cæli cum Paulo conſequaris, vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices. Noli deſpicere animam , pro qua Chriſtus mortuus eſt,2.tom.epiſt.58. Si igitur Apoſtolus Petrus, ſuper quam dominus fundauit eccleſiam,& prophetiam, & promiſſionem domini, illo tempore completam memoratur : quo modo poſsumus nobis aliud tempus vindicare?Ad Marcellam contra Montanum,1.tom.epiſt. 54. Quid Ariſtoteli & Paulo? Quid Platoni & Petro? Vt ille enim princeps philoſophorum , ita hic Apoſtolorum fuit . Super quem eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt : quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempeſtate concutitur . Libro primo contra Pelagianos.

φάκος. i.lenticula,5.to.454.d.

Phædon de lupanari à Socrate in Academiam tranſlatus,5.to.85.b.

Phaetontis ſorores in populos arbores conuerſæ,5.to.312.f.

Phagarim ciuitas,quæ interpretatur,ruina,& cineres,4.to.664.d.

Phanuel qui locus , & vnde dicatur , 4. tom. 51. b.

Pharan mons, de quo ſanctus veniet, 4. tom. 344.f. locus eſt vicinus monti Sina , & interpretatur,os videntis,5.to.444.f.

Pharao,apud Aegyptios,nomen fuit regię poteſtatis,4.tom.b.239.c.931.b. Pharao,cognomento Nechaus,Ioſiæ iuſti regis temporibus, 5.to.598.c.

Pharao Nechaus Ioachaz,regem Iudę,captiuum duxit in Aegyptum, 4.tom.607.b. ¦Pharao nolens maſculos viuificari , ſed tantùm fœminas quid ſignificat,5.tom. 16. e. Pharaonis cor quo pacto induratum à Chriſto,8.tom.323. a.b. Pharao ſomniis futura cognouit, 6.tom. 23.a. in iudicium ſui,futura cognouit, 5. tom. 308. d.

Pharao, draco magnus, 4.tom.118.d. dicitur διασπασης, & cur,4.tom.936.e. intelligitur diabolus,7.tom.394. e. & 230. d. Pharao autem qui Moyſi contradixit, & qui in mari rubro ſubmerſus eſt,Chencres(Euſebio teſte)vocabatur,qui vndecimus rex regnauit annis ſexdecim : poſt quem regnauit Acherres Phorao annis octo. Cæteros penes eundem Euſebium legere poteris.Nos enim de Pharaone Chencre , de quo ſcriptura meminit, ſubiiciemus. Moyſes autem Pharaoni σύγχρονος , Inachi & Cecropis temporibus, omnium veterum teſtimonio ( quod Euſebius refert) vixit : hoc eſt , annis quingentis & amplius , ante captam Troiam . Pharao enim fœmineum interfici non vult : quia is fragilis eſt, & facilè interit : ſed maſculinum , quod adultus difficulter occidatur, 4. tom. 209. c. vel quia in maribus robuſta & fortia intelliguntur , in fœminis mollia & formoſa, & quæ virilitatis nihil habeant, 5. to.410.f.

Pharaſim mons,4.to.228.d.

Phares gentium populum ſignificat,qui fratrem maiorem gratia præuenit : propter quem rupta eſt maceria,quæ Iudæos à gentilibus ſeparabat , & ex duobus vnus populus factus, & vnus grex ſub vno paſtore redactus,5.tom.345.a. Interpretatur פרץ Phares diuiſio,ibidem.

Pharetra,quæ carnem à Chriſto aſſumptam ſignificat,5.tom.575.a. Pharetra myſticè humanitas, in qua ſagitta electa Chriſtus abſconditus eſt: ſecundum illud Eſaiæ : Poſuit me ſicut ſagittam electam: in pharetra ſua abſcondit me, 4. tomo. 341.a.b. filiæ pharetræ , de quibus Threnorum tertio, Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ, ſagittæ ſunt,4.tom.700.e. pharetra(de qua Iob trigeſimo,Pharetram ſuam aperuit, & afflixit me) iudicium ſignificat : Quæ clauſa eſt, cùm aut quis non flagellatur, aut qua cauſa flagellatur , neſcitur: Aperta autem pharetra eſt , cùm quis caſtigatur, vel cauſa, ex qua caſtigatur,ſcitur , ibidem.

pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, Hieremiæ quinto,notat artem ſagittandi Aſsyriorum,in ruinam Iudæorum apertam,4.to.530.e.

Phariſæi vnde orti, 4. tom. 69.a. legis notitiam habebant,4.to.6. clauem habebant ſcientiæ, 7.tom. 584.f. Phariſæi doctrinas & mandata docent hominum,6. tom.277.c. vino & ſicera inebriati,4.tom.222.f. Phariſæorum omnis doctrina , ſubuerſio eſt veritatis, 4. tom.428.f.

Phariſæi ſtatuebant proprias traditiones, 6. to. 12. f. lupi,6. tom.35.c. genimina vipetarum, 4. tom. 153.e. exactores, non magiſtri,4.tom.32.d.

Phariſæorum ſcholæ qui ordine ſucceſserunt, 4. tom. 69.a. Phariſæi ſocij Iudæ proditoris, 4.to.12.11.c.d. à Phaſchor hodie dicũtur ſerui dei, 4. tom.599.b. Phariſæorum fermentum cauendum,5.tom. 124.d. hæreſis, & cur ita dicti, 6. tom.106.d.

Phariſæi per Ephraim , vti dei populo contrarij, ſignificati, 4. tom.164.f. Ex Sammai & Hillel,duabus domibus Iſrael, de quibus Eſaiæ, octauo capite ſcribitur , Scribæ & Phariſæi exorti ſunt,4. tom.69.a. Poſt hos, eorum ſcholam per ordinem ſuſceperunt, Akibas Aquilæ interpretis præceptor , Meir , Iohannan , Eliezer , Delphon, Ioſeph galilæus , & vſque ad captiuitatem Hieruſalem, Ioſue,ibidem.

Christus eos suggillat, quòd præcepta dei non seruent, & proprias statuant traditiones, 6. tom. 12. f. Quòd dilatent phylacteria, & magnificent fimbrias, & multa alia faciant, quæ Matthæi vigesimo tertio scribuntur capite, 6. tom. 109. b.

A Pharisæorum fermento cauet, qui traditiones hominum negligit, & legis ac litteræ præcepta nõ seruat, vt mandata dei faciat, 6. tom. 71. b. Et si non faceret, quæ alios docerent, & importabilia onera populis imponerent, quæ ipsi ne digito quidem suo mouere vellent, nihilominus propter sacerdotij & nominis dignitatem, eorum mandatis, monitisque parendum esse, Christus iubet, 6. tom. 109. b. Interpretantur פרצים Pharisæi, diuisi, 6. tom. 106. d. Et spiritus, & angelos, & corporum resurrectionem credidisse Pharisæos (quæ omnia Sadducæi inficiabantur (testis est Lucas Euangelista in Actis Apostolorum capite vigesimo tertio. Quam ob causam se Pharisæum esse, & Pharisæorum filium Paulus Apostolus asseruit. Erant autem Sadducæi Iudæorum hæretici. Pharisæi autem ipsi, & si rectæ fidei, & confessionis inter Iudæos essent, operibus tamen ea quæ credebant, destruebant, cunctáque opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus. Quicunque facit aliquid, vt videatur ab hominibus, Scriba & Pharisæus est, 6. to. 109. b.

Pharus Alexandriæ, 4. tom. 971. b. c. Insula Pharus est, Alexandriæ ponte coniuncta: olim autem, antequam Nilus terram sabulúmque illi adiunxisset, diei noctisque velifico distabat nauigio: Colonia Cæsaris dictatoris facta, è turri nocturnis ignibus nauium dirigit cursum. Ea in insula (quod Aristeas testatur) Lxx. interpretibus locus ad interpretandam legem à Ptolemæo Philadelpho assignatus fuit, quorum cellulas se vidisse Iustinus martyr asserit: Hieronymus hic & alibi eas irridet, non quod eorum cubicula neget, sed quod singulos in singulis latuisse interpretes cellulis, alterúmque dum verteret, de altero ignorasse: cunctos tamen in interpretatione, miraculo quodam, non collatione prius facta, conuenisse, falsum esse dicat: vt clarius præfatione in libros Paralipomenon ad Domnionem & Rogatianum scribit. Libro autem secundo contra Ruffinum ita eadem de re prodit. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint, cùm Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑποφασιστὴς, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint: Sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud interpretem esse. Ibi spiritus ventura prædicit: hic eruditio, & verborum copia, ea quæ intelligit, trãsfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis & Platonis Protagoram & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem, afflatus rhetorico spiritu transtulisse: vt aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuerit, vt quod illi tacuerint, hi scriptum esse mentiti sint. Et post aliqua. Si igitur iis licuit non tenere quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas, quæ vulgo sine auctore iactantur, singulas cellas aperuere, hócque in ecclesiis legitur, quod septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui, inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & (quod his maius est) apostolis auctoribus probem? Huic Hieronymi sententiæ non aduersatur (vt quidam malè existimant) Philo. Is enim libro secundo de vita Moysi, & si idem sensisse omnes septuaginta prodat interpretes, ac veluti prophetasse asseueret: non tamen id sigillatim à singulis, & singulis in cellulis: sed ab omnibus in vnum congregatis, factum testatur, miraculóque id tantùm assignat, quod in vocum ex Hebræo in Græcum translatione, nulla inter eos discordia oborta fuerit, sed concorditer in verbis semper conuenerint. In vna autem basilica (vt Hieronymus asserit) eos conuenientes legem interpretatos, & vsque ad horam nonam quotidie interpretationi pariter incubuisse, donec per septuagintaduo dies interpretatio perfecta fuerit. Si quis latius discere cupit, legat Iosephum libro Antiquitatum duodecimo, capite secundo, & ipsum Aristeam, qui Latinitate donatus vulgò iam circunfertur, à quo Iosephus suam ea de re hausit historiam. Interfuit enim Aristeas, & ad Eleazarum principem sacerdotum missus à Ptolemæo pro tali facto fuit.

Phaschor interpretatur, oris nigredo, 4. tom. 599. a. Phaschor, seu Phashur, percussit Hieremiam, 4. tom. 603. a.

Phase, id est, pascha, 5. to. 522. f.

Phase פסח à transitu nomen accepit, 5. tom. 384. d. e. Est enim phase, id est, transitus domini, Exod. 12. Ante diem autem festum paschæ, sciés Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem &c. Ioan. 13.

Phase, id est, transitus, 6. tom. 126. f. phase azymorum, prima apud Iudæos festiuitas, 5. tomo. 522. f. in phase est hyemis finis, & veris exordiũ, 5. to. 608. e.

φάσματα, 4. to. 222. f. Sic vocant Græci spectra, vmbras, visionésque quæ hominibus præter naturam apparent.

Phashur, id est, pauor, siue translatio, & colonus, seu peregrinus, 4. to. 620. f.

Phasur filius Emmer sacerdos, qui Hieremiam prophetam in carcerem coniicit, 4. tom. 599. a.

Interpretatur פשחור oris nigredo, ibidem.

Mutato nomine vocatus est מגור, id est, pauor, peregrinatio, sublatio, translatio, congregatio, 5. tom. 600. d. Item colonus, peregrinus, 4. tom. 620. f. ponitur pro homine qui aliis tormenta & cruciatus inferat, 4. to. 600. d.

Phatuel pater Ioel prophetæ, 5. to. 177. c.

Interpretatur פתואל Phatuel, latitudo dei, vel aperiens deus, ibidem.

Phatures Aegypti metropolis, 4. tom. 939. a.

Interpretatur פתורים Phatures, panis conculcatio, ibidem. ponitur pro hæreticis, qui panem illum, qui dixerat: Ego sum panis, qui de cælo descendi, prauitate hæretica conculcant, 4. tom. 442. d.

Phatures interpretatur, panis conculcatio, 4. to. 947. c.

φρενασθαι, 6. to. 446. f.

φρενασπαται, 6. to. 349. b. c.

Philadelphia, ciuitas in Arabia, 5. to. 217. a.

Ptolemæus philadelphus qui Arabiam vnà cum Iudæa tenuit, ei postea nomen dedit, 4. to. in cap. 25. Ezech. Arabię philadelphia, & Decapolitanæ regioni adscribitur: regioni autem ab oppidorum numero inditum nomen. Sunt autem illa, Damascus, Opoton, Philadelphia, Raphana, Scythopolis, Gadara, Hippodion, Galla, & Galasa: fertilitate autem celebris est Philadelphia.

Philemon, vir sanctissimus, & fidelissimus, pro quo D. Paulus semper orabat, 6. to. 474. c. interpretatur, mirè donatus, siue os panis, 6. tom. 482. d.

Philippis, vrbs Macedoniæ, 6. to. 443. c.

Philippus, id est, os lampadis, 6. to. 158. d.

Philippus Apostolus, 6. to. 33. a. b. Hic a Bethsaida Galilææ, ciuitate Andreæ, & Petri erat: quẽ inueniẽs Christus post rectum ad se vocauit: eiusque ductu Nathanael ad Christum venit. Ioan. 1.

Philippus Diaconus de quo in Actis Apostolorum scribitur, Spiritus domini rapuit Philippum. 4. to. 458. f. Spiritus, qui eum rapuit, vel angelus intelligendus est: vel spiritus sanctus per angeli ministerium id operans, ibidem. Vnus ex septem Diaconis hic fuit, vt ex actis apostolorũ, cap. 7. & 8. apparet, non ille Apostolus: erat autem è Cæsarea: De quo apud eundem Lucam ita scribitur, Alia autem die profecti, venimus Cęsaream. Et intrantes domum Philippi Euangelistæ, qui erat vnus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quattuor filiæ virgines, prophetãtes: Et cùm moraremur per dies aliquot, superuenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus. Act. 21.

Philippi euangelistæ quatuor filiæ prophetissæ, 4. tom. 803. c. 5. tom. 200. e. & 6. tom. 41. c.

Philippus presbyter, D. Hieronymi insignis auditor, edidit commentarios in Iob, 8. to. 6. b.

Philippus cognomine Arideus, frater Alexandri Magni, Macedonum rex fuit, post fratris obitum, 4. to. 1143. a.

Philippus Tetrarcha magni Herodis filius, & Herodis Tetrarchæ frater, in honorem Tiberij Cęsaris Paneadem vrbem cõdit, & Cæsaream Philippi vocat, 6. to. 72. d. Vide de hac supra Paneas. Et in honorem Iuliæ Cæsaris filiæ, Iuliadem etiam ædificat, ibidem. Bethsaida Galileę oppidum, lacui Genezareth incubans, ex quo Petrus & Andreas & Philippus Apostoli exciti sunt, (vt testatur D. Ioannes primo euangelij sui capite) instauratum, auctúmque à Philippo Tetrarcha Iulias est appellatum: Vide Iosephum libro antiquitatum decimooctauo, cap. 6. Herodiadem vxorem Herodes frater illi aufert: de quo facinore reprehensus à Ioanne Baptista, caput illi obtruncat, 6. tom. 60. d. e. Latè Iosephus libro decimooctauo capite xiij. hanc historiam refert: & nos, cùm de Herodiade scripsimus, tractauimus.

Philippus rex Macedonum cum Anthiocho magno pacem facit, & iunctis viribus ambo contra Agathoclen, & Ptolemæum Epiphanen bellum mouent: sub hac conditione, vt ciuitates, quæ caperentur, regno cui proximiores essent, adiungerentur, 4. to. 1161. c. Hic Philippus, qui Antiochi magni tẽpore Macedonibus imperauit, vixit post Philippum Alexãdri Magni patrem annis plus minus, Cxxv. ni Eusebius, qui id prodit, fallatur. Fuit autem xxxvij. Macedonum rex, temporibus Ptolemæi Philopatoris, & Ptolemæi Epiphanis: imperauítque annis duobus & quadraginta, cui Perses vltimus Macedonum rex successit.

Philistæi, est vocabulum omnium externarum gentium, 4. to. 105. a. b.

Philistiim interpretantur, cadentes potione, hoc est, qui inebriati de calice diaboli ceciderunt, 7. to. 245. c. Philistiim, nunc Palestini vocantur, 4. to. 154. d. 5. to. 214. d. Philistiim depopulatus est Ezechias, 4. to. 105. b.

Philo, vir disertissimus Hebræorum, 5. to. 223. a.

φιλοκολάκυνθος, 5. tom. 324. d.

Philomela, auis ominosa, 9. to. 504. c.

φιλονικείαι, 6. to. 341. c.

Philosophiæ partes, & quo ordine docẽdæ sint, 5. to. 6. b.

Philosophi sunt oliuæ diaboli, 7. tom. 278. c. per pisces significati, 8. to. 32. f. iungunt mendacium veritati, & naturæ bonum multis perdunt malis, 4. to. 1104. c. f. philosophi de deo varia sentientes, quęsierunt deum: sed quia non rectè quæsierunt, fuerunt eorum fatuę quæstiones, putantium deum humanis sensibus posse cõprehendi, 6. to. 464. e. philosophi huius sæculi nõ cantauerunt in viis domini, 7. tom. 397. b. philosophorum stulta sapientia, 4. tom. 731. a. philosophos animales esse, qui cogitatus proprios putabant esse sapientiam, 6. to. 338. e. philosophorũ doctrina magis famem faciebat veritatis, quàm saturitatem, 7. to. 318. e. philosophorum sapientia, maxima pars erroris fuit, 4. to. 320. f. philosophorum dogmata per regiones candentes significata, 5. tom. 16. d. philosophorum lingua aruit, 4. tom. 301. c. philosophorum pecudes, 5. tom. 57. b.

Philosophorum dogmata in ecclesiam introducta, quibus simplices quique seducũtur, sunt simulachra domus Israel, quæ deo displicent, 4. tom. in cap. 18. Ezech. Quid valeat apud homines sæculi eloquentia & sapiẽtia sæcularis, testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Aristoteles, & cęteri oratores, ac philosophi, qui velut reges habentur hominum: & præcepta eorum, non vt præcepta mortaliũ, sed quasi oracula accipiuntur deorum. Vnde & Plato dicit. Felices fore respublicas, si aut philosophi regnẽt, aut reges philosophentur. Quam autem difficilè istiusmodi homines credant in deum, vt quotidiana exẽpla præteream, & fileam de veteribus historiis ethnicorũ, sufficit nobis Apostoli testimonium: qui ad Corinthios scribens, ait. Videte fratres vocationem vestram: quia non sunt multi sapiẽtes secundum carnem: non multi potentes, non multi nobiles: sed stulta mundi eligit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & ea quę erant contemptibilia elegit deus, & cætera. Vnde rursum dicit. Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo. Et, Videte ne quis vos spoliet per philosophiam, & inanem seductionẽ, 5. to. 320. d. e.

Philumene, Apellis hæretici virgo, quam angelus diabolici spiritus impleuerat, 6. to. 275. a.

Angelus enim, cui anathema, multo antea quàm illa nasceretur, Paulus Apostolus dixit, eam impleuit, ibidem.

Intro-



ntroducebat hic Apelles angelum quendam creatorem, gloriosúmque: quem affirmabat esse illum deum Israel, qui in igne Moysi apparuerat: ab eóque Philumænam virginem eius sectatricem afflatam, repletámque mentiebatur. Huius autem rei testis est vltra alios Isidorus libro Etymologiarum octauo. Vide 24. q. 3. c. Quidam.

φλέγμα, pituita, 5. to. 233. a.

Phocæi trili ngues, quòd Græcè, Latinè, & Gallicè loquerentu r: qui & Massiliam condiderunt, 6. to. 297. b.

Phœnicis natura, 9. to. 196. b.

φορβεία, 4. to. 496. f.

Phoroneus rex, 9. to. 507. a.

φωσφὸρ, 4. to. 199. c.

Photini error de Christo, asserentis eum nõ fuisse antequam incarnaretur, 3. to. 187. c.

φωτισμὸς, 5. to. 101. a.

Phryges timidi, 6. to. 292. f.

φθείρουσιν ἤθη χρησὰ ὁμιλίαι κακαί: hunc versum iambicum D. Paulus ex Menandri comœdia sumpsit, 6. to. 450. d.

Phud, fluuius, 4. to. 494. c.

Phul, Assyriorum rex, 4. to. 3. & 5. to. 147. b.

Phud פוד, siue Phul פול, Libya, omnísque Africa vsque ad mare Mauritaniæ appellatur: in qua fluuius hodie qui Phud dicitur, & cuncta circa eum regio Phutensis nuncupatur, 4. to. 494. f. Quem Septuaginta Phud appellant, Esa. 66. Phul Hebraicè nunc dicitur: Genesis autem decimo capite neutro nuncupatur modo, sed פוט: Hieronymus nullam harum lectionem omittẽs, omnes mixtim recenset. Fuit autem Phut filius Cham, & Noe nepos. De quo Iosephus his verbis mentionem facit: Instituit autem & Phut Libyam, Phutos à se vocãs prouinciales. Est autem & fluuius in Mauritania prouincia, qui isto nomine nuncupatur. vnde & plurimos Græcorum historiographorum inuenimus huius fluminis memoriam facientes: & ab adiacenti prouincia quę Phud vocatur, ei nomen impositum. Mutatum autem est ei nomen, quod nũc est, ab vno filiorũ Mizraim, qui Libyus dictus est. Hæc Iosephus libro primo Antiquitatum. Sũt qui in orbe nouo Lud & Phud nomine inueniri asserant regiones, eóque Esaiæ vaticinium trahunt: veluti de his etiam ille prædixerit, quòd ad eas tãdem euangelicæ prædicationis sermo perueniturus esset. Quæ interpretatio experimento ipso probata videtur: de longinquis enim gẽtibus & de vltimis temporibus (subdit enim statim de iudicij die) Esaias loquitur, dum ait: Ad insulas lõgè: ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriã meã. Nec verò absimile est, Libyæ primùm, mox etiam longius præter-gressum, nouas etiam orbis partes originem Phut dare potuisse. Constat quippe in sacris litteris, decimo Genes. capite, eius fratres fuisse Chus, Mesraim & Chanaan. Nullíque in dubium vertitur, à Chus Aethiopes, à Mesraim Aegyptios, à Chanaan Chananæos exortos: ita vt Phut quoq; in oras Aethiopiæ vicinas, quò frater eius Chus commigrarat, contendere post Libyam potuerit. quod etiam Lud Mesraim filius; aut si non ipsi, eorum saltem posteri, facere potuerunt: quando à liberis Noe totum orbem fuisse repletum, nemo Christianorum est qui non fateatur.

Phygellus à D. Paulo exactori traditus, 4. tom. 146. d.

Phylacteria, 6. to. 109. c.

φυρμὸς, 4. to. 770. c.

Physicæ definitio, 8. tom. 290. e. Physica post Ethicam docenda, 5. tom. 6. b. de Physicis scire, est difficile, 5. to. 9. c.

φυκρὸν, medicinæ genus ab amaritudine nomen trahens: Hinc ἱερὰ φυκρὸν, quam sacram, præstantia vocant. De hac Hieronymus loquitur, 4. to. 362. f. Quam autem purgando vẽtriculo à noxiis humoribus, cuiusmodi pituita est, picra (vt Hieronymus asserit) accommoda sit, disertè apud Galenum lib. septimo Methodi legere poteris, Cõficitur autem ex Aloe. Quæ non elota valentius euacuat: elota autem purgat quidem minus, sed ventriculum magis corroborat.

Pietatis scientia, quæ & qualis, 6. tom. 440. f.

pietas, Iesus Christus appellatur, 5. tom. 51. b.

pietas virtutum caput, 9. tom. 445. a. est cultus dei, & impietas, contemptus, 8. to. 633. b. pietas, & vera religio, via regia est, 4. tom. 409. b. pietas regionẽ saluabit, 5. to. 51. b. pietas expectat beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, 6. tom. 459. b. pietas cur feriri dicatur, 9. to. 48. a. absque pietate notitia veritatis non habet æternitatem præmiorum, 6. tom. 440. f.

Piger, quia noluit talentum duplicare, condemnatur, 6. tom. 124. d.

Pigri hominis descriptio, 5. tom. 29. c. pigritia nutrix est egestatis & penuriæ, 8. to. 189. c.

Pigmentorum diuersa genera, 8. tom. 309. b.

Pila, quod genus vasis, 5. to. 471. a.

Pilatus, id est, malleator, 6. to. 197. a. hic Cæsaris imaginem posuit in templo, 6. tom. 116. d. cur lauit suas manus, 6. tom. 138. f. Pilatus ethnicus cõdemnauit Iesum, ibidem d. vitã morti nescius tradidit, 6. tom. 292. d. Ethnicus est, sed causam mortis Iesu in Iudæos refert, 6. to. 138. d. Offert optionem Iudæis dimittendi vel Iesum, vel latronem, non dubitans Iesum potius eligendum, 6. to. 138. d. In eo, & vxore, iustum confitentibus Christum, gentilis populi testimonium est, ibid. Multas liberandi saluatoris offert occasiones, ibidem.

Dicens, Quid enim mali fecit? Iesum absoluit, ibid. gentilium opera purganda fore, in ablutione manuum eius præmonstratum, 5. tom. 91. b. c.

coactus contra Christum ferre sententiam, non damnat oblatum, sed arguit offerentes: iustum esse pronuncians qui crucifigendus est. Vos, inquit, videritis. Ego minister sum legũ: vestra vox sanguinem fundit, 6. to. 138. e. f. Põtius Pilatus, ob Christi mortem toti orbi notissimus, post gratum, qui vndecim annis eam rexerat, à Tiberio Cæsare præses in Iudæa missus fuit. Vir (si Petrus Comestor, & D. Antoninus verum scribunt) natione gallus, patria Lugdunensis: Hic post iniquam, impiámque in Christum Iesum saluatorem nostrum latam sententiam. Post introductam in templi penetralia clãnoctu Tiberij Cæsaris statuam, eáque inde tumultuante populo ablata: Post expensum in aquæductum sacrum templi thesaurum, quem Corbã Hebraï vocant, ingentem Samaritanorum turbã, Caphedone quodam duce, in montem Garisim, tanquam vasa à Moyse ibi obruta inuenturi essent, ascendere cupientem, in Tirathua vico, vbi armati confederant, omnem perdidit: præmisso equitatu, qui montem præoccuparent: Quam ob cædem accusatus à Iudæis apud Vitellium Syriæ præsidem, quod tantum cœtum non contra Cæsarem, sed cõtra ipsum Pilatum, ad depellẽdas eius iniurias, congregatum, peremisset, Romam ad reddendam sui facinoris rationem, Vitellij iussu mittitur: post decimum, ex quo Iudæam rex erat annum. Accessit enim in Iudæam anno Tiberij decimo tertio, quinquennio antequam Christum morti adiudicasset: quippe cùm Christus decimooctauo Tiberij anno passus sit. Decessit autem Tiberius (vt hæc omnia Iosephus refert) antequam Pilatus Romam rediisset: Ex quo, non à Tiberio, vt alij scribũt, sed a Caio Tiberij successore relegatus fuerit, necesse est. Lugduni autem relegatum fuisse cuncti scriptores pro dũt: vt omni dignitate priuatus, in odium, & ignominiam generis sui, ibi inglorius viueret, vbi maximè gloriam appetebat. Insitũ enim à natura omnibus est, honores, dignitatesq; patrio in solo maximè exoptari. Eandem in vrbem Herodem etiam Tetrarcham, & Herodiadẽ vxorẽ in exilium à Caio Cæsare missos, idẽ Iosephus monumẽtis prodidit. Felix oppidũ, quod Christi necis vindictã exoluit, duóque humani generis absumpsit mõstra: ipsúmque quod infaustè genuerat, fortunatè peremit. Scribit enim ex veteribus Eusebius, Pilatum infinitis confectũ calamitatibus propria manu sibi mortẽ consciuisse. Constat eodem auctore post Christi resurrectionẽ Pilatum ad Tiberium Imperatorem de rebus circa Christum gestis scripsisse. Quarũ litterarum exemplar ne pereat, ex vetutissimo Vaticanæ bibliothecę codice, adscribere libuit. Pontius Pilatus Cl. Tiberio Neroni Imp. salutem. Nuper contigit (cuius rei ipse testis esse possum) Iudæos sese ipsos, posteriorésque suos vniuersos per inuidiam crudeli damnatione perdidisse. Cùm enim ex oraculorum promissis, maiorum ipsorum auctoritate receptis, hoc expectarẽt, vt Deus illorũ per virginẽ iuuenulam mitteret, qui iure rex eorũ diceretur, hunc me præsente misit in Iudæam. Is cp omnibus notũ est, cęcis visum restituebat, leprosos mundabat, resolutos neruis curabat, viderunt quoque ipsum dæmonia abegisse, atq; obsessos spiritibus immũdis liberasse: mortuos itẽ ex sepulchris ipsis resuscitauit: obediebant ipsi ventorum turbines, siccis pedib⁹ mare inambulabat. Fecit alia quoque permulta miracula, vt vulgò etiã inter Iudæos & plebẽ, Dei filius diceretur. Principes verò sacerdotũ, æmulatione, & liuore instincti, aduersãbãtur illi, captúmq; illum mihi tradiderunt, emẽtitis sceleribus eum reum faciẽtes, magum appellabãt, atque legis eorum desertorẽ, & contradictorẽ. Quibus persuasionibus seductus ipse, fidẽ querelis eorum adhibui, flagellatúmq; ipsis tradidi, vt pro arbitrio in eum animaduerteret. Crucifixerunt igitur illum, & sepulchro, quo conditus erat, custodes adhibuerunt: inter quos etiã ex meis militibus nõnulli erant, qui tertio die ipsum à mortuis resurgentẽ viderũt. Nequitia autẽ Iudęorum magis hoc facto exarsit: numerarúntque magnam pecuniarum vim ipsis militibus, quatenus discipulos ipsius nocte corpus rapuisse prædicarẽt: acceperuntque hi quidem pecunias: nihilominus tamen publicè vbique professi sunt, atque testantur se visiones angelorum vidisse, ac Iesum illum à mortuis verè resurrexisse. Hęc autem ideo scripsi, ne quis nugis ac mendaciis Iudæorum, si de re gesta aliter loquantur, fidem adhibeat. Vale.

πλησιάζται, 4. to. 646. c.

Pinguis venter nõ gignit sensum tenuem, 9. to. 542. a.

Piratæ, diaboli ministri, 8. to. 44. d. piratis non est dilatio, 5. to. 121. a.

Piscatores & illitterati ad prædicandum euangelium missi, & cur, 6. to. 10. d. piscatores Aegyptij contrarij piscatoribus domini, 4. to. 171. c.

Piscis, in cuius ore inuẽtis est stater mysticè expositus, 6. to. 80. e. per piscem fides intelligitur, 9. to. 585. b. pisces in aquis deficere, 4. to. 117. c. pisces allegoricè, 5. to. 59. c. pisces per anagogen quid, 8. to. 33. a piscium nomine philosophi intelliguntur, 8. tom. 32. f. pisces duo vtrumque testamentum significantes, 6. to. 62. f. piscium genera centum quinquaginta ab apostolis capta, 4. to. 1088. e. piscibus natare deo artificè concessum est, 5. to. 10. d.

Piscina vetus, 5. to. 66. f.

Pistica nardus mysticè, 6. to. 187. b.

Placebo domino, quoniam angelus ero, quoniã in cęlis ero, &c. 7. to. 348. e.

Plagæ quatuor, quibus Iudæorum populus est traditus, 4. to. 576. d.

Plangendum, vt postea saltare valeamus, 5. tom. 22. d.

Plantatio, quam non plantauit pater meus, &c. 6. to. 67. a. plantatio iniqua destruenda, vt plantatio iusta ponatur, 5. to. 473. b.

Planetæ vnde dicti, 8. to. 132. e.

planetę quot annos singuli in suis ipsorũ cursibus conficiendis consumant, 4. tom. 296. d.

Platea quid propriè sit, 4. tom. 717. a. plateæ significant virtutes, 8. to. 50. d.

Platea in bonam partem sumitur: illa Ezechielis 41. qua ad templi ascendit cœnaculum, pro perfectione, qua latior aperitur via, & impletur, quod scriptum est. In tribulatione dilatasti mihi, 4. tom. in cap. 41. Ezech. Plateæ Hierusalem, seu ecclesiæ, quæ habitantur Zachariæ octauo, sunt virtutes, in quibus sapientia agit fiduciali ter, & in murorum summitatibus prædicatur. Vnde & ad dominum Psalmista conclamat. Latum mandatum tuum vehementer. In his plateis dominum Saluatorem sponsa perquirens, loquitur in cãtico canticorum. Consurgã, & circuibo ciuitatẽ in foro, & in plateis eius: donec inueniã eum, quẽ dilexit anima mea. 5. tom. 559. b. c.

Plato non scripsit populis, sed paucis: at apostoli & euãgelistæ omnibus scripserunt, 7. to. 259. c.

πλάτος, 4. to. 713. c.

Plaustrum peccatis oneratum, 4. to. 43. c. plaustra ferrata, quibus paleę conteruntur, 4. t. 203. b. plaustra ferrea, 5. t. 211. c.

Plausus quid sit, 7. to. 145. b.

Pleiades stellæ cur sic dictę, 8. t. 131. c. Pleiadum cur in sacris scripturis fit mentio, cùm gentilium sit fabula, 6. to. 293. b.

πλειαδίαι, 6. tom. 374. f.

Plinius secũdus, orator, & philosophus, 4. t. 386. f.

πλίνθος, & πλινθίον, 4. to. 747. b.

super Plũbi talentũ sedere, impietas, 4. to. 43. a.

Pluuia super omnẽ orbẽ decurrit, 7. to. 289. b.

pluuia & nubes quid significent,9.tom.495.b.
pluuia matutina & serotina quid designent, 8. to.221.c. pluuiæ nomine dei copiosa valde eruditio demonstratur,8.tom.86.d. pluuia spiritualis,5.tom.641.a. pluuia cælestis,& pluuia de terra,5.tom.15.b. pluuia tempestiua,& pluuia serotina quid significat,5.tom.197.a.b. pluuia temporanea allegoricè quid sit,5.tom.119.a. pluuiæ diluuij quadraginta diebus intulerunt orbi naufragium,4.tom.940.d. pluuia voluntaria,quid sit, 7.tom.194.c. pluuiam voluntariam segregabit deus,4.tom.555.a. pluuia,id est,doctrinarũ fons, 7.tom.417. pluuia diabolum significans,6.tom. 23.b.
πνεῦμα ἅγιον,& τὸ πνεῦμα ἅγιον,quo pacto differũt, 6.to.484.c.
πνευματοφορῆν,4.to.513.c.
πνευματοφοροί,magistri,seu prophetæ, qui & quales,5.to.489.a.490.c.
πόα,4.to.512.f.
Poculum æternæ vitæ,7.to.394.c.
ποδήρη,5.tom.535.b.536.c. vna ex octo vestibus pontificis,4.tom.781.c.
Pœnam non statim deus peccatoribus infligit, 5.tom.51.c. pœnæ inferni non longè sunt à morte,8.to.30. pœnę purgatorij & inferni cædè magnitudine vincit, 9.to.690.d. pœna peccatorũ, 9.tom.337.d. pœna gehennalis Christianorum malorum est maior quàm Paganorum,9.to.647.a. pœnæ cur in se militantes dicantur,8.tom. 29.c. pœnæ paruulorum vnde,9.tom.470.c.& 471.a. pœnæ purgatorij quantæ,9.to.690.c.
Pœnitens verus quis dicatur,9.to.284.b.c.
Pœnitentes deus suscipit libenter, 4.to.520.f.
Pœnitentia, secunda naufragij tabula, 4. tom. 31. b. pœnitentia cum fide, ianua est regni, 6.to. 155.a. pœnitentia est duplex,8.tom.532.c. pœnitentia non verbo agenda,sed facto,9.tom.246.c. pœnitentia omnes in integrum restituit, 5.tom. 12.f. pœnitentia fœlix,licet rueris: tamen si egeris pœnitentiam,noua domus dei diceris, 7.tom. 285.c. pœnitentiam in fauilla & cinere agere, 4. tom.704.f. pœnitentiam agentes in tranquillitatem conuertuntur,7.to.320.f. pœnitentia delitias non amat,7.tom.283.b. . ab pœnitẽtia sunt donationes,& vocatio dei, 4.tom.56.d. pœnitentia vera,quæ & qualis,7.tom.369.a. pœnitentia vera quænam sit, 9.tom. 284.b.c. pœnitentia lauachrum vocata,5.tom.15.a pœnitentia sera,periculosa,7.tom.340.e. propter pœnitentiam deus peccata dissimulat,4.to.705.c.
Pœnitentiam dei in scripturis sic debemus accipere , quomodo somnium & iram. Non quod deum pœniteat,aut mutet sententiam, qui loquitur per prophetam: Ego deus,& non mutor. Et cui nos dicimus : Tu autem idem ipse es , & anni tui non deficient. Sed quod nobis ad meliora cõuersis, & ipsum pœniteat sententiæ suæ: vt nec iusto reddat præmia,quæ promisit,si declinauerit ad iniquitatem: nec peccatori pœnas,quas comminatus est,si conuersus fuerit ad salutem,5.tom.237.c.
pœnitentiam agenti statim misereтur deus, 7. to.119.c. pœnitentiam Ioannes Baptista primus populis nunciauit,6.tom.41.b. pœnitentiam agit, qui vult æterno bono adhærere, 6. tomo. 153.c. pœnitentia dei, quæ, 4. tomo.526.f.
pœnitentiam Nouatiani negabant, 5. tomo. 173.a.
Pœnitet deus super pœnitentes,7.to.316.f.
pœnitentem deus suscipit libenter,5.tom.57.c.
pœnitere quo pacto dicatur deus, 9. to. 156.b.
Poëtarum fabulæ sunt ridiculæ, ac portentosa mendacia,5.to.247.c.
Polemo luxuriosissimus iuuenis,atque turpissimus à Xenocrate in sapientissimum philosophum mutatus,5.to.85.b.
πολιορκία,5.to.230.c.
πολυάνθρωπον,quid significat,4.to.512.f.597.c.
Polyandrium,id est,tumulus mortuorum, 6.to. 37.a.
πολύμαθος,Dianæ cognomentum:& cur ista sic vocaretur,6.to.359.a.
πολύῤῥαφον,vestimentum,4.to.822.f.
Poma euangelica,7:to.159.c. poma spiritualia,5.to.19.a.
Pompeius Hierusalem cœpit,& Romanę ditioni subdidit,4.to.753.c. Romanorum primus Iudæam cœpit,& templum,4.tom.1091.a.5.to:593.a. Iudæorum gentem primus Romanis tributariã fecit,4.to.1150.d.
πομῴολυγες,5.to.147.c.
Pondus æquum,est dei voluntas,7.tom.180.f.
pondus & pondus,mensura & mensura,vtrumque apud deum abominabile,7.tom.180.f. pondus graue,& pondus paruum, abominatio est coram domino,5.to.45.b. pondere & ratione omnia facienda, 4.tom.1071.b. pondera sint vera & iusta,4.to.1071.a.
Pontifex octo vestibus erat indutus,4.to. 781.c. pontificis octo vestimenta,7.to.385.c. pontifices Christi vocati,quòd vncti sint,4.to.1148.e.
pontificum summorum à Danielis tempore,vsque ad Christi aduentum , catalogus, 4. tomo. 1148.f.
πόσανα,5.to.99.c.
Populus beatus est,cuius est dominus,deus eius, 7.tom.410.c. populus indoctus,infœlix, 5.tom. 156.f. populus vastatus, atque direptus, 4. tom. 310.c. populus dei quis proprie sit,5.tom.477.a.
populus dei semper humiliatur , semper opprimitur,7.tom.281.a. populus dei semper per huius mundi deserta transducitur,quoadusque in terram repromissionis introducatur, 7.tom. 394.d.e.
populi aquarum nomine intelliguntur, 8.tom. 131.b. populus decem tribuum vocatus est Ephraim,4.to.654.f. populus, arbor infructuosa, 5.to.106.d.
Porcina caro quid significat,7.to.53.b. porcus non recipit ornatum.6.to.21.a.
Porci sunt ij,qui necdum euangelio crediderũt, & in luto incredulitatis,vitiisque versantur, 6.to. 21.a. porcorũ est mos cœno,aut stercoribus pro bonis odoribus vti,7.to.122.f.
πόρος,6.to.68.d.
Porphyrius contra Danielẽ summi dei prophetam scripsit librum,4.to.1101.a.
Porta σκαιὰ apud Troiam,4.tom.1140.e. porta clausa quid mysticè, 4.to.1054.d.1055.b.c. portæ templi mysticè expositæ,4.tom.1053.c.1054.d.
porta interioris atrij templi,quid mysticè, 4.to. 1076.e. portæ tres,per quas homo ad infernum descendit,7.tom.77.b. portæ mortis sunt sensus nostri,8.to.127.a. portæ æternales,fides,charitas & castitas,7.to.77.b.
Non posse aliud est, & aliud nolle, 7. tom. 114. f.
In possessionum emptione lætatur,& in vẽditione lugetur, 4. to. 765.c.
Posteriora Dei quid indicent, 9.to. 157.b.
Potentia est maxima infirmari pro Christo,8.to. 545. c. potentia omnis mundana ad iram Dei, puluis est , fauilla , & cinis , 4. tom. 104. d.
potentia mundana freno similis , 7. tom. 116. f.
Potentes mari,quod nunquam satiatur,comparati , 7. to. 75. c. potentes deo difficilè credunt, 5. tom.320. f. potentes dum carent potentia, facilius supplantantur, 4. to.1113.c.
Potentes potenter tormenta patientur , 5. tom. 13.a. potentium virtutes,refugia ciuitatum,7.to. 143. c.
Potestates aduersariæ cur vocantur cælestes, 4. tom.350.f. potestatibus obsequendum,5. to. 49.c. potestates aduersariæ similes aquis, 8.tom. 37. c. potestatibus sublimioribus obediendum, non solùm propter iram , sed & propter conscientiam, ne condemnemur, ab eis, 4. tom. 637. b.
Potus,qui hauritur de fontibus Israel, accipiendus, 4. tom. 476. e. potus verus quis, 5. tom. 25. a.
Prædestinare idem est quòd prescire, 8. tom. 427. c.
Prædicatio veritatis quale habet habitaculũ, 6.t. 40. f. prædicatio hominem in mente cõpungit, 7.tom. 75. a. prædicatio sermonis Christi in vniuersum orbem cucurrit, 7.tom.221.c. prædicatio Christi grandis, 7.to.222.d. prædicationes verbi dei hominum corda transfigunt, 7. to.141.b.
Prædicator euangelij pericula timere nõ debet, 6.to. 38.f. prædicatores,sunt vitiorum supplantatores,7.to. 342. prædicatores sancti, sunt nubes, 7. to.114. f. prædicatores boni , sunt vitæ portæ, 7. to. 34. b. prædicatores sancti , ora vestimenti Christi, 7. to.140.f. prædicatores sancti,sunt pedes dei,7.to. 94.c. prædicatores sancti sunt oculi Christi, 7. tom. 50.f. prædicatores verbi dei illuminat spiritus sanctus, 7.tom.41.a. prædicatores euangelij quid obseruare debent,4.to.352.f. prædicatorum euãgelij munus & officium,6.to.34.e.f.
prędicatorum differentiæ duodecim,6.to.159.b.
Prædones qui proprie dicantur, 8.to. 65.a.
Prœceptum dilectionis & fidei breuissimum , 4. to. 85.a. præcepta alia dantur ad spirituales, alia ad carneos, 6. to. 313.c. præcepta omnia domini,laborem habent, 7. to.283.b. præcepta dei non sunt impossibilia,6. tom. 16. c. præcepta dei sint in manu nostra, 6. tom. 109. b. præcepto dei omnia exterminabuntur, 7. to. 306.f.
Præmia iustorum, 4.to.323.c. præmij spes , solatium est laboris, 9.tom. 25. d. præmiorum spes minuit laborem,9.to.683.a.
Prœputiũ nihil est,circuncisio nihil est,sed obseruatio mandatorũ dei, 6.tom.326. d. præputium de corde nostro est auferendum , 4.t.1057.b.c.
Præscientia dei non præiudicat peccatores, si cõuerti voluerint,8.to.431.c.
præsidio quicunque indiget,semper opprimitur, 7.to.281.a.
Præstigiis dęmoniacis terrena deluduntur, 4.to. 1108.f.
Præsumptio sui,est principium omnium malorum, 9. to.646.c.
Præteritum quod est, & finem habet , nihil est, 7.to. 277.b. præteritum , pro futuro, 7. to.71.c. præterita ante mundum,& futura post mundum scire non possumus,4.to.52.d. præterita apud nos abscondit obliuio,5.tom.10.f. præterita scire homo non potest,5.to.51. a.
Prævaricator & peccator differunt , 7. tom. 367. b.
Prasinus lapis, 4. to.141. c.
πράξεις, 6.to.445.c.
Preces quando proficiunt, 4.tom. 573. c. Preces & eleemosynæ viuentium prosunt defunctis, 8. to.203.a.
πρεσβύτερος, id est, senior, 4. tom.666.e.
Presbyter nullus ante Abraham fuit appellatus, 4. tom. 27. a. presbyter qualis eligit debeat, 27. presbyter vnus eligendus , & cæteris præponendus , ad quem omnis ecclesiæ cura pertineat, vt schismatum semina tollentur, 6.to. 443.b.
presbyter & episcopus pro eodem, 6. to.443.b.
presbyterum , seu episcopum oportet vnius vxoris esse virum , 6. tom.444. e. presbyteri duplici honore honorandi sunt, 6. tom. 65. f. 66. d. presbyterorum cœtus , est ecclesiæ senatus , 4. to. 128. e. presbyteri bona ecclesiastica dilapidantes , vehementer carpuntur, 6. tom. 428. e. presbyter qui præest monialibus , qualis esse debeat, 9. tom. 617.d. presbyteros constituendi per singulas vrbes episcopi habent potestatem , 6. tom. 443. a.
Pretiosus, pro caro, 4. tom. 141.c.
Priapus idem est , quod Beelphegor , idolum Moabitarum, 5.tom. 106.e.139. b.
Primitiæ ciborum nostrorum sacerdotibus offeruntur , vt nihil gustemus nouarum frugum,nisi sacerdos antè gustauerit, 4. tom. 1066.d.
Primogenitis semper maiora debentur, 6 .tom. 324. c. primogenitum non eum scripturæ vocãt quem fratres sequantur sed , eum qui primus natus sit. 6. tom. 3. f. 4. d. Primogeniti iuxta mysteria scripturarum , non accipiunt hæreditatem, 4. tom. 5. primogenitos plurimos fuisse à domino reprobatos , & iuniores electos in typum synagogæ & ecclesiæ , 4. tom. 915. b. e. Primogenita Israel tantum numerata sunt , 5. tom. 12. c.
Principatus in populos sanguini non deferendus , sed vitæ , exemplum diuinum , 6. tom. 443. a.
Principes vinum non bibant , & c. 5. tom. 125. a. principes manibus vincti, 4. tom. 724. f.
principes gentium , & principes Christianorum quid inter se differunt , 6. tom. 421. b.
principes ambulare sicut seruos super terram. 5. tom. 63. a. principes iuuenes , populi deuoratores , 4. tom. 30. e. principes iuuenes iniquo populo dantur , 5. tom. 66. f. principes iuuenes amant huius sæculi voluptates , 5. tom. 66. f. principes à vino furere cœperunt, 5. tom. 123. b. principum voluntates dominus facit irritas,4.to.394.f. principum cor perlibi, 4.t. 524. d.





principum officium est, sedere in porta domus domini,& ibi negotij & seditionis cognoscere veritatem, 4.to.633.a. principum spiritum tollere potens est deus, 7.to. 218.e. principibus non est fidendum,7. tom.413.b. principibus obsequendum,6.to.461.c.
πρίνος quid sit in historia Susannæ , 4 . tom. 1177.c.
Prisca pseudoprophetissa,4.to.803.c.
Priuilegia singulorum nõ possunt legem facere communem,5.to.308.d.
προβλήματα,4.to.1022.d.
Procas vitiis , quàm nomine , turpior, 5. tom. 210.d.
πρόδρομος,5.to.221.a.
Profectus discipulorum , sunt spiritualia gaudia magistrorum,8.to.533.c.
Profundum significat infernum , 4 . tomo. 60. d.
Promissio stulta deo displicet,5.to.34.c.
non Promittere deo,melius est,quàm promittere,& non facere,4.to.1072.f.
Promurale quid sit,8.to.383.a.
προπάθεια,4.to.848.c.
Propheta euangelistæ non est contrarius, 6.tom. 1.a. propheta cernit in spiritu,quæ ventura sunt, 4.to.526.e. propheta timere non debet , 4. tom. 507.c. propheta pecuniam habere non debet, 5. to.349.c. propheta de Galilæa non surget, 4. to. 255.c. propheta,qui cum impiis comedit, à leone percussus est,5.to.401.c. propheta insaniens homo portans spiritum, 4.to.799.b. propheta pro poëta,9.tom.799.b. prophetæ, montes sancti,7. tom.416.d. prophetæ sunt portæ Sion , 7. tom. 420.d. prophetæ,facies dei intelligitur,eo quòd sciant futura,8.to.45.b. prophetæ sunt nubes, 7. to.56.e.f. prophetæ & Apostoli, ecclesiarum fundamenta,7.to.57.b. prophetæ olim dicebantur videntes,9.to.440.b.& cur,7. t.107.a. prophetæ quo pacto deum viderunt,5. to.163.c. prophetæ, pueri vocati,4.to.70.d. prophetæ vestis,cibus,& potus,6.to.151. c. prophetæ περιπατακόποι, 4.tom. 70.e. prophetæ cur mortui appellantur, 4. tom. 835.b. prophetæ cur obscuri, 7. to.239.a. prophetæ dicuntur ij qui explanant obscura prophetarum,& qui homines exhortantur,8.to.499.b.
prophetæ an intellexerint,quæ locuti fuerint, 6. tom.385.b. quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta sunt , tam Græcorum , quàm Latinorum,& aliarum gentium litteris contineri,4.to. 1103.b.prophetæ nulli post Aggæum , Zachariam , & Malachiam,vsque ad Ioannem Baptistam, 4.to. 347.a. prophetæ consternabuntur,4.to.524.d.
prophetæ habuerunt aliqua , quæ Apostoli non habuerunt,6.to.386.e. prophetæ nulla peccatorũ sorde polluti, nec cauteriatam habentes conscientiam,poterant alios arguere delinquentes, 6. tom. 417.c. prophetæ in signum sunt positi futurorũ 5.tom: 537.c. prophetæ causa populi peccatoris occisi, & hostibus traditi,5.to. 120. d. prophetæ quorum in ecclesia obtinent locum,6.tom.399.b.
prophetæ leonibus comparantur, 4.to. 884.f.
prophetæ erant clausi ante Saluatoris aduentũ, 4.to.1054.f. prophetæ cuncti de maledicto legis per Christum redempti,6.to.301.a. prophetæ & lex vsque ad Ioannem Baptistam, 4.tom.233.c.
prophetæ cur cessarunt in Ioanne Baptista, 8.to. 378.e. prophetæ vngebantur chrismate , 5. tom. 454.d.e. prophetæ,qui vulpium sunt similes,non steterũt in firmamẽto,nec Moysi sunt similes,4.to. 800.f.801.a. prophetæ Baal,prophetæ idolorũ,& prophetæ confusionis,4.to.799.a. prophetæ, pro pseudoprophetis,4.to.678.d. prophetarum arietes,4.to.438.e. prophetarum scripturæ sunt obscuræ,7.tom.56.f. prophetarum mos est futura pro factis commemorare, 8.to. 117.c. prophetarum alij cæsi,alij vulnerati, alij occisi sunt , 6. tom. 181.a. prophetarum spiritus prophetis subiecti sunt,4.to.1.& 8.to.83.c. in prophetarum omniũ ore spiritus mendax,5.tom.196.f. prophetarum duodecim non idem ordo apud Lxx. interpretes, qui in Hebraica veritate retinetur, 5.to.178.a.
prophetarum frequens est vsus,per humanas cõditiones dominum supplicare, 4.to. 721.c. prophetarum consuetudinis est, repentè personas introducere sine vlla præfatione verborum , 4. tom. 1158.d. prophetarum omnium vota in aduentu Christi pendebant,4.to.6. prophetarum coniuratio,4.to.834.d. propheticarum scripturarum profunditas nuntiat profunditatem veteris testamenti,7.to.63.a. prophetarum in animo loquebatur deus,4.t.2. aduersus prophetas pseudoprophetæ inspirabantur diabolico spiritu, 4. to.803.c. prophetamus nunc ex parte,5.t.8.d. prophetãdi multa genera,4.to.617.b.c.
Prophetia omnis post subuersionem Hierusalem ac templi,cõtra scribas & pharisæos est, 4.to.233.a.
prophetiam de Iudæa deus abstulit,4.to.690.f.
prophetia apud Iudæos quando linguam & vocem perdidit,6.tom.61.c. prophetiæ , doctrina, genera linguarum,& curationum virtutes , quasi quædam mœnia sunt mentis , 4. tom. 690.c.
prophetia quot modis intelligi possit,8.to.502.d.
prophetiam omnem in sacris scripturis appellari visionem, 5.to.163.c. omnis prophetia in obscuritate continet veritatem,4.to.1071.a. prophetia nulla post aduentum & passionem Christi, eũ nuntiat venturum,4.to.1152.f.
προσφύλαια,4.to.1021.c.
πρόσφυλον,4.to.1021.c.
Prosperitas stultorum,lætitia est reproborum,8. to.173.b.
προτέλεσμα,4.to.1095.b.
πρόθυρον,4.to.1014.d.
Prouerbium quid sit,5.to.76.f.& 8.to.291.a.
prouerbiorum & parabolarum differentia, 8.to. 165.c. prouerbia Salomonis moralem scientiam continent,9.to.290.f. prouerbia Salomonis quid doceant,& contineant,5.to.5.a.
Prouidentia dei omnia gubernantur, 4. to.552.c. prouidentia à prouidendo deriuatur,8.to.201.b.
per singulos homines prouidentia dei currit: in animantibus verò generalis quædã prouidẽtia est, non particularis,5.to.425.b. scit enim quomodo nascatur piscium multitudo,& viuat in aquis: quomodo reptilia,& quadrupedia oriantur in terra, & quibus alãtur cibis. Cæterùm absurdum est ad hoc dei deducere maiestatem, vt sciat per momẽta singula,quot nascãtur culices,quótve moriãtur : quæ cimicum,& pulicum,& muscarum sit in terra multitudo:quãti pisces in aqua natẽt, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant. Non simus tam fatui adulatores dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus , in nos ipsos iniuriosi simus : eandem rationabilium,& irrationabiliũ prouidentiam esse dicentes. Ex quo liber ille Apocryphus stultitiæ condemnandus est: in quo scriptum est, quendam angelum nomine Tyri præesse reptilibus : Et in hanc similitudinem piscibus quoque, & arboribus, & bestiis vniuersis proprios in custodiam angelos assignatos,5.tom. 425.b. prouidentiam dei & sciẽtiam nihil fugit: errantque qui prouidentiam dei vsque ad rationabilia confitentur, & bruta fortuitis casibus vel perire asserunt, vel viuere, 4.tom.669.c. errant qui prouidentiam dei tollunt, deum nec mali nec boni auctorem esse dicentes : hoc est quòd nec bonis bona , nec malis mala reddat,sed quòd fortunæ cuncta regantur arbitrio, & casu ferantur incerto , 5. tom.in cap. 1. Sophon.
nónne duo passeres asse væneunt , & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro ? Et est sensus . Si parua animalia & vilia absque deo auctore non decidunt , & in omnibus est prouidentia , & quæ in his peritura sunt , sine dei voluntate non pereunt : vos qui æterni estis , non debetis timere quòd absque dei viuatis prouidentia , 6.tom. 37.b.
Proximus quis dicatur , 6.tom. 406.c.& 7. tom. 46.f.
Proximus omnis homo est accipiendus, 4.tom. 851.a.b. proximi sumus nobis inuicem omnes natura,8.tom.287.b. proximum qui diligit , totam legem implet,bona ei tribuens, mala non inferens, 6.tom.339.a.
Prudentia vnde dicta,8.tom.424.d.
Prudentiæ & sapientiæ differentia, 8.tom.317.c.
prudentia vera non à domino perditur , 4.tom. 141.c. prudentia tantùm est rerum visibilium , 6. tom. 366. c. prudentia est tantùm rerum mortalium cognitio , 6.tom.366.c. prudentia sæpè habet malitiam, 5.tom.61.c. prudentiam prudentiũ reprobat deus, 5.tom.16.c.
Prudentes simus ad bonum, & simplices ad malum,5.tom.61.c.
Prunæ peccata purgantes,4.tom.53.c.
Psallere quid sit, 7.tom.416.c. bene psallit, qui cantat in corde , qui in conscientia Christo cantat, 7.tom. 416.c. qui psallit , iam non agit pœnitentiam,sed gratias agit, & benedicit , 7.tom.397.a.
psallit bene,qui implet in opere, quod cantat, id est,quod prædicat, 7.to.101.c. psallendi officium in ecclesia,6.tom.420.e.
Psalmus quid sit,9.tom.601.d. psalmus dicitur, eo quòd à psalterio nomen accepit, 7. tom. 17.b.
psalmus & canticum quî differunt, 7.tom.256.f.
psalmi ideo obscuri sunt,quoniam subitò persona mutatur,7.tom.239.a. psalmorum virtus, 9.to. 601.a. in psalmis omnibus verba sunt sancti spiritus , 7.tom.83.a.b. psalmi omnes ad personam Christi pertinent, 7.tom.17.b. psalmi tres , quorum initium est,dominus regnauit , & ipsorum ratio,7. tom.294.d. psalmorum gradus,7.to.429.b.
per singulos psalmos quidã sunt graduum profectus , 7.tom. 375.c. psalmi quinque graduum, 7.tom.249.c. psalmus septimus graduum,7.tom. 377.c.
Psalmi quatuor,qui oratione prænotantur, 7.to. 267.b. psalteriũ propriè quod genus organi musici,7.tom.426.f. psalterium , enchiridion ab Origene vocatum , 7.tom.17.a. psalterium ex multis chordis compositum est, quarum vna rupta, exterminatur,7.tom.322.e. psalterium Græcè,Latinè laudatorium interpretatur,9.tom.257.d. psalterium Græcum est nomen, quod Latinè organum dicitur, 7.tom.17.b. psalterium & cithara , id est, omnium virtutum chorus , 4.tom. 341.c. psalterium desursum habet cauamen , 7.to.101.b. psalterium in quot libros diuisum, 7. to.132.f.133.a.
psalterij nomen moraliter expositum , 7. tom. 170.f. psalterium inuenit Iubal,4.tom.43.b.
Pseudoapostoli,iniquitatis operarij,transfigurãtes se in apostolos Christi, 271.c.
Pseudochristi, & pseudoprophetæ dabunt signa magna,& prodigia,6.tom.117.b.
Pseudopropheta rebus facit iniuriam, 4.to.641.a
pseudoprophetæ qui dicãtur propriè, 4.to.638.d.
pseudoprophetis meridie sol occidit iustitiæ, 5. tom.8.c. pseudoprophetas disperdet dominus,4. tom.78.f.
ψορέον, 4.tom.61.c.
πτέρνη,calcaneus,4.tom.1085.a.
πτωχοδοκεῖσθαι, 4.tom.1071.c.
Ptolemais vrbs à Ptolemæo Philadelpho in Pentapolitana regione condita est. Ora ob Elephantorum venatus Epitheria cognominata est : iacétque iuxta lacum Monoleum.
Ptolemæi omnes Ægypti reges vocati sunt, ab Alexandro Magno vsque ad Cleopatram , 4. tom. 934.f.935.a.
Ptolemæus Lagi filius cognomento Sother, primus post Alexandrum Magnum Ægypti rex, 4.to. 1152.c. in ipsum, Seleucum , Philippum , & Antigonum , Alexandri regno partito , 4.tom. 1136.c.
Aegyptum enim Ptolemæus Lagi filius tenuit: Macedonas Philippus, qui & Arideus frater Alexãdri: Syriam, & Babylonem, & omnia regna orientis,Seleucus Nicanor.Asiæ regnauit Antigonus; 4. tom. 1143. b. Magnæ potentiæ fuit , & Pyrrhum regem Epirotarum in regnum restituit,4.to.1159.b.
regnauit autem Ptolemæus Lagi annis triginta-quinque,4.tom.1152.c. vir prudentissimus, fortissimus,& ditissimus fuit : & eius præclarè factorum catalogus , 4.tom.1159.b. Iosephus , & Eusebius, nõ 35 (vt Tertullianus scribit)sed quadraginta Ptolemæum Lagi regnasse produnt. hic Ptolemæus cognomento σωτὴρ, id est, saluator, Iudæam cœpit, & die sabbathorum, Iudæis propter diei sanctificationem sese minimè defendẽtibus Hierosolymam ingressus, omnia diripuit, captæque vrbi crudeliter imperauit : multósque captiuorum à Samaria , & à Garizi trahens, Aegyptum deduxit: aliis etiam vltro ob soli fertilitatem eo commigrantibus: vti huius historiæ locuplex mihi testis est Iosephus libro Antiquitatum duodecimo capite primo.
Ptolemæus Philadelphus Ptolemæi prædicti filius,secundus rex post Alexandrum Magnum,4.to. 1152.c. Iudæam & Arabiam tenet,& Philadelphiã condit, 4.tom. 901.a.b. Septuaginta interpretes aduocat è Iudæa,Eleazaro pontifici ac templo dona multa mittens,& scripturam sacram ex Hebræo in Græcum Alexandriæ transferri facit,4.to.1159.b.
Bibliothecæ suæ præfectum habet Demetrium Phalereum,oratorem pariter , & philosophum , 4. tom. 1159.b. tantæ potentiæ fuit , vt Ptolemæum

patrem vinceret: habebat enim peditum ducenta millia, equitum viginti millia, curruum vero duo millia: Elephantos, quos primus eduxit ex Æthiopia, quadringẽtos. Naues longas, quas nunc Liburnas vocant, mille quingentas: Alias ad cibaria militum deportanda mille. Auri quoque, & argenti grande pondus: ita vt de Ægypto per singulos annos quattuordecim millia, & octoginta talenta argenti acceperit, & frumenti Artabas (quæ mensura tres modios, & tertiam modij partẽ habet) quinquies, & decies centena millia, 4.to.1159.b.

Tertius Syriæ rex Antiochus θεὸς, id est, deus, totis orientis & Babylonis viribus contra Ptolemæũ Philadelphum bellum mouet, 4.tom.1159.c.

Ptolemæus post multos annos pacis ineundæ causa filiam suam Berenicen Antiocho vxorẽ despondet: deducítque eam Pelusium vsque: & infinita auri, & argenti millia dotis nomine dat. Vnde φιλομήτωρ, id est, dotalis appellatus est, ibid. Antiochus, qui aliam habebat vxorem, nomine Laodicẽ, ex qua duos susceperat filios, Seleucum Callinicũ, & alterum Antiochum, Berenicen cõfortem regni, Laodicen verò concubinæ loco habere se dicit, ibidem. Post multũ temporis amore superatus, Laodicen cum liberis suis reducit in regnum. Quę metuens ambigui viri animum, ne Berenicen reduceret, virum suum Antiochum per ministros veneno interficit: Berenicen autem, cum filio, qui ex Antiocho natus erat, Icadioni, & Genneo Antiochiæ principibus occidendum tradit: filiúmque suũ maiorem, Seleucum Callinicum in patris loco regem constituit, 4.tom.1159.c. Regnauit autem Ptolemæus Philadelphus annis octo & triginta, 4. to. 1152.c.

Ptolemæus Euergetes Philadelphi frater, tertius Ægypti rex, ibid. qua occasione cognominatus Euergetes, 4.to.1160.f. Magno congregato exercitu contra Seleucum Callinicum Syrię regem qui cum matre Laodice regnabat, bellum mouet: Syriámque, & Ciliciã capit, & superiores partes trans Euphratẽ, & propemodũ vniuersam Asiã. Cumque audisset in Ægypto seditionẽ moueri, diripiens regnũ Seleuci, quadraginta millia talenta argenti aufert: & vasa pretiosa, simulacráque deorum, duo millia quingenta: in quibus erant & illa, quæ Cambyses capta Ægypto, in Persas asportauerat. Denique gens Ægyptiorum idololatriæ dedita (quia post multos annos deos eorum retulerat) Euergetẽ eum appellauit: & Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandã tradidit: & Xantippo alteri duci prouincias trans Euphraten, 4.to.1161.a. Regnauit Ptolemæus Euergetes annis quinque & viginti, 1159.b.

Ptolemæus Philopator, quartus Ægypti rex Euergetis filius, 4.to.1161.a. Magnus Antiochus ei bellum mouet, & proditione Theodotij, Syriam illi aufert: & Ægyptum etiam capere conatur, 4. to. 1161.a. Ptolemęus in defensionem suam maximũ exercitum aduersus Antiochum congregat, initóq; certamine iuxta oppidum Raphię (quod in foribus Ægypti est) omnem Antiochus amisit exercitum: & per deserta fugiens penè captus est. Cúmque cessisset Syria, ad extremum fœdere, & quibusdã conditionibus pugna finita est, 4.to. 1161.a. Agathocleam psaltriam deperit, frattémque eius, & ipsum Agathoclen habet cõcubinum, ibid.b. Imperauit autem Ptolemęus Philopator annis decem & septẽ, 4.to.1152. e.

Ptolemæus Epiphanes Philopatoris filius quintus Ægypti rex, ibid. Huic paruulo & annorum quattuor, rupto fœdere, quod cum patre inierat, Antiochus magnus bellum mouet, 4.tom.1161.a.

hic Ptolemæus ἐπιφανὴς annos tantùm quattuor natus, mortuo patre, rex fuit Ægyptiorum: qui ob puerilem ætatem à vicinis spretus multa sustinuit bella, 4.to.1161. c. Philippus rex Macedonum, & magnus Antiochus pace facta, contra Agathoclen, & Ptolemæum Epiphanen dimicant: sub hac conditione, vt proximas ciuitates regno suo singuli de regno Ptolemæi iungerent, ibid. Volens Antiochus magnus non solùm Syriam, & Ciliciam, & Lyciam, & alias prouincias, quæ Ptolemæi fuerant partium possidere, sed in Aegyptum quoque regnũ suum extendere, filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni, adolescenti despondit Ptolemæo, & tertiodecimo anno tradidit: data ei dotis nomine omni Cœlesyria, & Iudæa, 4.tom.1163.a. Antiochus magnus non proterea obtinere Aegyptum potuit: quia Ptolemæus Epiphanes, & duces eius cautius se egerunt: & Cleopatra magis Ptolemæi sui viri, quàm Antiochi partes fouit, Vnde Antiochus vertit se ad Asiam, & nauali certamine plurimas insulas dimicãs cœpit: Rhodum, & Samum, & Colophoniam, & Phoceam, & alias multas insulas. Sed occurrit ei. L. Scipio Nasica cum fratre suo P. Scipione Africano, qui Annibalem vicerat. Victúsque Antiochus intra Taurum regnare iussus est, ibid.

Ptolemæus Epiphanes Seleuco Philopatori magni Antiochi filio molitur insidias, & aduersus eum exercitum præparat, 4.to. 1163.b. Interrogatus tantas res moliens vbi haberet pecuniam, respondit sibi amicos esse diuitias. Quod cùm diuulgatũ esset in populis, timentes duces ne auferret eorum substantias, maleficis eum artibus occiderunt, ibidem c. Regnauit autem Ptolemæus Epiphanes annis vigintiquattuor, 4.to. 1152.e. Scribit Iosephus libro antiquitatum duodecimo, Syriam, Phœnicen, Iudæam, & Samariam Ptolemæo Epiphani tributa pendere solitas. Quod cùm Onias sacerdotum princeps facere recusaret, Iosephus Oniæ ex sorore nepos, irato ob hoc Ptolemæo, iussu populi ea collegit, & ad Regem in Aegyptũ detulit. Quæ res ita gratissima Ptolemæo, & Cleopatræ vxori fuit, vti iuuenem magno exceperint honore, & regia dignauerint mẽsa: tributorúmque exactionem illi sine vadimonio aliquo mãdauerint. Liui⁹ xliiij. & xlv. historiæ suę libro, Vexatos ab Antiocho magno Ptolemæum Epiphanen, & Cleopatram vxorem, legatósque ea de re Romam ab illis missos scribit, qui suppetias à Romanis contra Antiochũ peterent: Romani per legatos Antiochum ab obsidione socij regis resistere mandant. Quibus cùm rex respondisset, se consideraturum quid faciendũ esset; Vnus legatorum Popilius virga regem circũscribens, iussit vt antequã circulo excederet, respõsum daret. Qua asperitate perculsus Antiochus à bello destitit.

Ptolemæus Philometor sextus Aegypti rex, 4. tom. 1136.f. &. sequent. Filius Cleopatræ, quam Antiochus magnus genuit, fuit, 4.tom. 1163.b.

Antiochus Epiphanes filius Antiochi magni, & Cleopatræ frater bellum ei mouet, 4.tom.1143.b.

mortua Cleopatra, Eulaius eunuchus Philometoris nutritius, & Leneus, Aegypti gubernatores, Syriam, quam fraude occupauerat ab Antiocho reposcunt, 4.tom.1163.b. nolente Syriam Antiocho restituere, inter Pelusium, & montem Casium commisso bello, Ptolemæi tunc pueri duces superati sunt. Porrò Antiochus parcens puero, & amicitias simulans, ascendit Memphim: ibíque ex more regnum accipiens, omnem Aegyptum cœpit, vastauitque, 4.tom. 1163.b. vndecimo sui regni anno Antiochus Epiphanes contra Ptolemæum Philometora, suæ sororis filium, bellum mouet, 4. tom. 1168.f. & sequent. regnauit Ptolemæus Philometor (vt tradit Eusebius) annis triginta sex.

Ptolemæus Euergetes septimus Aegypti rex, 4. tom.1136.f. hic Ptolemæus Alexandro filio Balæ regis Syriæ filiam suam matrimonio iunxit, quam postea Demetrio vniuersæ Syriæ regi, vnà cum regno, quod Alexandro abstulerat, vxorem dedit. Regnauit autem annis viginti nouem. Post eum Ptolemæus Phiscon qui & Soter annis 17. Ptolemæus qui & Alexãder annis decem. Ptolemæus alter annis octo. Ptolemæus Dionysius annis 30. Vltima omnium regina Cleopatra annis 22. sub qua Aegypti regnum in manus Romanorum deuenit: postquam scilicet M. Antonius ab Augusto nauali iuxta actium prælio superatus est. Habuit autem M. Antonius ex Cleopatra (quod Liuij auctoritate L. Florus recenset) filios duos, Philadelphum, & Alexandrum.

Ptolemæus cognomento Philometor, 4.t.1137.a

πτῶμα, id est, cadauer, 6.tom.117.b.

Publicanus Matthæus dicitur, non quia esset, sed quia fuerit, 6.tom. 127.a. publicani sunt qui sæculi sectãtur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes, & fraudes, ac furta, sceleratáque periuria, 6. tom.83.c. publicani secundum tropologiam, qui vocentur, 6.tom.83.c.

Pudicitia corporis quid prodest, animo constuprato, 4.tom.540.d. pudicitia comprimit peccata magna, 5.tom.63.a. pudicitia peribit, quando in ecclesia non erit doctrina, 5.tom.278.e.

Pudor interdum vincit, quos tormenta non vincunt, 9.tom.554.a.

Puer quomodo in vtero formatur, 6.tom.319.a.

puer, licet peccet, mortuum est in eo peccatum, quia nõ est legi subiectus, 8.tom.420.d. puer est noui euangelij prædicator, 4.to.70.e.f. puer pro seruo, 6.tom.439.b. pueri tres in ignis camino calicem confessionis biberunt, 6. tom. 82.f. pueri quadraginta duo, qui Elisęum prophetam deriserant, ab vrsis interfecti, quid significãt, 7.tom.251.c.

pueri, qui Heliseum deriserunt, Iudæorum figura, 7.tom.145.b. pueri deficient, & laborabunt, 4. tom.297.a. pueri audite disciplinam patris, 5.to. 560.d. pueris sanctis scientiam ac disciplinam sæcularium litterarum in omni libro & sapiẽtia deus dedit, 4.tom.1106.d. pueri Adam & pueri Christi quid indicent, 8.tom.92.e. pueris apud Hebræos non permittitur legere primum caput Geneseos, & Ezechielis prophetæ principium & finem, & cantici canticorum librum, 8.tom.282.d. pueri publicæ libidini expositi, 4.tom.19.b. pueritia verecũdia & pudore decoratur, 4.tom.504.f. pueri effeminati, Hebraicè קדשים: qui naturam mutantes, de viris facti sunt feminæ, 6.to.106. e.f. Asa rex hos abstulit: propterea rectum ante conspectum domini feciſſe scribitur, ibidem. erant enim publicè prostituti, 5.tom.201.b.c. quo vitio Græci, & Romani quondam laborauerunt: vt & clarissimi philosophorum Græciæ publicè concubinos haberẽt: & Adrianus philosophię artibus eruditus, Antinoũ consecrarit in deum: templúmque ei, ac victimas, & sacerdotes instituerit: & ex eo Aegypti ciuitas, & religio nomen acceperit. Inter scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicæ libidiai expositi: donec sub Constantino Imperatore, Christi euangelio coruscante, & infidelitas vniuersarum gentium, & turpitudo deleta est, 4. to. in cap. 2. Isaiæ. de hac re Iudæos reprehendens Esaias, ait. Et pueris alienis adhæserunt, ibid. & de eisdem scribens ait. Et effeminati dominabuntur eis, 4.tom.30.d. & Ioel propheta. Posuerunt puerum in prostibulo, 5.tom. 201.b.c. item Paulus Apostolus. Similiter & masculi relicto naturali vsu feminæ, accensi sunt in desiderium sui in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes: & mercedem quam oportuit erroris sui, in semetipsis recipientes, ibid. Pueri (de quibus scriptum est: Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi deus: Apostoli, & credentes ex gentibus sunt, 4.tom. 70.d.

infans qui in foramen aspidis manum mittit, exorcista est, qui de obsessis corporibus dæmones fugat, 4.tom.91.b. puer de quo dictum est Esa.49. magnum tibi est vt voceris puer meus: Christus est: qui humanitatis ratione puer dicitur, 4.tom.342.f. & sequent. de eodẽ scribitur Esaiæ 42. Ecce puer meus, quem elegi: & dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea, 4.tom.305.a. pueri qui sedent in foro, hi sunt, de quibus Esaias loquitur. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi deus. Et in decimooctauo psalmo. Testimonium domini fidele, sapientiam prestans paruulis. Et alibi. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, 6.tom. 42.d.

pueri tres eunuchi in Daniele, de tribu Iuda fuerunt, 4.tom.1101.c.f.

Puerpera est quæ primos parit fœtus, 4.to.527.b.

partus tempore intermoritur, & angustias sustinens, respirare vix potest: sparsisque manibus collabitur, ibidem.

Pulchritudo, est falsa felicitas, 8.tom.17.b. pulchritudo corporis pulueri similis, 4. tom. 47. c.

pulchritudo perfecta in hominum nullo, nisi in Christi corpore, quod est ecclesia, 4.tom. 913. a.

pulchritudo domus, dei est ecclesia, 7.tom. 194.f.

Pulices cur fecerit deus, 5.tom. 196. c. pulices allegoricè expositi, 5.tom.167.b. pulicum nec os, nec dentes videmus: morsus tamen sentimus, 5.to. in cap. 3. Amos.

Pullus asinæ tropologicè, 6.tom.94.f.95.a. pullus gratiarum, 4.tom.266.f.

Pulmentum, Persarum victus, 4.tom.1135.c.

Puluis licet de terra sit, tamen desinit esse terra, 7.tom.19.b.

Puluerem è pedibus excutì iussum apostolis, vt nihil terrenorum munerum apud eos remaneret, 4.tom.1039.a. quidquid in Iacob & Israel adhæserat, pulueris angeli excusserunt. Vnde & Petro lauantur pedes, & per prophetam dicitur: excute puluerem, & exurge Hierusalem. Discipulis quoque à saluatore præcipitur, Excutite puluerem pedum vestrorum, 6.to.396.e.f. Puluis significat mysticè diaboli potẽtiam: puluerì enim eius potestas comparatur. Hinc Esaiæ xvj. dicitur. Finitus est puluis: consumptus est miser, 4.tom.158.e.f. Infidelis, & qui Christo credere noluit, sicut puluis montium rapietur: vt scribitur Esaiæ xvij. Hoc ideo, quia puluis montium, quanto excelsior est, tanto fortius rapitur, 4.tom.167.a. puluis significat terrenã conuersationem. Hinc apostolis dictum, vt excuterent pedum puluerem (de quo Dauid. Humiliata est in puluere anima mea: adhæsit terræ venter meus) & ad Hierusalem Esaias ait. Excutere de puluere: Cõsurge, sede Hierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion, 4.tom. 366.d.e. puluis, qui in cibum serpentis datus est, terreni homines sunt, & peccatores. Hinc Esaiæ lxv. scribitur: serpenti puluis panis eius, 4. tom. 483.b. Lingent puluerem sicut serpentes, Mich. 7. dicitur de peccatoribus, qui terræ, id est, carnis opera faciunt, 6.tom.384.d.e.

Ponit in puluere os suum, Thren. 3. qui humiliter sentiens, fragilem se cognoscit, & de puluere factum: & iterum in puluerem reuersurum fatetur, dicens: cum Patriarcha Abraham. Loquar ad dominum meum, cùm sim puluis, & cinis, 4.tom. 704.f.

Puluis ponitur etiam pro pœnitentia, Micheæ 1. In domo pulueris, puluere vos conspergite, 5.tom. 334.d. puluis ponitur etiam pro humili, infirmóque ministerio. hinc: Nebulæ puluis pedum eius, Nahum 1. Id est sancti, qui nebulæ appellantur, inter angelos extremis officiis ministrabunt, 5. tom. 388.e.f.

Puluillos cõsuere sub omni cubito manus, significat voluptates docere, & sectari: quomodo fecerunt philosophi Pyrrhonij, & Epicurei, 4. tom. 803.c.& sequent.

Punica lingua ab Hebraica manauit, 4.to.61.c.

Hebraicæ cõsinis magna ex parte est, 4.t. 627.b.

à Phœnicibus enim Pœni exorti sunt. dictíque sunt Pœni, quasi Phœni, ibid.

Punit neminem deus bis pro eodem crimine, 5. to.391.a.b. Non enim vindicabit dominus bis in idipsum in tribulatione, Nahum 1.

Pupillus de quo Osee xiij. scribitur. Eius qui in te est, misereberis pupilli: Vel est populus Israël, ita vocatus, quia deum perdidit patrem. Vel is qui à malo patre recessit diabolo, & iccirco dei misericordia subleuatur, 5.to.174.d. pupilla oculi nostri non tacet, &c. 7.to. 219.b. pupillus & orphanus quid differant, 7.to.37.c. pupillus, pauper, & vidua, omne genus humilium, & afflictorum significant, 8.to.85.b. pupillus sustentari debet, 10.e.

Puppis mortuis pellibus viuos continet, 6. tom. 162.f. 163.a. puppis, initium est ecclesiæ, in qua dominus dormit, morte corporali, 6.to.163.a.

Purgatorium, locus vbi fidelium animæ in altero sæculo pœnis, tormentísque expiantur, omnis credit, fatetúrque ecclesia: de quo (vt inquit, Augustinus in libro de cura agenda pro mortuis) vnius ecclesiæ satis esset auctoritas: & si in sacris litteris nullum ea de re inueniretur testimoniũ. Inueniuntur tamen multa: cuiusmodi sunt hæc. Et facta collatione, Iudas, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum: bene, & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluũ videretur, & vanũ orare pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberẽt repositam gratiam: Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, 2. Machab. 12. Quicumque dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit cõtra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro, Matth. 12. Si enim (vt rectè D. Gregorius interpretatur) peccatum in spiritum sanctum, quod est perseuerans impœnitentia, in altero sæculo non remittitur: sequitur vt alia peccata, de quibus ante mortem hominem pœnituit, remitti in eo possint. Si quis autem supereædificauit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos: ligna, fœnum, stipulam. Vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem, 1.Cor.3.

Verùm quia hac de re in defensionem catholicæ veritatis multa in annotationibus scripsimus: Pluráque (si Deus voluerit) proprio opere scripturi sumus: audiamus nunc quid D. Hieronymus de eadẽ re sentiat: Propria enim ipsius ponemus verba.

Et pro eo quod nos diximus, Et sanctus eius in flamma: illi verterunt, καὶ ἁγίασει αὐτὸν ἐν πυρί, id est, Et sanctificabit eum in igne. Per quod quidam intelligi volunt, pœnas, atque tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, vt diuino igne purgentur, 4. to. 84.d.e. Populum Iudæorũ magnis torquebit supplicíis. Cui enim plus creditur, plus exigetur ab eo. Et seruus qui scit voluntatem domini sui, & nõ fecerit eam, vapulabit multis. Et in alio loco scriptũ est. Potentes potenter tormenta patientur. Veruntamen non eos torquebit in perpetuum. Aliud enim est esse impium, aliud peccatorem, 4.to.229.c. & 230.d. Referens deinde postremo Esaiæ capite, improbánsque Origenistarum opinionẽ, qui damnatorum pœnas aliquando finiendas fore asserebant, ita scribit. Quæ omnia replicanti asseuerare cupientes: post cruciatus, atque tormenta, futura refrigeria. Quæ nunc abscondenda sunt ab his, quibus timor vtilis est. Vt dum supplicia reformidant, peccare desistant. Quod nos dei solius debemus scientiæ derelinquere. Cuius non solùm misericordiæ, sed & tormenta in pondere sunt: & nouit quem, quomodo, aut quamdiu debeat iudicare. Solúmque dicamus, quod humanæ conuenit fragilitati. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Et sicut diaboli, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo. Non est Deus, credimus æterna tormẽta: sic peccatorum, atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & mixtam clementiæ sententiam iudicis, 4.tom.502.d.

Ignis quoque iuxta id accipiendus, quod & vermis: qui tam diu succenditur, quamdiu habet materiam, qua vorax flamma pascatur. Si quis igitur habet in conscientia sua zizania, quæ inimicus homo dormiente patrefamilias superseminauit, hæc ignis exuret, hæc vorabit incendium. Et omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur: qui pro auro, & argento, & lapide pretioso, ædificauerunt super fundamentum domini, fœnum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni, 4.tom. 501.a. hic arcus signum est clementiæ, & testamẽti dei, quod fecit cum hominibus: vt quando apparuerit in nube, sciamus nos secundum antiquitatis exemplum, nequaquam perituros esse diluuio. Ex quo ostenditur post pœnas, atque supplicia, & purgationem peccatorum, futuram misericordiam, duntaxat in his, qui deum meruerint videre regnãtem, 4.tom. 737.c. scribens quoque super septimum Danielis caput de die iudicij, ita ait. Quodque capilli eius lanæ mundissimæ comparãtur, purum ostenditur, sincerúmque iudicium, & nullam personam in iudicando recipiens: senex quoque describitur, vt maturitas comprobetur sententiæ. Thronus eius flammæ ignis, vt peccatores tormentorum magnitudinem pertimescant: & iusti saluẽtur, sic tamen quasi per ignem. Rotæ eius ignis accensus, siue currus eius. Et in Ezechiele quadrigæ sedens inducitur deus, & omnia dei flammea sunt. De quo & alibi dicitur. Deus ignis consumens est. Vt lignum, fœnum, stipulam, arsura in die iudicij nouerimus. Et in psalmis legimus. Ignis ante eum præcedet: & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius, 4.tom.1137.c.1138.d. mors est, qua anima separatur à corpore: Infernus, locus in quo animæ recluduntur, siue in refrigerio, siue in pœnis, pro qualitate meritorum, 5.tom.170.f.& sequent. decem tribus ad hæreticorum personam retulimus, quæ appellabãtur Israel: & duas, quibus Iudas præerat, ad ecclesiam, & ecclesiæ peccatores: qui confitentur quidẽ rectam fidem: sed propter vitiorũ sordes purgantibus se indigent flammis. Iccirco nunc dominus ad ignẽ iudicium vocare se monstrat, vt vniuscuiusque opus quale sit, ignis probet: & impleatur illud, quod scriptum est. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma, quam succendistis. Vnde & ad Babylonem dicitur. Habes carbones ignis: sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorũ. Et in psalmo. Lingua dolosa, & plena mendaciis, igne carbonum dicitur esse purganda. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cũ carbonibus desolatoriis. De his altaris carbonibus desolator carbo duorum testamentorũ forcipe prẽditur, & Esaię labia purgat immũda, vt possit verbum domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat primum abyssum, id est, omnia genera peccatorum: ligna, fœnum, stipulam: & postea comedit simul partem, hoc est, ad sanctos illius peruenit, qui in peculium domini, & in eius parte reputantur: tempus enim est, vt incipiat iudicium à domo domini: & in Ezechiele præcipitur his qui pœnas illaturi sunt: A sanctis meis incipite. Et in apostolo legimus: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem, 5. tom. 268. f.

has autem omnes varietates intellige in animarum vitiis atque peccatis: & quia vniuscuiusque opus, quale sit, in die iudicij ignis probabit, 5. tom. 477. f. ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Siue quia ignis est spiritus sanctus, vt Acta apostolorum docent: quo descendente sedit quasi ignis super singulos credentium: & impletus est sermo domini dicentis. Ignem veni mittere super terram: & quam volo vt ardeat. Siue quia in præsenti, spiritu baptizamur, & in futuro, igne. Apostolo quoque huic sensui congruente: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, 6.tom. 7.b.

Purificationis ordo in lege Mosayca scriptus, 4. tom.1065.a.b.

Purpura regalis est habitus, 8.tom.276.c.

Pusillanimis est vehementer insipiens, 6.tom. 344.d.

Puteus quid à lacu distat, 5.tom.83.b.

Putredo, pro pœna æterna, 4.tom.147.a.

πῦρ, 4.tom.1117.b.

Pyrene, mons Hispaniæ, 6.tom.297.b.

πυρίνη, 4.tom.1117.b.

Pyrrhonij philosophi, 4.tom.804.d.

Auctor sectæ horũ philosophorum Pyrrho fuit. disputantes autem de aliqua re nihil certi asseuerabant, nihílque affirmabant, sed de omnibus ambigebant. Græci eos σκεπτικοὺς, id est, consideratores appellabant, & ἀποῤῥητικοὺς, hoc est, ambigentes, aiebant enim veritatem incomprehensibilem esse. Elidensis patria Pyrrho fuit, Anaxarchi discipulus, & à pingendi arte ad philosophiam transiuit, vixítque annis nonaginta.

πυρφόρος, ignifer, 5.tom.299.b.

σιτοφόρος, frumentarius.

σῦριγξ, combustio, 5.239.b.

Pythagoreorũ disciplina est per quinquenniũ tacere, & postea eruditos loqui: ab ea Salomonis sententia initio ducto, dum ait, Tẽpus tacendi, & tempus loquẽdi, 5.to.23.b.c. Pythagoricus mos, quidquid respondetur rectum putare, 6.tom.267.c.

Pythicus spiritus, 4.tom.803.c.

Pythonissa locuta est ad Samuelem, 6. tom. 20.c.

Pythonissa, visa est animam suscitasse Samuelis, 4.tom.803.c. Pythones strident in incantationibus suis, 4.tom.70.f. Pythones suis portentis genus humanum deceperunt, 4.tom.320.f.


Q

QVadragenarius numerus mysticus, 4. tom. 1028.e. quadragenarius numerus mysticè expositus, 4.tom.939.c. quadragenario numero hæc vita signatur, 9. tom. epist. 21. de celebratione paschæ, pag. 2. ante finem. ęstque afflictionis, laboris, pœnarúmque numerus, 4.to.939.c. iustéque qui per quatuor elementa mundi, quibus omnia constant, dum ea diligit, & fouet, deum offenderat, in eo punitur numero, 4.tom. 940.d. huius numeri mysterium significatũ est in ieiunio quadraginta dierũ & noctium, quo Moyses, Elias, & Christus ieiunarunt: eodem mysterio 40. annis populus in solitudine manet, Ezechiel. 40. diebus pro tribu Iuda dormit in dextro latere, & quadraginta annis populus Iudæorum in Ægypto seruiuit, 4.tom. 940.d. quadragenarius numerus conuenit peccatoribus, & ieiunio, & orationi, & sacco, & lacrymis, & perseuerantiæ deprecandi: ob quod & Moyses 40. diebus ieiunauit in monte Sinai: & Elias fugiens Iezabel, indicta fame, & dei desuper ira pendente, quadraginta dies ieiunasse describitur: ipse quoque dominus verus Iona, missus ad prædicationem mundi, ieiunat quadraginta dies: & hæreditatem nobis ieiunij derelinquens, ad esum corporis sui sub hoc numero nostras præparat animas, 5. to. 318.e.& f.

Quadragesimæ sacramentum,6.tom.8.d. quadragesimæ institutio,9.to.230.b.c. eius obseruatio,9.tom.434.c. quadragesimæ ieiunium quale fuerit antiquitus, 9. to. 448.c. quadragesimæ ieiunium vt obseruandum,6.tom.314.d. quadragesima vnde auctoritatem habet, 9. tom. epist. 21. de celebratione Paschæ,pag. 2. ante finem. quadragesimæ sacramentum numero xl. dierum, quibus Christus ieiunauit,ostenditur,6.tom.8.d. In hoc & Moyses ieiunauit in monte Sina, & Elias iuxta montem Oreb,ibid. Quando verò trãsierint nuptiæ,& passionis,ac resurrectionis tempus aduenerit,tunc sponsi filij ieiunabunt.Nonnulli putant icirco post dies quadraginta passionis ieiunia debere comminiti:licet statim dies Pentecostes, & spiritus sanctus adueniens,indicent nobis festiuitatẽ. Et ex huius occasione testimonij, Montanus, Prisca, & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam,quòd ablato sponso, filij spõsi debeant ieiunare.Ecclesiæ autem consuetudo ad passionem domini, & resurrectionem per humilitatẽ carnis venit:vt spirituali sagina, ieiunio corporis præparemur,6.tom.29.c. Obseruatio quartæ sabbathi,& paraseueues:itẽ dominicæ dici, ieiunij quadragesimæ, Paschæ festiuitatis, & Pentecostes lætitiæ,non est contra Paulũ Apostolũ, cùm dies præcipit non obseruandos.Ille enim de Iudaicorũ dierum, non de Christianorum obseruatione intelligit,6.to. 318.f. quadragesimam post Pentecosten celebrabat Montanus,&c.6.to.29.c.

Quadrans, quod nummi genus,6.tom.14.d.

quadrans moraliter quid,6.to.184.c.

Quadrigæ quattuor, quas vidit Zacharias expositæ,5.tom.180.e. quadrigæ quattuor egredientes de medio duorum montium,qui erant ænei, 5. tom.548.d.

Quadrupedes in deserto quid tropologicè,significant,4.to.241.a.

Quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis:sententia est,quæ leges, & prophetas complectitur:vide 1.tom.

Quærere dominum semper, 7. tom. in psal. 104.

Quæstiones stultæ fugiendæ,6.tom.464.d.e.

Qualitates quattuor euangeliorum, 6.to.146.c. 147.d.

Quasi,aduerbium non similitudinem, sed approbationem & confirmationem significans,6. to. 425.c.

Quattuor anni tempora,4. to. 731.c. quattuor hominum millia panibus satiata,annus est noui testamenti cum quattuor temporibus , 6. tomo. 171.a.

Quercus Basan,4.to.21.b.

Qui timet, pœnam habet: qui timet,nõ est perfectus, 6.to.246.c.

Quindecim numerus,& eius mysterium,5. tom. 363.a. quindecim graduum ratio in psalmis,7.to. 387.a.

Quingentorum numerus quid signet, 8. to.11.b. quingenti quid mysticè,8.to.11.b.

Quingenarius numerus est pœnitẽtiæ in illo loco euangelij,vbi populus per quinquagenos,& cẽtenos discũbit,6.to.62.f. quinquagenarij numeri sacramenta,& mysteria,4.to.27.b.

Quinquagesimus dies in scripturis commendatur, 9.to.epist.21.de celebratione Paschæ,pag.2.ante finem.

Quinque panes,quinque libri Moysi, 4. to.ibid.

idem significant quinque viri,quos Samaritana habuit,4.to.1016,f. quinque corporis sensus : visus,auditus,odoratus,gustus,& tactus, 4.to. 174.d.

quinque ciuitates in terra Aegypti, quæ lingua Chananitide loquuntur apud Esaiam,quinque sensus sunt , 4.tom.174.d. cùm peccamus quinque corporis sensibus, Aegyptia : cùm illos frenamus, Chananitide loquimur lingua,ibi. quinq; pugnãtes in Esaia,à quorum facie mille homines fugiũt, quinque sensus boni sunt: quos falsi magistri, & in incerto sæculi sperantes , inconditáque hominum turba sustinere non possunt,4.to.283.b.c.

Quintiliani institutionum libri,5.to.287.c.

Quis, pro raritate ponitur, 7.to.75.c. quis pro impossibili, aut difficili ponitur,Ioël secundo , vbi dicitur:quis scit,si conuertatur,& agnoscat? 5. tom. 192.f.

Quod factũ est in illo,vita erat,exponitur, 9.to. epist.20.de vera circumcisione,pag.2. ab initio.

R

Raab meretrix, quæ susceptt exploratores Iesu,7.tom.257.c. Raab memor ero, & Babylonis,quid sit, 7.to.258.d.e. interpretatur, latitudo,& superbia,ibid.

Raama regio, 4.to.921.b. Hebraicè רעמה dicitur:& de ea præter Ezechielẽ nemo meminit:nec constat vbi sita sit: nisi quia ex eo quod Sabę iungitur,illi proxima esse creditur,ibid.

Rabbath,ciuitas metropolis Ammonitarum, 4. tom.878.f. quæ hodie Philadelphia nuncupatur, 4.to.901.a.b.& 5.to.217.b.c.

ῥαβδομαντέα, quod genus diuinationis , 5. tom. 105.b.c.

Rabirij,5.to.113.114.a.b.

Vide nostras annotationes, quas super hoc loco edidimus:à Rabirio enim equite Romano , quem T.Labienus Tribunus plebis,perduellionis accusauit,& Cicero defendit,Rabirij dicti sunt.Vocat autem Rabirios Ruffinũ,& eius sectatores , quod D. Hieronymum veluti perduellem haberent.

Rabsaces,dux Sennacherib,4.to.82.f.

Rabsaces rex , Hierusalem bello petens , fruſtrà exprobrat Ezechię,quod in virga arundinea confideret,4.to.937.c. Interpretatur רבשקה Rabsaces, multus poculo,ibid.

Raka רקא Hebræorum propriè verbum: quo significatur inanis, aut vacuus quod est Græcè κενὸς: & nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare,6.tom. 13.a. Vbi nos quarto legimus psalmo:Fili hominum, vsquequo graui corde ? Vt quid diligitis vanitatem , & quæritis mendacium? In Hebræo,pro vanitate ריק legitur: & in hunc significatum multis in locis apud Hebræos hæc vox inuenitur . Minus est autem vacuus, quàm fatuus. Hinc Christus à leuiori inchoans pœna,eum redarguit,qui fratri suo irascitur, dicens eum iudicio dignum esse. Mox acrius taxans eum, qui etiã in minimum iniuriæ verbum proruperit(cuiusmodi est verbum Raka)ait, eum concilio dignum esse . Postremò acerrimè redarguens eum, qui fratrem suũ fatuum appellarit, Gehennæ igni eum reum facit. Erant enim apud Hebræos tria iudiciorum genera (Sanedrim illi appellant)Primum triumuirum, qui de iniuriis alicui illatis, & de minoribus tractabant causis : & hoc iudicium vocabatur . Secundum 23. virorum,qui de maioribus,& capitalibus causis ius reddebant:& hoc concilium appellabatur.Tertium virorum 72.qui de summa rerum tractabant.

Rachel, mater Ioseph, mortua est in pariendo Beniamin,& quomodo dicta est plorare filios suos apud Matthæum,4.tom.656.d. Rachel sterilis primùm,& formosa,quam plurimùm dilexit Iacob, figurabat ecclesiam , 5. tom.154. e.165.b. Rachel filios Iudæ,id est,Bethlehem, quasi suos plorauit , 6. tom. 5.b. Rachel sola ex omnibus sanctis mulieribus cum dolore peperit, 5.tom.356.f. Rachel typum Christi gessit , 7.tom.382.f. Rachel in via Ephrata sepulta, quæ est Bethlehem, 5.tom.360.f. & 7.tom.382.c.

Radan insula, id est,Rhodos,vna ex Cycladibus, 4.tom.917.a.

Radebantur antiqui in luctu,4.tom.107. a. vide suprà,Capilli,& Caluitium.

Radices arborum vt ad profunda tendunt, ita & rami,5.tom.175.a. radix iustorum proficiet, 8.to. 208.c. radicem aperiri secus aquas,8.tom.in cap. 31.Iob.

Rama,excelsum interpretatur, 6.tom.5.c. Rama, vrbs in tribu Beniamin,iuxta Gabaa,in qua natus est Saul,septimo lapide à Hierosolymis sita , 4. tom. 87.b. hanc rex Israel occupare conatus est, vt exitum,& introitum clauderet tribui Iuda, ibid.

Ramoth, id est, sericum,4.tom.917.a. interpretatur, visio mortis,918.a.

Ramoth Galaad,vrbs, vbi Gehu vnctus est in regem , 5.tom. in cap. 6. Micheæ. Ramoth Galaad, vrbs sacerdotalis in tribu Gad,non procul à monte Galaad,vt de ea proditur, scribitúrque Iosue 13. & 1.Reg.30.cap.

Ranæ poëtas significant, 7.tom.230.f. & poëtarum carmina,ranæ dicuntur, 7.tom.in psal.104.

Raphael interpretatur,curatio,vel medicina dei, 4.tom.1142.e.

Raphaim,interpretatur,vallis dura,4.tom.165.b.

Raphaim,id est,gigantes,ibidem.

Raphia,oppidum in foribus Ægypti,4.to.1161.b:

Rapina pauperum, 4.tom.33.a. rapina sancta, & optabilis,quæ,4.tom.852.e.

Raptores,ferui sunt mammonæ, 4.tom.349.c.

Rarum pretiosum,4.tom.99.a.141.c.

Rasin, rex Syriæ,4. to.112.e. rex Damasci, multos de Iudæa Damascum transtulit , 4.tom. 57.b.

Rasin interpretatur,sapientia sæculi,4.tom.77.c.

Rationale,siue lumbare quid, 4.tom. 566.f. rationale pontificis , 7.tom. 385. c. rationales creaturæ in quatuor versantur locis,4.tom.730.e.

Ratione & põdere omnia facienda,4.to.1071.b.

Rebecca dicitur alma, 4.to.60.b. Rebecca patientiam sonat,4.tom.66.f. & 5.tom.517.a.

Reblatha, ciuitas, quæ nunc Antiochia nũcupatur, 4.tom.1188.e.& 5.tom.435.c.

Recordatio in deo quid sit,4.tom.721.c.

Recta ornatum recipiunt,5.tom.12.c.

Rectitudo & simplicitas ab inuicem separari nequeunt,8.tom.175.a.176.f.

Rector esse debet bene agentibus per humilitatem socius, & contra delinquentium vitia per zelũ iustitiæ erectus, 4.tom.719.b. rectores à subditis timeantur necesse est,quando ab eis deum minimè timeri deprehenduat,4.tom.719.c. rector monachorum qualis esse debeat , 9.tom. 528. b. rector bonis in nullo se præferat, & cùm prauorum culpa exigit,sui prioratus potestatem agnoscat, quatenus & honore suppresso , æqualem se subditis bene viuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis non reformidet , 4.tom.719.b. reus est speculator,si impium non mouet,vt à praua sua via recedat,& venientem gladium domini non annuntiet, 4.tom.967.b.c.

Redemptio vera non erit, nisi in die iudicij , 7. tom.161.c.

Redemptus quis dici nõ potest, nisi qui verè per peccatum fuerit antè captiuus,9.tom.482.d.

Regina austri sapientiæ iaculo vulnerata, non erat in se, 5.tom.453.b. regina Saba, cur Austri regina dicta,8.tom.315.b. Meroe vocata , quæ non solum Æthiopiæ, sed & Aegypti regnum tenuerit, 8.tom.315.b. typum gerebat ecclesiæ ex gentibus congregatæ,8.tom.317.a. condemnauit incredulos & Niniuitas,4.tom.389.b.

Regius morbus,4.to.285.a.b. icterius hic morbus dicitur,& ab apparatu regio , quo curatur, regius appellatur.

Regnum Persarum quandiu durauit , 4. tom. 1147.c. regna omnia in vno imperio Romano delenda sunt,7.tom.1138.e. regnorum quatuor potẽtissimorum prædictio,4.tom.1111.b. regnorum quatuor typus,cornua quatuor,4.tom.38.f. regna decem per decem cornua monstrata, 5.tom.446.d.

super regnum peccans oculi domini, 4.to.127.c.

regno terreno succedit paupertas , paupertati Christianorum tribuitur regnum sempiternum , 6. tom.153.c. regnum cælorum est euangelij prædicatio,6.to.55.b. regnũ cælorũ grano sinapis confertur,6.tom.79.a. regna cælorum quibus modis quis possidere potest , 7.tom. 283. b. regnum dei quod modis accipitur in scriptura sacra,6.tom.47. c.48.d. regnum dei,est ecclesia,quæ regitur à deo, & ipsa regit homines , &c.6. tom.161.c. regnum dei postulare , & iudicium non timere , grandis est audaciæ, 6.tom.17.c. regnum Christi an aliud sit, & aliud regnum dei , 6.tom.415.c. regnum patris Iesus Christi,quod est,6.to.130.e. de regno Christi quid fabulantur Iudæi , & Iudaizantes, 5.tomo. 203.c.206.d. regnum aduersus regnum , 4. tom. 171.a. vide infrà in verbo,Rex.

Regulæ monachorum obseruatio , 9.tom.510.c.

Regulus,rex serpentium,4.tom.154.e. regulus volans,4.tom.241.c.

Religio noui testamenti , spiritualis est , 7.tom. 48. f. religio diuina alterum habet habitum in ministerio,alterum in vsu,vitáque communi, 4.to. 1061.b. religio munda & immaculata quęnam sit, 9.tom.655.b. religionis laus, 9.tom.550.c. religio Pelusiaca, 4.tom.330.d. religio stulta omnia adorat bestiarum simulachra , 4.tom.777.a. religio fucata inter gentes,8.tom.82.e. bonorum religio,est abominatio peccatoribus,8.tom.208.f.

Reliquiæ in bonam & malam partem , 8. tom. 61.b.c. reliquiæ pacificorum reseruantur ad gloriam,7.tom.121.c. reliquiæ sanctorum quomodo olim habitæ, 9.tom.epist.7. de viro perfecto, circa medium.

Reliquiæ martyrum venerandas esse . Hieronymus ita prodit.Quemadmodum Samaritani,& Iudæi nobis faciunt,omnésque hæretici : quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularunt: qui basilicas martyrum declinantes , nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciunt, quàm habitãtes in ejs dæmones, fortitudinem,& flagella sancti cineris non ferentes,4.to. 407.f. Dum essem Romæ puer,& liberalibus studiis eruditer, solebã cum cæteris eiusdem ætatis , & propositi , diebus dominicis,sepulcra apostolorum,& martyrum circuire:crebróque cryptas ingredi , quæ in terrarum profunda defossæ, ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum:& ita obscura sunt omnia, vt propemodum illud prophetícum compleatur:descendant ad infernum viuẽtes: & rarò desuper lumen admissum , horrorem temperet tenebrarum: vt non tam fenestram,quàm foramen dimissi luminis putes,4.tom.1012.f. Hunc (Abdiam prophetam)aiunt esse Hebręi: qui sub rege Samariæ Achab,& impiissima Iezabel,pauit cẽtum prophetas in specubus : qui non curuauerunt genu Baal:& de septem millibus erant , quos Elias arguitur ignorasse . Sepulcrúmque eius vsque hodie cũ Mausoleo Eliæi prophetæ , & Baptistæ Ioannis in Sebaste veneratione habetur: quæ olim Samaria dicebatur,5.tom.289.a. Vide quantum bonum sit charitas . Si ita martyriũ fecerimus,vt nostras velimus ab hominibus reliquias honorari : si opinionem vulgi sectantes , intrepidi sanguinem fuderimus: & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: huic operi nõ tam præmium, quàm pœna debetur : & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ, 6.to. 337.b.

Romæ maximè martyrum sepulcra frequentantur,6.to.297.e.f. Vide de veneratione reliquiarum sanctorum latè D. Hieronymum in libro cõtra Vigilantium. Reliquiæ Israël, quæ saluabũtur, sunt illæ reliquiæ , quæ in fine susciptentur à deo, postquam omnes susceptí fuerint.Non illæ,de quibus scriptum est:Reliqui mihi septem millia virorũ, qui non curuauerũt genua ante Baal, & de quibus Apostolus ait. Ergo & in isto tẽpore reliquiæ secũdum electionem gratiæ saluæ factæ sunt, 6.to. 344.c.

Reliquię Israël secundũ electionem saluæ factæ sunt,4.t.633.b. Reliquiæ Iacob,in medio populorum multorum,qui erunt quasi ros à domino , apostoli sunt, & qui per eos primi in Christum crediderunt,6.to.364.d.e.

Remman mons,qui interpretatur sublimitas,vel ὄρασις τινὸς,visio alicuius,5.to.236.e.

Remoboth monachi qui bini vel terni nec multo plures simul habitant,suo arbitrio ac ditione viuẽtes,9.to.517.c.

Remphan,5.to.257.b.

Renes luxuriam, ac libidinem mysticè notant, 1085.b. Hinc Ezechiel vsque ad renes per aquam traductus:notat quod gradibus ad sublimia peruenitur:quæ tamen ipsa sublimia vsque ad lumbos,& renes perueniunt, vt omnis in nobis ignobilis libido truncetur:& possideamus sanctificationem corporis,sine qua nemo videt deum,ibid. Omnia opera, quæ ad commixtionem pertinent, renum appellatione monstrantur,5.to.400.e.f. Vre renes meos,& cor meum , Dauid ideo dicit: vt vniuersa lumborum noxij in eo humoris pituita siccaretur, 4.to.883.a.b. In hunc sensum Hieremiæ xj. scribitur . Tu autem domine Sabaoth, qui iudicas iustè,& probas renes,& cor,5.tom.561.a. Item, Ego dominus, scrutans corda,& probãs renes, Hier.17.

Vide supra lumbus: Eandem enim renes & lũbi habent significationem.

Repudij libellus cur per Mosen datus , 6. tom. 15.a.

Requies vera in die septimo,4.t.499.c. vbi requies, ibi sanctificatio,9. to.232.b.

Reseph רשף dæmonis nomen secundũ Hebræos principatum inter alios obtinentis,5.to.446.f.

Propter nimiam velocitatem,atq; in diuersa discursum,auis & volatile nuncupatur,ibid. Hic est ille, qui in paradiso sub figura serpentis mulierem est allocutus:& ex maledictione , qua à deo condemnatus est,nomen accepit. Siquidem Reseph,reptans ventre interpretatur, ibid.

Resignaculũ, ἀποσφράγισμα, quo differat à signaculo,928.e.

Resina continentiam signat,9.to.epist. 23. in Euangelium obiurgatio lenis est, & apta corporibus, 4.tom.919.c. ponitur mysticè pro pœnitentia, & medicina, ibid. Numquid resina non est in Galaad:aut medicus non est ibi?Hier.8. hanc resinã habebat & Iacob, quam mittebat filio suo Ioseph, cum melle,& terebintho,nucibus, thymiamate, & stacte . Ismahelitæ quoque, qui emerunt Ioseph de terra Israël, hæc in Ægyptum portabant , thymiamata, & resinam de Galaad, & stacten,4. tom. 919.c.

Resphæ virtus,& mysterium, quæ fuerat concubina Saulis,9. tom.epist. 23. in Euangelium obiurgatio.

Respondendum non esse sacrilegas & sceleratas quæstiones proponentibus,6.tom. lib.3. Didymi, de Spiritu-sancto, sub finem. respondere solent homines ante tempus,5.to.in cap.2.Habac.in principio. responsio mollis frangit iram, 8. tomo. 216.e.f.

Respublicas fore beatas, in quibus philosophi regnant , aut reges philosophantur , 5. tomo. 320.d.

Resurrectio carnis sanctis & peccatoribus communis,8.tom. 511.a. resurrectio mortuorum secũdũ prophetiã Ezechielis,4.to.991.a.b. resurrectione sua Christ? nisi firmatus fuisset adhuc instabilis & mobilis esset,7.to.279.b. resurrectio saluatoris,est tẽpus opportunum, ac placitum,ac dies salutis,4. tom. 343.c. in resurrectione tota ratio prædicationis Christianæ versatur & consistit, 8. tom.505.c. resurrectionis suæ virtute & potentia ecclesiam Christus acquisiuit, 7.tom. 231.c. resurrectionis quicumque filius est , nihil potest habere , quod tristitiam afferat,7.tom. 247.c.

resurrectio mortuorum ad tubæ sonitum fiet, 5. 190.d. resurgentium corpora qua ætate,& statura resurgent, 4. tom. 509. b. per resurrectionem liberatus est mundus, 7.tom.49.c. resurrexerunt multorum corpora , Iesu Christo resurgente : licet eorum monumenta in eius morte aperta sint, non resurrexerunt tamen priùs, quàm resurgeret dominus:vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis,6.tom.143.b. resurgentium differentia,4.to. 1171.c. resurrectio mortuorum differet,tanquam stella à stella differt in claritate , 5.tom.248. f. resurgentium alij ibunt in vitam æternam, alij in opprobium sempiternum,4.tom.1171.b. resurrectio impiorum non erit, quomodo hoc intelligi debet, 7.tom.19.b. quod autem ait, vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, immensam dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilẽ signat affectum: quòd nihil nostrum lateat deum, etiam parua,& otiosè dicta, eius scientiam non fugiant. Derident intelligentiam ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant: quasi nos,& capillos,qui numerati sunt , & à tonsore decisi,omnes dicamus resurgere: cùm saluator nõ dixerit , vestri autem & capilli capitis omnes saluandi sunt,sed numerati sunt . Vbi numerus est,scientia numeri demonstratur, non eiusdem numeri cõseruatio, 6.tom.37.c. resurrectio mortuorũ quibus scripturæ testimoniis probetur,4.tom.992.f.

Retro non respiciendum, non solum præcipitur his qui è Sodomis egrediuntur, & illis qui manum mittunt ad aratrum : sed etiam in domo domini constitutis, 4.tom.1078.c.

Reuelationis, seu ἀποκαλύψεως verbum , propriè scripturarum est, & à nullo sapientium sæculi apud Græcos vsurpatum , 6. tom.275.c. non est autem ipsum, reuelaret filium suũ in me : quod si diceret, reuelaret filiũ suum mihi.Cui enim quid reuelatur: huic illud potest reuelari,quod antè in eo non erat. In quo verò reuelatur : illud reuelatur , quod prius fuit in eo, & postea reuelatum est,6.to.278.f. nõ omnia,sed aliqua deus prophetis suis reuelat , 5.to. 228.f.

Rex omne, quod voluerit, faciet , 5.tom. 49.b. rex iustus regnabit,4.tom. 254.f. rex virtutum, 4.tom.348.e.f. beata terra , cuius rex filius ingenuorum,4.tom. 29.b.c. rex , qui fecit nuptias filio suo , deus omnipotens est, 6.tom.103.b. rex magnus, diabolus , 5. tom.e.f. regis lingua , est gladius , 8. tom. 53.a. regis cor est in manu dei, 5.tom. 446. d. regis mysterium abscondere , bonum est , 5.tom.50.d. regis dies quis dicatur, 5. tom. 124.d. regis cor peribit , 4. tom. 524. d.

regi ne maledixeris, 5.tom.67.a. reges intelligite,&c.7.tom.19.b. reges angeli vocati, 4.tom. 106.d. reges cur sancti dicantur, 8.tom. 221.a.

reges terræ dicuntur,qui regnant peccato, 7.to. 397.a.b. reges sancti sunt, & istorum cor in manu dei sunt,7.tom.218.f. reges in veteri lege vngebantur chrismate, 5.tom. 454.d. reges vultum hilarem exhibere debent subditis , 8. tom. 250.d.

reges decem,qui fuerũt sæuissimi, 4.tom. 1136.f.

reges omnes Israel ceciderunt, & ambulauerunt in viis Hieroboam,qui peccare fecit Israel , 5. tom. 124. d. reges Iudæorum quinque tantùm fuisse iustos , 5.tom. 142. e.f. reges Iudæ quando , & in quibus finierũt, 4.tom.607.c.612.d. regem quam ob causam Israeliticus populus sibi postulauit,6.to. 445.a. regem gens vnaquæque ante Christi aduentum habebat , 4.tom. 121.a. regum proprium est,facere iudicium,& iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, &c.4.tom.606.d.

regum aulas prædicatio veritatis , & vita rigida vitare debet,6.tom.40.f. regum substantiæ quomodo significatæ , 5.tom.16.d. regibus obsequẽdum , 5.tom.49.c. reges & principes hæreticorũ deus non exaudit,5.tom.125.b. vide Regnum.

Rhamnus,quod sentium genus, & quid mysticè significet,7.tom.172.f.

Rhenus,bicornis fluuius,4.tom.498.c.

Notissimus ac fluuiorum celeberrimus Rhenus est: iuxta quem ego , dum in Angliam restituendæ religionis causa, Iulij tertij tempore tẽderem, cundo, redeũdóque, magna cum animi voluptate pluribus obequitaui diebus: Nitidus, amœnusque excurrit , & montium plurimum arctatus angustiis, oppidis hincinde , vineísque excultus, oceanũ versus excurrit: Coloniam Agrippinam, insignem,inter cæteras, alluens vrbem: duodecim millium virginum,quæ, Beata VrsulaDuce,sanguinem ibi pro Christo profuderunt, sacras venerans reliquias: tãta vbique lympharum pulchritudine , & laticum amœnitate , vt non sine causa veluti cælestem Irin Rhenum esse in terra veteres prodiderint: Congelascit frigore , & quibusdam veluti crassissimis tabulis , sibi inuicem superimpositis , totus supernè obducitur , vt etiam inductis carrucis pertransiri possit : Helium & Fleuum duo illius ostia, quibus post insignem Batauorum insulam, oceanum bicornis ingreditur,appellantur.

Rhinoceros & monoceros idem significant, 8. tom.140.e.

Rhinocorura,vrbs Aegypti,4.tom.1092.d. Rhinocoruræ,& Casio monti proximę sunt Ostracina, & aliæ vrbes: quæ vsque hodie in Aegypto , lingua Chananitide,id est,Syra loquuntur. plaga Iudææ occidentalis à mari magno incipit , & ipso fine cõcluditur:hoc est,de mari vsque ad mare:ad torrentem videlicet rhinocoruræ, qui influit mare, vsque ad eum locum , qui est contra Hemath, vrbem Syriæ,4.tom.863.a.b.

Qui Iudæę terram à Rhinocorura vsque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium considerarit, & inclytam, & cunctis terris fertiliorem dicere nõ dubitabit, 4.tom.862.f.

Rhoda,oppidum Galliæ , vnde amnis Rhodanus nomen accepit , 6.tom.297.b. Narbonensis prouinciæ oppidum est Rhoda : ab eóque Rhodanum fluuium appellatum Plinius etiam asseuerat.

Rhodanus eloquentiæ , D. Hilarius esse dicitur, 6.tom.298.a.

Rhodij interpretantur,vincentes iudicium,4.to. 917.c. Rhodiorum coloni Rhodani,oppidum in Gallia condiderunt , 6. tom. in proœmio in epist. ad Galatas.

Rhodos insula, vna ex Cycladibus , 4.tom.627. b.c. Rhodus Cycladum est maxima, in Ionio mari posita , vrbs potentissima , naualíque certamine gloriosa:& propter tutissimum portum,mercatorũ omnium receptaculum,4.tom.917.c.

Ridere non debemus, quoniam hoc sæculum & hoc tempus lacrymarum est, & alterum gaudij , 7. tom.249.b. ridentes flebunt, 5.tom.36.f.

Riscus,4.tom.in cap.1.lamentationũ Hieremiæ.

Non cista:a è pelle contextam ( quod Donatus volebat ) Riscus apud D. Hieronymum est , sed armarij genus , è tabulis compactum. In quem sensum Terentius in Eunucho, Abi (inquit) cistellam domo effer cum monumentis. P. Vbi sita est? T.in risco. Quod autẽ Seruius pro fenestra parietis riscum accipit, equidem falsum esse existimo.

Risus duplex , 9.tom.591. a. risus dissoluit sapientem,5.tom.41.b. risus sapientis nihil in se cri-

minis habet,9.to.591.a. risus stulti, sicut vox spinarum sub olla,5.to.41.b. risum pro gaudio solet ponere scriptura,8.to.277.b.
Rixi in nobis,7.tom.185.c.
Rixæ,quæ de lege veniunt, deuitandæ, 6. tom. 464.e.
Roboam non ætate,sed sapientia iuuenis, 4. to. 29.c. Roboam ideo perdidit regnum, quòd noluerit audire presbyteros,4.to.27.b.
Rogatores sunt Christiani,non narratores, 6.to. 17.b.
Roma quo tempore condita,5.tom.112.e. Roma,orbis domina,4.tom.407.c. Roma, vrbium domina,6.tom.437.b. Roma, regum ciuitas, 4. to.133.b.
Romanæ plebis fides,deuotio, ac simplicitas ad credendum,6.to. 297.c. Romanæ plebis laudatur fides.Vbi alibi tanto studio,& frequentia ad ecclesias,& ad martyrum sepulcra concurritur? Vbi sic ad similitudinem cælestis tonitrui amẽ reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur? Non quòd aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi ecclesiæ,sed quòd deuotio in eis maior sit,& simplicitas ad credendum, 6.tom.298.a. ante Christi aduentum omnium superstitionem sentina Romani erant,6. to.309.a.b. Romana resp. bellis lacerata ciuilibus,5.tom.352.f. Romani de Æneæ Asiani hominis stirpe generati sunt, 6. tom. 297.c. Romani imperatores dentibus, & ferratis vnguibus sanctorum carnes lacerarunt, 4.to.122.f.
Romanorum disciplina dura,7.tom.20.f. Romanorum genere nihil auarius, 4. tom. 19.c. Romanorum imperium per rubiginem significatum, 5.tom.180.d. Romanum imperium per statuam Nabuchodonosor significatum, 4.to. 1136.e. Romanum imperium fortissimum, Danielis scriptura testatur,4.tom. 117.c. Romanorum imperiũ sæuissima laceravit bestia,5.tom.93.c. Romanorum regnum primùm ferreum,deinde fragile, & infirmum, 4.tom.122.f. Romano imperio nihil fortius ac durius fuit,4.tom.1111.c. Capta vrbs Roma à Gothis fuit Alarico duce anno domini quadringentesimo decimo secundo ( vt Eusebio placet) Alij in sequentem potius annum historiam reiiciunt.
Romoth, fugitiuorum ciuitas, & interpretatur, visio mortis,5.to.322.f.
Romulus, congregata pastorum & latronum, manu, sui nominis condidit ciuitatem, 5. tom. 210.d.
Ros domini mortuorum corpora viuificabit, 4. tom.211.c.
Ros mysticè domini misericordiam notat, 4.to. 22.211.c. exponens autem illa verba Osee 7. Misericordia vestra quasi nubes matutina,& quasi ros mane pertransiens,ita scribit. Amemus illum rorem,de quo Moyses loquitur,descendant sicut ros verba mea:& de quo Esaias dicit. Resurgent mortui,& resuscitabuntur qui in sepulcris sunt. Ros enim qui à te est,sanitas eorum est,5. tom.119.c.
quomodo nubes roris in die messis, & in feruẽti æstate gratissima est:sic dominus habitatores ecclesiæ suæ refrigerat: quo præsente cuncta floreſcunt,4.to.69.a.b. ros domini iuxta fabulas poëtarum,vincens omnes herbas Pæonias, viuificabit corpora mortuorum. Et quomodo iactis in terrã seminibus ros paulatim crescere facit herbas, & ad fruges sui generis peruenire : sic domini ros ( qui pro misericordia ponitur) ros erit luminum plurimorum,4.tom.211.c. & ero eis quasi ros, vt fornacem Babylonicam,& caminum æstuantis incendij meo rore restinguam. Qui & per Isaac patriarcham ad Iacob seruum meum locutus sum. De rore cæli erit habitaculum tuum. Quomodo enim dominus sit credentibus lumen,via, veritas, panis, vinea,ignis,pastor,agnus,ianua,vermis,&c. sic qui indigemus illius misericordia, & peccatorum febribus æstuamus,in rorem nobis vertitur:ad quem dicit Esaias,Ros enim qui à te est, sanitas eorũ est. Et in deuteronomij cantico Moyses loquitur,Descendant sicut ros verba mea. Cùm autem nos dominus suo rore resperserit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuiis irrigarit,germinabim⁹, imò florebimus vt lilium,5.tom.174.f. in hunc eundem sensum interpretans ea Aggei verba,Prohibiti sunt cæli,ne darent rorem,ita scribit. Ego hunc arbitror esse rorem, de quo in benedictione dicitur ad Iacob,Det tibi Deus de rore cæli,& rorem Hermon, qui descendit super montem Sion, & descendit nõ de aëre,in quo multiplex volitat aquilarum, & accipitrum,& vulturum numerus, sed de cælo : vt si cuius anima ardet perturbationibus, & iaculo diaboli vulnerata est, refrigeretur hoc rore, & æstus suos temperet. Quo retento,terra quoque non affert germen suum. Neque enim sine rore Christi potest vlla anima afferre frumenta,5.tom.506.e.
ros pertransiens pro breuitate temporis ponitur 13.Osee, dum ait, Iccirco erunt quasi nubes matutina,& sicut ros matutinus pertransiens, 5.to.166.f.
ros significat etiam doctrinam: vnde exponens ea Micheæ verba,Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum,quasi ros à domino,ita scribit. Ardebunt ignitis diaboli iaculis corda populorum. Et omnes gentes adulterantes à deo, habebunt corda, quasi clibanus igne succensus. Vnde ros à domino cadens, factus est sanitas infirmorum. Et quod in Anania,Azaria,&Misael legimus,quòd spiritus roris sibilantis fornacem ignis extinxerit:hoc de omnibus generaliter sentiamus : quòd in medio vniuersarum gẽtium, doctrina apostolorum quasi ros à domino sit aspersa,5.to.363.c.364.a.
Ros ראש caput,non gentem,Ezechielis 38.significat:quippe cùm nullibi pro gente ros inueniatur, 4.to.998.f.
Ros Hermõ in fabula apocrypha, 7. tom.380.e.
roris stillas de cælo procidere, 8. to.130.c. ros Sion est benedictio & vita,8.to.130.e.
Rota in rota,7.tom.222.e. rota reuoluetur super lacum in consummatione mundi,7.to.222.e.
rota in rota, Ezechielis primo, vel duorum iunctura testamentorum est,quod indicat scala Iacob, & forceps Esaiæ,& gladius bis acutus: vel euangelia sibi cohærentia, quorum cursus, & statura tendit ad cœlum : paululúmque quis attingit in terra, & semper properans,ad excelsa festinat,4.to.735.c.
rota significat etiã eos qui terrena pertranseunt, & vix modicis vestigiis terram cõtingunt:& in his, vox excelsorum dogmatum domini personat, secundum illud,Vox tonitrui tui in rota, 4.to. 819.c.
Rotunda figura omnium figurarum pulcherrima,4.tom.731.c.& 103.f. in ea condita sunt cælum, Sol, Luna, & cætera astra:punctum terræ, & figura capitis: quod omnium sensuum receptaculũ est,teretésque digiti,& femina, & brachia hãc præferunt rotunditatem,4.tom.731.c.
Ruben primogenitus, sed benedictio seminis Christi transfertur ad Iudam,4.tom.5. Ruben maculauit thorum parentis,6.tom.462.c.
Rubigo hæreticos significat,5.tom.112.f.
Rubigo in rore nocturno descendit,ac lactantia in spicis frumenta colore minij, vel sinopidis maculat,5.tom.112.d. cùm coloris sanguinei sit, pro cæde,& interfectione ponitur,ibidem. deuorabit eos rubigo,& cleros eorum(inquit Osee 5.)hoc est, hæreticorum cleros : de quibus scriptum est, cleri eorum non proderunt eis,ibidem. ponitur etiam rubigo pro cõcupiscentia, & desiderio futurorum. hæc autem nos vastat, & ad ruinam trahit, si res inutiles concupiscamus, 5.tom. 180.f. ponitur etiã rubigo pro malitia : hinc ollam & rubiginem eius consumi Ezechielis 24. capite, significat vrbem incendio concremandam, & malitiam vnà cum vrbe consumendam,4.tom.893.c.894.d. pro dea olim apud antiquos rubigo colebatur,5.tom.201.c.
Ructus quid sit,9.tom.543.a.
Ruffini Aquileiensis in D. Hieronymum inuectiua,9.tom.362.d.& sequent. Ruffini symbolum, 9.tom.165.c.d.
Ruffus nepos Cyrilli episcopi propter ludum damnatus,9.tom.707.a.b.
Ruffus,T.Annius, dictus, dux exercitus Adriani Imperatoris,Iudæos debellat, &Hierusalem diruit, 4.tom.1153. c. templum Hierosolymitanum arat, 5.tom.566.f. Rebellasse à Romanis Iudæos, eo tẽpore quo T.Annius Ruffus prouinciam illam regebat : versõque in arma omnem Palæstinam deuastasse: eíque ad reprimendos rebelles exercitum Adrianum misisse, Eusebius in libro de temporibus testatur.
Ruina Christus dicitur eorum, qui stabant pessimè, & resurrectio eorum qui ceciderant : & hunc habent sensum illa verba. Ecce hic positus est in ruinam,& resurrectionem multorum in Israel, 4. tom.789.c. & 7.tom.335.b.c.
Rumphæa ignea angelo Seraphim data, vt paradisum custodiat,7.tom.77.b. Rumphæam igneã ad paradisi fores reseruit Christus, 27.a.
Rupes inaccessæ quid indicent,8.tom.147.c. rupes,id est,angeli, 8.tom.48.f.
Rupes mysticè, de quibus scriptũ est Hieremiæ, 6. Hæc dicit dominus deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus : sunt hi qui nullam habentes scientiam, & tantum in conuersatione fidentes, aliqua sibi de scripturarum interpretatione præsumunt,habentes iuxta Apostolum zelum dei,sed nõ secundum scientiam,4.tom.758.e.f.
Ruth, de qua mediatè venit Christus, Moabitis erat,4.tom.1.b.

S

S, litera apud Hebræos triplex, 5.tom. 207.208. c.f. & 6.tom.464.f.
Saba, regio trans Arabiam, camelorum fertilis, 4.tom.437.c.
Saba סבא regio, ex qua fuit regina Austri : quæ venit audire sapientiam Salomonis, 4.tom.311.a.
Madian, & Epha regiones sunt trans Arabiam; fertiles camelorum : omnísque prouincia appellatur Saba. Vnde fuit & Saba regina, quæ venit sapientiam audire Salomonis. In psalmis, vbi scriptum est. Reges Arabum, & Saba munera offerent tibi:in Hebræo habet, Reges שבא Saba, & סבא Saba munera offerent tibi. Quorum vnum Saba per ש litteram scribitur : alterum per ס, quæ S. nostræ litteræ similis est,4.tom.438.a.
Saba interpretatur, conuersio, vel captiuitas, 4. tom.438.d. & 921.c. Saba regina mirata est Salomonis conuiuium,4.tom.11.c.
Sabæi interpretantur,captiui,8.tom.12.d.
Sabaim שבאים gens trans Indiam dicitur:de qua fuit & regina Saba, quæ venit sapiẽtiam audire Salomonis.De quibus & Esaias loquitur: Et Sabaim viri excelsi ad te transibunt : Vnde & thus venire perhibetur, dicente Virgilio, Centúmque Sabæo Thure calent aræ:licet quidam Sabæos, Arabes suscipientur,5.tom.203.b.
Sabaoth, interpretatur, militiarum,siue exercituum,atque virtutum, donatur fœminino genere, numero plurali,4.tom.781.c.782.d.
Sabarim interpretatur,circuitus montium, 4.to. 1090.e.
Sabbathum in signum datum est veri sabbati, 4. tom. 864.f. sabbathum interpretatur,requies,hoc est,quando requiescunt sancti,7.tom.122.c.& 4.to. 424.f. sabbathum omni festiuitate celebrandum, 4.tom. 424.f. sabbatho nemo opus seruile facere debet, hoc est, quod ad mundum istum pertinet, 7.tom.275.a. sabbathum dei sanctificat, qui non portat onus peccati in sabbato,4.tom.1064.f. sabbathum qui non custodit, non est de deo, 7.tom. 206.e. sabbathi dies quo pacto obseruanda,9.to. 227.d. sabbathum dei, sabbathum litteræ, vel Iudæorum differunt,4.tom.1064.e.f. sabbathi litteram destruunt apostoli primi saluatoris, aduersum Hebionitas,6.tom.44.f. sabbathum destruitur in templo Iudæorum, 5.tom.363.b. sabbathum erit ex sabbatho,4.tom.1074.f. sabbathum ex sabbatho, & mensis ex mense, 4.tom. 500.c. sabbathi prima deus fecit lucem : secunda sabbathi fecit firmamentum,7.tom.147.a. sabbathi prima resurrexit lux Christus,7.tom.147.a. sabbathi secunda in fide firmata est ecclesia, 7.tom.147.a. sabbathi quarta,in medio sabbathi est, 7.tom.280.d. sabbathismus septem dierum, 4.tom.1053.a. sabbathismus repromittitur nobis in cælestibus, 4.tom. 424.f.
Vt sciamus nobis in perfecto, & æterno sabbatho requiescẽdum à sæculi operibus: vt nihil aliud die ac nocte faciamus,nisi omne quod viuimus,deberi domino nouerimus: & redeunte hebdomade, totos nos eius nomini consecremus : vt per sanctificationem diei recordemur domini, qui sanctificat nos,ibidem. sanctificat sabbathum, qui quiescit à malis, & iuge iniquitatis habet sabbathum, id est, otium:eáque tantum facit, quæ ad animæ salutem pertinent,& ad omne opus seruile non mouetur. Qui enim facit peccatum,seruus est peccati, 4. tom.397.c Lege præceptum est, ne in sabbatho opus seruile faciamus:ne accendamus ignem:vt in vno sedeamus loco: vt illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutem pertinẽt. Quod si iuxta litteram accipiamus, penitus impleri nõ potest. Quis enim potest hoc facere, vt tota die, ac nocte sedens in



in sabbato de vno loco nõ recedat : imò ne leuiter quidẽ se cõmoueat:quod si fecerit trãsgressor legis sit?Ex vno igitur mandato, quod iuxta litterã impossibile est,& cætera cogimur spiritualiter intelligere:ne faciamus seruile opus,& perdamus animæ libertatẽ.Qui enim facit peccatũ, seruꝰ est peccati, Ne onus portemus in sabbato, quale portabat ille, qui dicit, Iniquitates meæ eleuatæ sunt supra caput meũ.Quasi onus graue aggrauatæ sunt super me: Ne iniquitas,quæ sedet super talẽtũ plũbi,in nobis habeat potestatẽ.Ne nos voluptas corporis,& libido succendãt.Omnes enim adulterãtes,quasi clibanus corda eorũ:& diaboli iacula ignita sunt, vt sagittẽt in obscuro rectos corde, 4.to.423.c. qui sic quieſcit in sabbato, & lauat inter innocẽtes manus suas:nec mouet pedes, vt suas faciat volũtates, iste celebrat sabbata dñi delicata.Qui sabbatismus( iuxta epistolã B. Pauli ad Hebræos scribitur ) repromittitur nobis in cælestibus , & gloria præparatur: dũ nõ facimus vias nostras in sabbato: nec inuenitur volũtas nostra,vt loquamur sermonẽ:quo scilicet,nec opere,nec sermone peccemus . Alioquin si hæc tãtùm prohibentur in sabbato: ergo in aliis sex diebus libertas nobis tribuitur delinquendi?Quod si stultũ est credere,supereſt vt sabbatũ, quod interpretatur requies,omni tẽpore sanctificãdũ sit à fidelibus,dũ nõ carnis,sed animæ faciũt volũtates,4. to.423.c. Custodit animã suã, qui nõ portat põdera peccatorum in die quietis, & sabbati. Nec infert eas per portas Hierusalẽ,quas virtutes debemus accipere.Et nolite( inquit) eiicere onera de domibus vestris.Nõ enim portãda sunt,sed penitus abiicienda.Et omne opus ne faciatis:vel seruile,vel illud de quo scriptũ est, Esca vẽtri,& venter escis: deus autẽ & hũc,& illã destruet.Sed illud opus operãdum, de quo saluator loquitur.Operamini opus, quod non perit.Sãctificate(inquit)diẽ sabbati: vt omne tẽpus vitæ nostræ in sanctificatione ducamus: sicut fecerũt patres nostri,Abrahã,Isaac,&Iacob,4.t.589.a.b.
Porro sabbatũ,quod sanctificatũ est,illud intelligamus,quod & Apostolus docet relictũ esse populo dei:de quo dicitur, Si intrabũt in requiẽ meam: quod Hebraicè sabbatũ nominatur: Sãctificat autẽ sabbatũ dei, qui nõ portat onus peccati in sabbato: nec dicit, Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui talis est nõ colligit ligna in sabbato:nec superædificat fundamẽto Iesu Christi,ligna,fœnũ,stipulã:nec accẽdit ignẽ,qui inutilẽ cõsumat materiã: & die sabbati in vno permanet loco:nec foras egreditur,sed quasi colũna in tẽplo dei positus permanet: super quo Ioãnes scribit in Apocalypsi,Qui vicerit, faciã illũ colũnã in tẽplo dei mei, & foras nõ egredietur amplius,4.to.424.f. De sabbato autẽ,quod significet requiẽ,pleno sermone tractauimus, ĩ eunuchorũ,& aduenarũ prophetia.Et nũc breuiter est dicẽdũ,eos venire in neomeniis,& sabbatis,qui sex diebus,in quibus factus est mũdus,transeẽtis,atque prætẽritis,festinãt ad septimũ diẽ,id est,sabbatũ: in quo vera est requies.De his solẽnitatibus, credẽtes Paulus Apostolus instruebat, dicẽs, Vmbram enim habens lex futurorum bonorũ. Et iterum, Ne quis ergo vos iudicet in cibo,aut potu, aut in parte diei festi,aut neomeniæ,aut sabbatorum,quæ sunt vmbræ futurorum,4.tom.500.d.e.
Sabellij hæresis, 6.to.399.b.c. Sabellius hæresiarcha eundẽ deũ patrẽ impiè arbitratur & filium: cõfundítque personas,dũ eandẽ diuinitatẽ in vtroque deprehẽdit,6.to.396.f. Nõ intelligẽs Paulũ Apostolũ,patrẽ cõfundit & filiũ,dum eãdẽ operationẽ diuersorũ esse nõ putat. Sabellius personas in sancta Trinitate impiè cõfundebat: asserẽs Deum, secundũ quod vellet,aut patrẽ esse,aut filiũ,aut spiritũ sanctũ: Cõtra quẽ Alexãdrina Synodus primũ congregata tres subsistẽtes personas confitẽdas esse in vna dei substantia decreuit. Scripsit etiam aduersus hanc hæresim epistolas aliquot Dionysius Alexandrinæ vrbis Antistes;doctissimas pariter, & elegantissimas. Eius enim tempore illa exorta fuit.
Sabinianꝰ hæresiarcha,asserẽs ĩ Christo duas fuisse volũtates,9.t.694.a. capite trũcatur,9.to.695.b.
Sacculus cõtinetur facilius,quã voluptas,6.t.88.f.
Saccus Christi, quid, 7.to.93.b. saccus mysticè, 8.tom.37.b.& 45.b.
Sacerdos qualis esse debeat,8.to.645.a.b. sacerdos, angelus domini exercituum est, 4.to.1064.e.
sacerdos quilibet debet habere ἀπλόστης, hoc est, manifestationes,&c.7.to.386.d. sacerdos ingressurus atriũ interius,vinum non bibat, 4.to.1063.b.
sacerdos in quo fuerit macula, nõ accedat offerre domino,5.to.489.b. sacerdos & monachus sine misericordia, nauis est in medio pelagi vndique perforata, 9.to.655.a. sacerdos interrogat filium dei,Iesus respondit filium dei, 6.to. 192.d. sacerdotis officium & munus, 4.to.1063.c.1064.d.e.
sacerdotis officium, est legis interpretatio, 4.to. 771.b. sacerdotis summi ornamenta allegoricè,7. to.385.c. sacerdoti exoranti pro populo ad iustitiã reputatur,7.to.315.c. sacerdoti permittitur, vt de altari viuat,nõ vt luxuriet,5.to.350.e. sacerdoti quædã aliis licita,prohibẽtur,8.to.645.a. sacerdotũ ordo diuersus,4.to.1068.d. sacerdotũ ordo & officiũ,9.to.130.d. sacerdotis attriũ, est sæcularis circuitus,6.to.191.b. ad sacerdotẽ cur Iesus Christus misit leprosum,6.to.24.f. sacerdotes, templi præsules,4.to.884.e. sacerdotes appellãtur sancti, 8.to.515.b. sacerdotes, secũdus in ecclesiastico ordine gradus,4.to.568.d. sacerdotes,Episcopos, & presbyteros qui spernit,spernit&Christũ,6.t.443.a.
sacerdotes Malachias angelos vocat,5.to. 349.c.
sacerdotes,in quibus habitat deus, qui sint, 7.to. 82.e. sacerdotes religionis diuinæ quibus vestibus vti debent,4.to.1061.b. sacerdotes deo ministrantes,vinũ omnino nõ bibãt,6. to.446.e. sacerdotes obstupescent,4.to.524.d. sacerdotes semper operire capita sua debẽt,4.t.1061.b. sacerdotes caput suũ tõdere debẽt,4.t.1061.a.b. sacerdotes domini capillos suos sanctificationis debent habere perpetuos,& operire capita sua, &c.4.t.1063.a. sacerdotes in cellariis vescẽtes,4.to.1041.c. sacerdotes nõ solũ virgineſ,sed & viduã ducere debẽt,ideſt,sciẽtiã, &c.4.t.1063.c. sacerdotes vocãtur angeli,8.t.493.a.
Sacerdotes non solùm de suis delictis reddent rationem, sed de omnibus etiam, quorum abutuntur donis,& nequaquam sunt de eorum salute solliciti,4.tom.1066.d.e. sacerdotes in veteri lege vngebantur chrismate, 5.tom.454.d. sacerdotes Ægyptij vestibus vtebantes lineis; non solùm intrinsecus,sed & extrinsecus, 4.tom 1061.b. sacerdotũ os,est oraculum domini, 5.tom.349.c. sacerdotũ grandis dignitas,sed grãdis est eorum ruina,si peccant, 4.tom.1066.d. sacerdotum propriè non solùm docere,sed & facere legem, 4.tom.582.e. sacerdotum epulæ,profectus populi, 4.tom.446.d.
sacerdotum animam inebriabit deus , qui habẽt scientiam dei , 4.tom. 655.c. sacerdotum habitacula, 4.tom.1067.b.c. sacerdotum Ægypti viuẽdi ratio, 9.tom.539.b. in sacerdotibus deus laudẽ filij sui non tacet , 7.tom. 326.c. sacerdotibus dei obaudiendum est, 7.tom.229.b. sacerdotalis pudicitia & castitas, 6.tom.447.c. sacerdotalis propriè est officij,morticina non tangere, 4.to.1064.f.
sacerdotales gradus in populo Iudaico , 4. tom. 28.f.29.a. sacerdotium ortum ex Leui, 5.to. 599.a.
sacerdotij nomen sanctum, 6.tom. 445.a. à sacerdotio fornicarius arcendus,6.tom. 444.f.
Sacramẽta æqualia nõ fũt oĩa, 6.t.425.b. sacramẽta hæreticorum sacrilega cõmouentur,5.to. 279.c.
Sacrificatur in omni loco,4.tom.879.c.
Sacrificiũ quid,7.to.84.f. sacrificiũ spontaneũ, 4.to.1079.c. sacrificium vltroneum quid sit, 5.to. 237.a. sacrificium mundum in omni loco offertur domino, 5.tom.561.b. sacrificium in hebdomadis dimidio deficiet, 4.tom. 1150.e. sacrificiũ omne omnia præterita peccata delet,non præsentia, 5. tom.112.e. sacrificium legitimum,iuge,atque perpetuum,4.tom.1080.e. sacrificiũ in ecclesia Christiana,4.to.1117.a. sacrificium Missæ, 4.to. 1185.b.
sacrificium deus de puro corde requirit, 7.tom. 319.c. sacrificium vespertinum, 5.tom.561.b. sacrificiorum magnitudinem non diiudicat deus, sed offerentium merita,& causas,5.tom.255.c. sacrificium sub mundi finem auferetur,6.tom.115.c.116.d.
sacrificium iuge, ἐνδελεκισμὸς appellatum , 4.tom. 1143.c. sacrificiũ auferetur de domo domini, 5.t. 184.f. sacrificiũ deo,spiritus cõtribulatus,5.t.55.a.
sacrificiã & hostiæ,bona opera fideliũ; 6.t.175.c.
Carnes hostiæ,quę immolabatur in altari, sanctę erant , & inter ipsas sanctificatas carnes erat multa diuersitas. Alias enim sacerdotes in tẽpli adytis comedebãt:alias propinqui eorum domi: alias hi qui de sacerdotibus videbantur esse maculati : alias Israëlitæ,qui nullam habebant immunditiam,5.tom: 513.a. hæretici vnam Christi hostiam deserentes, nec comedentes carnem eius, cuius caro cibus credentium est, multas immolãt hostias, & comedunt carnes earum,5.tom. 134.d.
de Sacrificio Missæ,vide in dictione,Missa.
Sacrilegiũ quid sit,8.to.401.c. sacrilegium ſtatim pœna diuina puni tur,4.tom.1126.f.
Sacrilegus lepra percussus,5.tom.210.d.
Sadducæi,genimina viperarum,4.to.152.e. Sadducæorum,qui interpretantur iusti,hæresis, 6.tom. 106.d.107. a.
Sadoch interpretatur,iustus,4.t.1026.e.& 1041.c.
Sæculum hoc cur dicatur nequã,8.to. 549.c. sæculum præsens quomodo malum dictum sit , 6.to. 272.e.f. sæculũ hoc lacrymarum est, non gaudij, 7.to.249.b. sæculum hoc,nox est,7.to.388.f. sæculum hoc cur mare appelletur,8.to.123.a. sæculũ hoc commutabitur in melius, 7.to.288.e. sæculo nihil fugacius,rebúsque sæculi, 5.to.261.a. sæculũ frequenter pro his,quæ in sæculo versantur,accipitur,6.to.388.d. sæculũ,& sæculum sæculi, siue sæcula sęculorũ quid inter se differũt,6.to.273.a. sæculorum æternitatem extitisse ante mundi tempora,6.to.441.c. sæcula esse animalia,secundũ Valẽtinum, 6.tom.273.a.
Sagena extrahetur ad littus, cùm mundi venerit consummatio,6 to.59.a. sagena allegoricè exposita,5.tom.284.d. sagena hæreticorũ, quæ & qualis, 5.tom.59.c.
Sagena missa in mare, omne piscium genus congregãs, vetus ac nouum testamentũ est, 4.to.958.f.
contexuerunt sibi Apostoli ex veteri & nouo testamento sagenam euangelicorum dogmatum : & miserunt eam in mare huius sæculi, quæ vsque hodie in mediis fluctibus tenditur , capiẽs de salsis, & amaris gurgitibus quidquid inciderit , id est & bonos homines,& malos: & optimos pisces, & pessimos, 6.to.58.f. de hoc eodem sub figura alterius parabolæ sagena illa demonstrat : quæ mittitur in mare huius sęculi,& extrahit pisces omnium generum:proiectíque malis piscibus, boni tãtummodo reseruantur. Ita & dominus miserabilem domũ Israel toto orbe dispersit, & cõcussit in cribro, & vẽtilauit pala, 5.to.284.d. sagena hæreticorũ in malã partem , pessima eorũ doctrina est, qua animas capiunt, 5. tom.59.b.c.
Sagitta, quæ plures habet sagittas quas mittit in vniuersum orbem,5.tom.453.b. sagittæ ardentes, 7.to.30.e. sagittæ quid moraliter significãt, 8. to. 44.d. sagitta electa,verbum dei est, 5.tom. 575.a. & 4.tom.341.a.
Sagitta domini electa,Christus : & de ea dictum est Esaiæ 49. Posuit me sicut sagittam electam : in pharetra sua abscondit me. Quando dicit sagittam electam, ostendit habere deũ sagittas plurimas, sed non electas:quæ sagittæ prophetæ sunt, & Apostoli,qui in toto orbe discurrunt : De quibus & in alio loco canitur. Sagittæ tuæ acutæ potentissimæ : populi sub te cadent: Et iterum. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.Christus autem de multis sagittis,& filiis plurimis , vna sagitta electa, & filius vnigenitus est : Quã in pharetra sua abscõdit,ideſt in humano corpore,vt habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter,4.to.341.b. iacula dei, id est, sagittæ euntes, atque pergentes, non ad hoc mittuntur, vt interimãt, sed vt illuminent. Ad harũ sagittarum,iaculorúmque distinctionẽ, Christus electũ iaculum dicitur, per Esaiam vociferans: Posuit me vt iaculũ electum: & in pharetra sua abscondit me,& dixit mihi: Magnum est tibi hoc,vocari te seruum meũ. Hæc sagitta plures habet sagittas, quas mittat in vniuersum orbem, 5.tom.453.b.
Sagittæ in malam partem , de quibus Hieremiæ 4. scribitur , vitia , & persecutiones sunt. Habet & Gog,id est,diabolus,hereticíque sagittas:de quibus & psalmista loquitur. Ecce enim peccatores intenderũt arcum : parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde: Et de his scriptum est, Ezech.39. Percutiã sagittas tuas de manu dextra tua;4.to.1003.b.c. Sagittæ quoque significãt accẽsas verborũ sentẽtias: & hũc sensum habẽt illa verba,Sagittas suas ardẽtibus effecit,4.t.700.d.
Sagittę etiã famis & penurię sũt:& de illis scriptũ est Ezechielis 5.Quãdo misero sagittas famis pessimas,4.to. 757.c. sagitta diaboli volat;7. to. 272.f.
Sagittaria diuinatio βελομαντία Græcè dicta, 4.to. 878.f.
Saguntini ærumnis inclyti,5.to.432.e.
Sagũtus,Hispaniæ ciuitas,à Græcis cõdita; 6.to. 297.e.
Sain,ciuitas Ægypti,quæ Pelusiũ vocatur; 4. to. 944.d. Sain interpretatur,tentatio, 4.to.947.c.

Sal quomodo conficiatur,8.to.252.d. sal in ciborũ condimentũ, & ad siccandas carnes necessariũ est,6.t.12.d. sale quod cõditur, vermis putredinẽ arcet,6.t.175.b. sal dulcedo sapientiæ,6.t.175.b.
sal in omni victima & sacrificio offerri præceptũ est,6.to.173.b. sale omne sacrificiũ cõdiẽdũ,4.to.814.e.f. sal in cũctis sacrificiis, & in cũctis muneribus deo oblatis,4.to.814.e.f. sal sterilitatem inducit,4.to.1087.b. inde vibes post ruinam sale aspergũtur,ibid. in omni sacrificio sal vsui est, 4.to.813.a. Hierichuntinũ fluuiũ euãgelico & apostolicõ sale Eliseus curat,intãtum, vt vbi prius sterilitas fuerat & mors, ibi vbertas esset & vita, 4. tom. 1087.b. verus Eliseus aquas steriles atque mortiferas sapientiæ suæ cõdiuit sale,& fecit esse vitales, 5.to.79.b. tertio dicitur:Nec sale salita.Tenera infantiũ corpora,dũ adhuc vteri calorẽ tenẽt, & primo vagitu laborioſæ vitæ testantur exordia:solent ab obstetricibus sale contingi,vt sicciora sint,& restringantur.Porro Hierusalẽ, quæ de malis parẽtibus nata est,nihil saporis, nihil diligẽtiæ conſeeuta est.Qui autẽ renascuntur in Christo,dicitur ad eos: Vos estis sal terræ. Et præcipitur eis ab Apostolo, sermo vester semper in gratia sale sit cõditus.Vnde & vulgo sapiẽtes,salsi, & stulti vocãtur insulsi.Et in Leuitico lege sancitur. Omne sacrificiũ vestrũ sale salietur.Non cessabit sal testamẽti dñi de sacrificiis vestris:in cũctis muneribꝰ vestris sal offeretis. Qui hoc sale cõditus fuerit,& omnẽ putorẽ, humorémque noxiũ huius admixtione siccauerit, vltrà non dicet:Cõputruerũt, & corruptæ sunt cicatrices meę à facie insipiẽtiæ meæ. Scio me legisse in quodam volumine de domino Saluatore: quòd ipse sit sal cæleste:& nõ solùm terrena & inferna, sed cælestia quoq; suo sapore cõdiuerit:&impleatur illud quod scriptũ est,Gloria in excelsis deo: & super terrã pax hominibus bonæ volũtatis,4.t. 813.a. vitulus immaculatus assumitur,& aries:& offertur in conspectu dñi:& filij Sadoch,hoceſt iustorũ, sacerdotes,aspergunt super capita eorũ sal:vt & lex & prophetæ sapore euãgelij condiãtur. Nec vllũ est sacrificium (iuxta legis imperiũ, & interpretationẽ Apostoli, qui ait: Sermo vester sit sale cõditus) quòd sale careat,4.to.1052.f. vos estis sal terræ. Sal appellãtur Apostoli,quia per illos vniuersum hominũ cõditur genus.Quòd si sal euanuerit,in quo salietur? Si doctor errauerit,à quo alio doctore emẽdabitur? Ad nihilũ valet vltra,nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibꝰ.Exẽplũ de agricultura sumptũ est. Sal etenim sicut in ciborũ cõdimẽtũ, & ad siccãdas carnes necessariũ est:ita aliũ vsum nõ habet. Certè legimus in scripturis, vrbes quasdã ita victorũ sale seminatas, vt nullũ in ipsis germẽ oriretur. Caueãt ergo doctores,& episcopi,& videãt: Potẽtes potẽter tormẽta sustinere,nihilque esse remedij,sed maiorũ ruinã ad tartarũ ducere,6.tom.11.c.& 12.d. sal infatuatũ,seu euanidũ,in malã sumitur partẽ: vnde nõ dicitur ad Damascũ.Vos estis sal mundi. Nec illud sal vocatur, quod semper offertur in victimis: sed quod infatuatũ est, & de quo in euãgelio scribitur.Si autẽ sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nihilũ est vtile,neque in terrã,neque in sterquilinij:sed foras proiicitur illud, vt ab hominibus cõculcetur,5.to.483.c. hęretici quia secũdũ prophetã cõuersi sunt retrorsum,imitãtes vxorẽ Lot:mutãtur in statuã salis, imaginem Ecclesiasticæ condituræ, & saporem penitus non habentes:qui proiiciuntur foras,& in nihil vtiles sunt, nisi vt cunctorum pedibus conculcentur,4.tom.407.c.
Salamina,4.tom.1158.e. f.
Ceratiã cometæ specie, conus similitudinẽ præ se ferẽte, cùm Græcia apud Salamina depugnauit, apparuisse, Plinius testis est. Clara insula Salamin seu Salamina fuit,cõtra Eleusinã,& Athenas posita, in qua vrbs eiusdẽ nominis est: vbi Telamõ Aiacis & Teucri pater regnauit. Qui Teucer inde à patre expulsus Cyprũ cõtẽdit, ibique eiusdẽ nominis vrbẽ cõdidit: quæ Cõstãtia deinde dicta fuit, postremóque Famaugusta.Hãc autẽ post diutinã obsidionẽ strenuè defendente eã Estorre Balionio Perusino,annona militibus deficiẽte,anno M. D. LXXI. Augusti mẽse,immanissimus Turca cepit,ruptáque fide,omnes trucidauit: & ita totius insulæ Cypri dominus effectus est:Superbiẽte hostẽ,& tot Christianorũ cladibus ferociente,nostrorũ victoria,qua omnẽ illius,quæ potentissima erat classem ad Cursularias insulas,quas veteres Echinades appellabãt, nõ longè à Naupacto,parum postea, Octobris scilicet mẽse,debellauit,cepit,repressitque:magnáque de restituenda Christianorum re iam cõcepta spes est:Pio V. Pontifice optimo maximo, post initum cum Philippo Hispaniarum rege, & Venetorum republica fœdus,reliquos Christianos principes ad inferendum Turcæ bellum,obnixè procurante.
Salathiel interpretatur petitio dei, 5.to.501.c.
Saliua quid mysticè,7.to.105.c.
Salix,lignũ est infructuosum, & eam habet naturam,vt si quis ex eo accipiat potionem,aut manducet,filios non faciat,7.tom.395.b.c.
Salmana interfecit filios corã matribus,& matrẽ super filiis,5.t.152. c. Salmana, Madianitarũ princeps,interfectus à domo Hierobaal, 5.t.152.d. Salmana interpretatur,perfecti in malitia, 7.to.247.a.
Salmanazar,Assyriorũ rex,cepit Samariã, ac decem tribus,quæ appellabãtur Israël,4.t.97.b.271.b. 5.to.83.c. duxit Israëlitas Samaritanos in Medorum ciuitates,4.to.748.d.
Salmon virum iustum Booz quare de Raab generauit,5.tom.80.f.
Salome, vxor Zebedæi,& Ioannis,Iacobique minoris mater:de qua ita scribit D.Marcus,ca.15. erãt & mulieres de lõgè, inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi minoris,&Ioseph mater,&Salome.Et in sequẽti capite. Et cũ trãsiisset sabbatum, Maria Magdalene,&Maria Iacobi, & Salome emerũt aromata,vt veniẽtes vngerẽt Iesũ.Quod autem eadẽ sit Salome,& mater filiorũ Zebedæi, cõstat ex Matthæo:qui cadẽ, quæ Marcus scripsit enarrans,ita ait.Erãt autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa,ministrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Quam enim Marcus Salomen, Matthæus matrem filiorum Zebedæi appellat.
Salomon nomen accipit à pace, 5. tom. 206. d. & 6.to.343.c. Salomonem tribus nominibus vocatum fuisse, 5.tom.5.a. Salomon, id est, pacificus ac dilectus domini, 5.tom.5.a. 8.tom. 163.b.296.d.
interpretatur,fortis manu,& pacificus,5.t.454.d.
ipse ait, deus docuit me sapiẽtiam,& intellectum sanctorum cognoui,6.tom.385.f.386.d. Salomon omne genus hominum præiuit sapientia, 5. tom. 76.f. non fuit sapientior Abrahamo & Moysẽ, & cęteris sanctis, 5.tom.12.f. in sapientia ac diuitiis confisus,deum per mulieres offendit, 5.tom.11.b.
duodecim erat annorum, quando suscepit imperium:& tamen non iuuenis appellatus,& cur, 4. tom. 299.c. cur diuersos titulos impoſuerit suis libris, 8.tom.295.c. quadraginta regnauit annis, 7.tom.67.b. Christi typus, 4.tom.1164.d.& 8.to. 296.d. Salomonis scripta,5.tom.5.a. Salomonis tegimur pellibus, 6. tom.154.d. Salomon noster ascendit ad cælos,7.tom.270.d.e.
Tres edidit libros,Prouerbia,Ecclesiasten, & Cãticum cãticorum,5.tom.5.c. quę sit horum librorum doctrina,explicatur,ibid. quid prodest scire, quot annos vixerit Mathusalem: quoto ætatis suæ anno Salomon sortitus sit coniugem: ne forsitan Roboam vndecimo ætatis illius anno, natus esse credatur? & multa istiusmodi, quæ aut difficile est inuenire propter librorum varietatẽ:& (dum palatim de inemendatis, inemendata scribuntur) errores inolitos: aut etiam si inueniremus magno studio & labore,nihil profutura cognouimus,6.to. in cap.3. ad Titum. Psalmus quadragesimus quartus,& septuagesimus primus, ipsius,id est dilecti & pacifici titulo prænotantur:cùm tamen ad Christũ, & ecclesiam pertineant,fœlicitatémque & vires Salomonis excedant,5.tom.5.c. quæ in psalmo septuagesimo primo scripta sunt, omnia Salomoni cõuenire non possunt: sed in typum potius Christi prophetata sunt,4.to.in cap.11.Dan. Christi enim figura Salomon fuit,ibid. Salomon quamuis deũ offenderit, postremò tamẽ pœnitentiam egit: Vnde Prouerbiorum cap.24.iuxta Lxx. interpretationẽ, ita scribit.Ὕστερον ἐγὼ μετανοήσας· ἐκάθισα τοῦ ἐκλέξασθαι παιδείαν. Hoc est, Nouissimè ego egi pœnitentiam:Et respexi vt eligerem disciplinam,4.tom. 1047.b.c. eo in loco vulgata editio ita legit. Quod cùm vidissem posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Quod enim est Hebraicè אשית לבי, Posui in corde meo,Lxx.ad sensum verba transferentes, interpretati sunt, μετανόησα, id est, egi pœnitentiam. Aiunt Hebræi Ecclesiasten Salomonis esse pœnitentiam agentis:quod in sapientia, diuitiisque confisus, per mulieres deum offenderit, 5.tom.15.b.c.
Salphaath, qui peccatis mortuus est, omnes genuit filias,5.tom.16.e.
Saluare solus deus potest,7.tom.35.c.
Saluator noster, est imago dei inuisibilis,primogenitus omnis creaturæ,4.to.611.a. saluatoris caput candidũ, vt nix,5.to.66.f. saluos facere pro nihilo,7.tom.in psal.55. non saluantur autẽ,quia nolunt, & venire ad fidem renuunt, spiritum dei sanctum exacerbantes, 4.to.in cap.26.Esa. vult deus quæcumque sunt plena rationis atque consilij:vult saluari omnes,& in agnitionẽ veritatis venire. Sed quia nullus absque propria volũtate saluatur (liberi enim arbitrij sumus) vult nos bonum velle: vt cũ voluerimus, velit in nobis & ipse suũ implere consilium,6.to.368.d.e. & hoc notandũ, quòd quæritur Tyrus ab eo qui venit quærere, & saluum facere quod perierat: & nonagintanouem ouibus in mõtibus derelictis, quærit vnam erroneam ouem. Mulier quoque,quæ vnã drachmã perdiderat,quærit,& inuenit, & vicinas conuocat ad lætitiæ societatem. Sin autem requisitus non inuenitur Tyrus, non est quærentis vitium,sed eius qui boni pastoris fugerit manũ,4.to.911.c. quilibet quantumuis impius,saluari potest, si conuertatur, 4.to.967.c. & quia sequitur,Ipse non poterit sanare vos. Hoc argumento vsus est,quòd hæreticos, & ecclesiasticos peccatores Christus sanare non possit in tempore iudicij, vbi nulla est misericordia: iuxta illud quod scriptum est. In inferno autem quis confitebitur tibi? Et quòd sanare,vel liberare nõ possit: nequaquã sua imbecillitate, sed eorum merito qui serò auxilium postularint.Quomodo & dominus dicitur signa in patria sua facere non potuisse: & causa, cur non potuerit,exponitur:quia(inquit)non credebãt in eum, 5.tom. 116.f. saluare malos filios ecclesiæ principes nequeunt,4.to.810.e.f.
Saltus significat verba absque virtutibus,Esaię 9. dum dicitur.Succendetur in densitate saltus, 4.to. 79.a. seu significat infructuosos, & hæreticos homines:qui cùm ex innumerabili eorum multitudine,quam hæretica prauitate deceperant, vix pauci remanent: dicitur de eis, quod scriptũ est Esaiæ 10.
Reliquiæ ligni saltus eius,præ paucitate numerabuntur,4.to.in cap.10.Esaiæ. hinc peccatores non in agris consitis,& noualibus:nec in pratis,& segetibus, quas ad metendum esse candentes saluator docet: nec inter arbores pomiferas: sed in infructuosis saltibus dormire dicuntur: secundum illud Esaiæ 21. In saltu ad vesperam dormietis,4.tom.in cap.21.Esa. de huiusmodi saltu,& in Regum volumine legimus: quod plures deuorauerit sylua, vel saltus, quàm interfecti sint gladio:quando Absalon aduersus patrẽ extitit perduellis, ibid. Libanus in Charmel,& Charmel in saltum reputabitur.Esa. 29. id est,gentiũ populus in Iudęorum promissa,& vera circumcisionem intrabit:& Charmel, id est, Iudæi sterilescent, & infructuosis arboribus deputabuntur,4.tom.235.d. ponam eam (scilicet vineã) in saltum, & comedet eam bestia agri,Osee 2. Hoc est. Tunc nequaquam habebit arbores pomiferas, sed omnia vertentur in saltum.Et quia semel metaphorã à syluis cœperat, finit in reliquo:vt hostes, à quibus deuoranda sunt omnia,bestias nuncupet, 5. to.in cap.2.Osee. saltus significat etiam gentilium turbam:sicut & in 131.psalmo scriptum est.Ecce audiuimus eam in Ephrata:inuenimus eam in campis syluæ:& hæc est domus saltus,de qua Esaiæ 22.scribitur, Et videbit in die illa armamentarium domus saltus, 4.to.in cap.22.Esaiæ. & hæ sunt bestiæ saltus,id est, rabidæ gentes quæ prouocãtur ad fidem, vt veniant ad ecclesiam, & comedant cælestem panẽ,agnique carne saturentur, dum scribitur Esa. 56.
Omnes bestiæ agri, venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus, 4.t.in cap.56.Esaiæ. hinc qui de ecclesia separati,se cõuiuiis dedũt,amicitiisque gẽtiliũ in saltu habitare Mic.7.dicũtur,4.t.in ca.Mic.
Saltus munitus, quem Zacharias capite 11.succisum plangit, Templum est, quod inexpugnabili, creuerat firmitate, 5.to. in cap. 11. Zach. Altitudo summitatis montis Libani & saltus Carmeli,quẽ se intraturum Sennacherib Esaiæ cap. 37. comminatur,templum similiter significat, 4.to.in idẽ caput.
Salus in ligno fixa, 6.to.195.a. salutis spes est, quando delictum sequitur verecundia,4.to.768.d. salus hominis vana,4.to.252.f.
Salutare dei,filius dei est,7.tom. 274.f. salutaris noster,Christus est,7.tom.85.b. salutatio Hebraicè,



braicè, Syriacè, Græcè,& Latinè, 6.to. 35. a. salutaris nomen vbicumque legitur in scripturis, in Hebraico,Iesus ponitur,7.to.292.d.
Samai & Hillel,duæ familiæ,ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisæi,4.to.69.a.
Samaria,Israël metropolis,nunc Sebaste,4.tom. 58.e. Samariam Herodes, in honorem Augusti Cæsaris, Augustam vocauit, 5. tom. 172.f.289.a. & 327.b. Samaria cur custodia dicitur,5.tom. 235. b. nunc appellatur, Olla, quod interpretatur,tabernaculum,4.tom.883,b.c. Samariæ diuersa nomina,5.tom.86.f.87.a. Samariæ & Hierusalem cur dicantur sorores,4. tom.883.c.
Samariæ terra olei fertilissima,5.tom.160.d. hãc corripit dominus, & illi plagas,quæ venturæ sunt, comminatur, 5.tom.371.b. Samaria fabricata est idola, & pro domino vitulos adorauit,5.to.330.d.
huius vitulus,5.to.131.a. malitia reuelata est, 5. tom.121.b.& 122.e. fluenta, 5.to.66.f. Samaria refert hæreticos,5.tom.229.c. hæreticorum conciliabula,5.tom.329.b.c.
Samaritani habebant regem de tribu Ephraim, 7.to.226.d.
Sambuca quid sit,9.to.257.c. quomodo interpretatur, 9.to.257.c.
Samson fauum mellis in ore leonis inuenit, 4. tom.741.c. leonem tenuit & occidit, quid significat,8.tom.34.d.e. sitiens de molari dente asini aquam eduxit,vt biberet,Christi typum ferebat, 8. tom.34.f. gratiam spiritus sancti in septem crinibus mysticè possidebat, 8. tom.34.d. sanctam comam nutriens, Dalilæ pauperis amplexus diligens,& omnia cordis sui secreta confessus, Christi & ecclesiæ ex gentibus verè pauperis mysterium signficabat,6.tom.567.b.c. interpretatur sol:quare Dalilam amauit, 5. tom. 80.e. quia perdidit comam,perdit fortitudinem: paulatimque renascentibus capillis vires rediere pristinæ, vt multò plures moriens,quàm viuus occideret, 4.to. 768.e.
vinctus à Dalila quid mysticè,6.tom.193.a.b.
suos hostes tribus modis interfecit, 8.to.34.e. qui mortuus multò plures occidit,quàm viuus, Christi typus,4.1062.f.
Samuël,qui talis fuit,vt inuocaret dominum, & dominus exaudiret eum,& in tempore messis, pluuiam hyemis impetraret, & habuit filios, qui tam iniqui iudices extiterunt,vt populus eos nequaquã ferens,regem sibi in similitudinem gentium postularet, 6. tom. 445.a. hic dei sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta possedit, 4. tom. 768.e. stetit contra dominum, vt auerteret iram furoris eius, 4.tom.639.a. indumento lineo vestitus, quid, 5.tom.597.c. regem Saulem lugebat omnibus diebus vitæ suæ,5.tom.41.b. Samuelem in inferno fuisse,5.tom.58.f. huius animam visa est suscitasse Pythonissa, 4. tom. 803.c. Samuël per artes magicas suscitatus visus est, 4. to.60.c.
Sanctitas vitæ plus mouet corda hominum, quàm ornata eloquia,9.tom.647.d. sanctitas voluntate & studio comparatur,& acquiritur,6. tom. 363.c. sanctitas se obtulit, vt spurcitiem deleret, 6.tom.272.c. sanctitas per turpitudinem negatur,6. tom.452.f. sanctitas iniquo est odiosa, 8. tom.67.a. sancta sanctorum in plurali, & sanctum,seu sanctuarium in singulari, quid differunt, 4.tom.1029.b. sanctuarium,id est, templum domini,in medio primitiarum sacerdotalium,4.tom. 1094.f. in sanctuario dei non sint incircumcisi, 4.to.1058.e.
Sancta qui violant, variis corripiuntur morbis, 4.tom.1581.b. sanctum sanctúmque sanctorum, 4.tom.1067.b. sanctum non dandum canibus,4. tom.287.a. sanctum,panis est filiorum dei, 6.to. 21.a. sanctus quis quomodo potest esse coram deo,6.tom.363.c. sanctus est ille, qui plenus est virtutibus, 6.to. 363.c. sanctus per viam rectam incedit,4.to.409.c. sanctus ascensiones in corde suo ponit,peccator dissensiones,7.tom.249.c.
quicumque sanctus est, quotidie in priora extẽditur,& præteritorum obliuiscitur,7.tom.249.c.
qui verè est sanctus,non circundat deum in mẽdacio,sed in veritate,5.tom.159.c. sanctus hic victu & vestitu contentus est,7. to. 222.d. sanctus non est habitator terræ,sed aduena, atque peregrinus,4.tom.763.f. sanctus dicitur carniũ paruularum,quæ in eo decrescunt quotidie, & per virtutes attenuantur,4.to.827.b. sanctus quisque, altare domini habet in se,quod est fides,7. to.82.d. quicumque sanctus est,cælum est:& iste deum iustum non timet, 7.tom. 290.f. sanctus aliquis in sacris scripturis non legitur fuisse venator,7.tom.272. d.
sanctus vir,quamuis sanctus sit,si vna virtus defuerit,vocalem sonum reddere non potest, 7. tom. 417. sanctus de terra periit, & rectus in hominibus nõ est,5.to.373.b. sanctus vir;dum in hac vita versatur,rotæ comparatur,7.to.222.d. sanctus de monte Pharã veniet,5.to.443.445.a. sancti vnius anima pretiosior, quàm infinitæ multitudines peccatorum,7.to.410.e. sanctus sanctorũ, Christus,6.to.157.b. omnis sanctus, est solium gloriæ dei,4.to.575.c. sanctus omnis, lumbare dei est, 4. to.567.a. sancti,cur ita dicti,4.t.365.b. sancti,dei sunt sedes,7.to.90.f. sanctus,est via dei,7.t.220.f.
sancti flumina sunt, & Christus fons,7. to.293.b.
sancti vestimẽtũ dei sunt,7.to.294.e. sancti appellãtur,triticũ,6.to.56. sancti reges appellati, 4.t. 356.f. sancti appellãtur cæli,7.t.160.f. sanctos cur scriptura sacra cælos appellet,8.to. 115.a. sancti & innocentes cur pauperes appellẽtur,8.tom.110.f.
sancti,reges dicũtur,7. to. 90.f. sancti vocãtur mõtes,7.to.418.a. sancti,dij dicũtur,7.to.220.f.
sancti dicũtur animalia,qui in deo viuunt,7.to. 194.e. sancti sunt lingua dei, quæ meditantur eius mandata,7.to.113.c. sancti lapides voluũtur super terrã,7.to.222.d. cum sancto sanctus eris,&c.5.to. 44.d.sancti dij digni sũt vocari,7.to.392.d. sancti nõ sũt ausi dicere, sãcti sumus,7. t.347.c. sãctorũ ecclesia,ciuitas est domini,7.t.298.e. sãctorũ pars, deus est,4.t.555.c. sãcti nõ habẽt quod inter se inuicẽ sufferãt,&c.6.t.395.b. sãcti antiqui lege naturali iustificati,6.t.293.c. sãcti,qui antiquitꝰ fuerũt, ex Christi fide iustificati,6.t.290.e. sãcti facti sunt pabulũ gẽtibus, 7.to.138.d. sãcti nequaquã habebũt terrenũ regnũ,sed cæleste.4.t.1139.a. sãcti fumigãt,quoniã per ignẽ saluabũtur oẽs,7.to.307.a.
sãcti in spirituale proficiũt intelligẽtiã,7.t.304.f.
in sãctis deus clemẽtię excedit modũ,4.to.772.c.
per sãctos suos deus respicit,& in eis habitat,7.t. 43.c. sãcti assumẽt pœnas, & vt aquilæ volabũt, & nõ deficiẽt,4.to.707.c. sancti portant mundum, dum eum, ne ruat, ac pereat, orationum fortitudine sustinẽt,8.t.27.a. sãcti viri, qui mũdi operibꝰ non corpore, sed virtute sopiuntur, laboriosiùs dormiunt, quàm vigilare potuerunt,4.tom.681.c. sancti omnes corpore & carne circundati placuerunt deo, 6. tom. 510.d. sancti quomodo de torrente bibunt, 7.tom.336.e. sancti in hoc mundo fluctuant, 7.to.166.f. sancti viri certissimè sciunt, quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt, 4.tom. 702.b. sancti hic sunt aridi & ficci, sed in altero sæculo florebunt & virescent, 7.tom. 161.c. sancti omnes hic rectè viatores esse dicuntur,8.tom.58.f. sancti non sunt habitatores terræ, sed aduenæ, 4.tom.506.e. sancti fugiunt ab hominum consortio, non corporaliter sed spiritualiter,164.c. sanctis hic pusilla requies, longus labor, 6.tom.167.a. sancti in terra positi, cælestem agunt vitam, 7.to. 263.b.c. sancti in hac vita implent dies suos, 4. tom. 282. f. sancti de cælesti Hierusalem paruulos ecclesiæ benedicunt, 7. tom. 353. b. sanctos pueros ignis tangere non potuit, 4. tom. 1120.d. sanctis qui nocet, elõgatur à deo, 7.tom.370.d. sancti pennas habent aquilæ & columbæ, 4.tom.148.f. sanctos inferni lege, ante aduentum Christi,detentos, 5. tom. 58.f. sanctorum animæ omnes ante Christi passionem in infernum descendebant, 7. tom. 77.b. sanctorum animas ex inferno Christus eduxit, 7. tom. 71. c.
sancti post resurrectionem Christi nequaquam tenentur in inferno, 5.tom. 58.f. sancti minoris meriti coronam non capient, tamen æternæ vitæ fructibus alentur, 7.tom.186.e. sancti manducauerunt corpus Christi, 7.tom. 73. b. sanctis suis deus promisit bona, 7.tom. 169.e.f. sanctos suos Christus super omnes populos constituit, 7. tom. 143.b. de sanctorum conciliabulo stirps deleatur pessima, 4.tom.648.f. sanctorum regio appellatur lux viuentium, 4.tom.282.f. sanctorum gladij ancipites, 7.tom.427.c. sanctorum mos non est maledicere, 7.tom. 40.e. sanctorum fundamenta, prophetæ & apostoli sunt, 7. tom. 55.b.
sanctorum nullus deum cadens adorauit, 4.tom. 1114.d. sanctorum varia genera,variisque gradus, 5.tom. 526. e. sanctorum congregationes deum mentis inspiciũt oculis, 7.tom.392.f. sanctorum congregatio est in ecclesia,in qua deus,tanquam in throno residet, 7.tom. 265.b. sanctorum in æterna beatitudine diuersitas secundum gloriam, & præmia,7.tom.186.e. sancti despiciuntur à malis hominibus, 7.tom.376.d. sancti apud hæreticos sunt,velut homo perditus, 7.tom. 96.f. sancti sex menses Antichristi potestati permittendi sunt, 4. tom.1139.b. sancti post Antichristum sunt regnaturi, 4.tom.1129.b. sancti exultant in gloria, & lætantur in cubilibus suis, 7.tom. 427.a. in sanctis suis deus signa facit,7.tom.199.c. pro sanctis suis Christus stat armatus, 7.tom.109.b. per sanctos suos deus prædicat & loquitur,7.tom.160.f.
sancti sunt fortes, 7.tom. 96.d. sancti portant orbem, quia magni & potentes sunt apud deum,8. tom. 27.a. per sanctas animas deus facit vindictam, 7.tom.109.c. sanctorum ossa omnia deus custodit, 7.tom.108.e. in sanctis deus est mirabilis,7.tom.199.c. sanctorum virtutes,sunt munera dei, 7.tom. 198.f. sanctorum preces dei iræ resistere possunt,4.tom.541.c. sanctorum orationes, 7.tom.50.e.& 350.f. sancti,qui de hac vita decesserunt, curam habent viuorum, & iuuant eos suis precibus ante deum.8.tom.360.d.e.
Sandalia quæ sint, 4.tom.121.c.
Sanguis vitalis, quis & qualis sit,5.tom. 476.d.
sanguinis nomine,vitę istius præsentis significatur status, 8. tom. 45.c. sanguis & caro regnum dei possidere non possunt, 6.tom.279.a. sanguis si fundatur in terram, humus humorem combibit sanguinis, vel paulatim opperitur terræ puluere, 4. tom. 894.d. sanguis omnis in die iudicij requiretur, 4.tom.213.b. sanguinis omnia replebuntur, 4. tom. 265.b. in sanguine iudicantur omnes, 6. tom. 410. d. sanguinis vir, quis dicatur, 24.f.
sanguis mysticè, 6.tom.73.b. sanguine agni immaculati vniuersa mundi elementa sanctificantur, 4.tom.1075.a. sanguine agni armantur postes fidelium, 4.tom.1080.c. sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur,non omnes emundat, 6. tom. 189.c. sanguis & caro Christi dupliciter intelligitur, 6.tom.365.c. sanguis Christi verè est potus,4.tom.451.c.
Sanguisugæ filiæ, 5.tom.9.c.
Sanitas corporis indifferens, 4. tom. 90.f. sanitas nec bona, nec mala, 4.tom. 391.c. sanitas, ægrotatione depulsa,est gratior, 4.tom. 648.e.f.
sanitas, quæ confertur à domino, totum simul reddit, 6. tom.25.c. sanitas requiescere facit peccata magna,5.tom.63.a.
Saphirus aurei coloris est, 4.tom.716.f.
Sapiens intelligit,quæ profert de ore suo, &c. 4. tom.1. sapiens verba loquitur sapientiæ, 5. tom. 65.b. sapiens semper in futuro sæculo cogitat, quod ducit ad dextram, 5. tom.62.c. sapiens cum diuitiis maioris est gloriæ, quàm tantùm sapiens, 5.tom.43.b. sapiens perfectus nulla indiget argũtione, & nulla conturbatur calumnia, 5.tom.42.d.
sapiens ciuitates robustas est ingressus, & destruxit munitionem, in qua confidebant impij, 5. tom. 249.b. sapiens liberat vrbem per sapientiam suã, 5.tom. 61.c. 62.d. sapiens ex fide viuit, 6.to.301.c.
sapiens diebus & noctibus in scripturis laborat, 5.tom. 19. b. sapiens & stultus æquali sorte morientur, 5. tom. 18.e. sapiens & insipiens non similiter habebunt in futuro memoriam, 5.tom.18.f.
sapientis memoria non est cum stulto in æternum, 5.tom.11.a. & 19.a. sapientis oculi in capite eius,5.tom.14.c.18.d. sapientis caput,sensus accipitur, 6.tom. 370.f. sapiens hominis est sapientiam præuiam sequi, & vanos non considerare rumores,5.tom.46.f. sapientis cor tempus, & iudicium cognoscit, 5.tom.49.b. sapientis cor in domo luctus, & insipientis cor in domo lætitiæ, 5.to. 41.a.b. sapientis cor in dextera eius,5.tom.61.b.
sapientis oris verba,grata, 5.tom.65.a. à sapiẽte corripi melius, quàm stultorum adulatione decipi, 5.tom.42.c. sapientem argue, & diligette, 5. tom. 42. d. sapientem non plus habere, quàm insipientem, 5.tom. 39.b. sapientes, & eorum opera,in manu domini, 5.tom.53.c. sapientes bifariam dici possunt, 6.272.d. sapientes sæculi qui dicantur, 6.tom.273.c. sapientem qui se putat esse,in vanum laborat,4.tom.235.c. sapientes se esse putantes,stulti facti sunt,5.tom.107.a. sapientes dominus facit cæcos, 7. tom. 415.a. sapientes in astutia sua apprehensi, 5. tonio. 16. d. e.
sapientes sunt,vt faciant mala, bene autem facere nesciunt, 5.tom.377.b.

Sapientium sermones, tanquam stimuli, & quasi claui in altum confixi, 4. tom. 236.f. sapientium verba in quiete audiuntur plus, quàm clamor potestatem habentis in stultis, 5.tom. 61.a. sapientium verba, vt stimuli, 5.tom.77. b.c. sapientium verba audiuntur cum silentio, 5.tom.62.d. sapiẽtium cor, vbi tristitia est, 5.tom.42.d.e. sapientium cogitatio corde concipitur, & ore profertur, 7.to. 158.c. sapientium variarum nationum catalogus, 5.tom.413.a. sapientibus non est panis, 5.to.59.b.

Sapientiæ pater, deus, 4.tom. 234.f. sapientia dei, πολυπλοικιλος, id est, multiplex, 6.tom.388.c.

sapientiæ dei non est inuestigatio, 4. tom.297.a.

sapientiæ dei non est numerus, 7.tom.417. sapientia à filiis suis iustificata, 6.tom.44.d. sapientia seipsam tradidit, vt sapiẽtiam expugnaret, 6.to. 272.c. sapientiæ magistrorum terenda sunt limina, 4.tom.10.d. sapientia non quærit vocis testimonium, sed operum, 6. tom.42.f. sapientia, id est, dei filius, 7. tom. 18. f. sapientiæ principium, timor domini, 5.tom.384.d. sapientia inuisibiliũ, & vilibilium est rerum, 6.tom. 366. c. sapientia est rerum diuinarum, humanarúmque cognitio, 6. tom.366.c. sapientia est rerum diuinarum, & prudentia humanarum, 317.c. sapientia, est lignum vitæ, 5. tom.25.b. sapientia prima est, stultitia caruisse, 5.tom. 12. f. sapientia quid à prudentia distat, 4.tom. 46.f. sapientia tantum à stultitia distat, quantum dies à nocte, 5.tom.15.a. sapientia per insipientiam negatur, 6.tom. 432.f. sapientia melior est, quàm arma bellica, 5.tom.62.d. sapientia vna numerari non potest, 7.tom.417. sapientia tam in abdito, quàm in profundo latet, 5. tom. 13.b. sapientia abscondita, ac thesaurus absconditus, quæ vtilitas in vtrisque, 4.tom.968.f. in sapientiæ multitudine, multitudo furoris, 5.tom.13.a.

sapientia fortitudine melior, 5.tom 62.d. sapiẽtia non quærit vocis testimonium, sed operum, 6. tom.42.f. sapientia cum hæreditate bona, 5.tom. 43.b. sapiẽtiam ama, & seruabit te, 4.tom.643.c.

sapientiam sequere, & ipsa te seruabit, 5.to.58.e.

sapientia illa est vera, quæ dei timori iungitur, 4. tom. 526. d. sapientia vera quibus in rebus probatur, 5.tom. 13. a. sapientia vera non à domino perditur, 4.tom.141.c. sine sapientia, nullum est bonum opus, 6.tom.175.c. sapientia ad instar paradisi habet poma varia, & multiplices voluptates, 5.tom.16.e. sapientiam qui sequitur, oculos semper in cælum erigit, 5.tom.15.a. sapientia confortabit sapientem, 5.tom. 46. c. sapientia hominis illuminabit vultum eius, 5.to.49.a. sapientia suos amplexatur amatores, 5. tom. 23.a. sapientiæ est calcare terrena, 5.tom.20.d. sapientia domum ædificat, &c.6.tom.183.b. sapientiam scire non sufficit, nisi & alios erudias, 4. tomo. 1172. d. sapientia apostolorum, Abrahæ, & Moysi, ad comparationem dei, in nihilum reputatur, 4.tom.555.b.

sapientiæ effectus, 9.tom. 97.b.c.d. sapientia aliquando pro stultitia sumitur in scripturis sacris, 9. tom. 496. d. sapientia, pro malitia accepta, 4. tomo, 526.d. sapientiæ contemplatio in hac vita in speculo videtur, 5. tom. 47. a. sapientia hominis vera quænam sit, 8. tom. 178.c. sapientiæ vmbra sicut vmbra pecuniæ, 5.tom. 43.b. qui in sua sapientia sibi confidunt, & non in gloria dei, facti sunt, vt stercus terræ, 7.tom. 246.f. sapientia sæcularis quid valeat apud homines, 5. tomo. 320.d. sapientia huius mundi mulieri fallaci cõparatur, 8.tom.185.b. sapientia hominum errore mista, 5. tom. 18.d. sapientiam mundi deus stultam fecit, 4. tom. 523. c. sapientia carnis, inimica est deo, 5.tom. 450.d. & 6.tom.342.d. sapientiam huius mundi deus stultam fecit, 5.tom. 37.a.

sapientia nulla est in morte, 5.tom.57.a.

Sara interpretatur, ἀρχουσα, id est, princeps, 4.tom. 66.f. priùs sterilis interpretatur, ecclesia, 4.tom. 356.d. afflixit Agar ancillam suam, 6.tom.20.e.f.

Sara & Agar, duo sunt testamenta, 6. tomo. 280.c.

Saræ nomen cur mutatum, 7. tom. 48.f. hæc, ecclesiæ de gentibus congregatæ typus, 6.tom. 322.f.

Sataballa, 4.tom.1116.d.

Saraceni falsò vocati, qui Agareni propriè sunt appellandi, 4. tom.125.c. hi in scriptura sacra, Ismaëlitæ vocantur, 4.tom. 437.c. hodie circumciduntur, 4.tom. 552.f.

Sardanapalus vitiis, quàm nomine, turpior, 5. tom.209.c.

Sardis vrbs ab Alexandro capta, 4.tom.1168.f.

Sargon, princeps hortorum dicitur, 4. tom. 177. a. rex Assyriorum, septem nominibus appellatur, 4.tom:121.c.

Saron factus est sicut desertum, 4.tom. 260. f.

Saron regionis descriptio, 4.tom.260.f.

Saronas regiò, 5.tom.299.b.

Sarra tecta, 4.tom.1097.a.

Sartago ferrea grandem iram dei demonstrans, 4.tom.747.c.

Satan, id est, aduersarius, idem est, quod diabolus, & Belial apud diuum Paulum, 6.tom. 407.c. & 8.tom.12. f. appellatur, apostata, id est, præuaricator, & absque iugo, 4. tom. 213. b. deus conteret sub pedibus nostris velociter, 5. tom. 228. d. Satanas de lucifero vesper suo vitio effectus est, 4. tom. 147. c. variè acceptus, 6.tom. 9.c. cur mors dicatur, 8. tom. 608. d. propter superbiam de tanta magnitudine corruit, 4. tom. 147. b. transfigurans se in angelum lucis, quid agere nititur, 6. tom. 431. a. non pugnat contra se, 6. tom. 47. b. totus in homine vno corporaliter habitaturus est, 4. tom.1137.b.

Satietas vitanda etiam ex vilissimis cibis, 9.tom. 539. a. satietas salutaris, quæ quanto copiosiùs sumitur, tanto maiorem sobrietatem mentibus donare dignatur, 6 tom.189.b.

Saturati esurient, 5.tom. 36. f.

Saturnalitia sportula, 6.tom.428.e.

Satyri sylvestres qui fuerint, 4.tom. 100.e.

Saucomariæ, 5.tom.323.b.

Saul Christus domini dictus, 4.tom.321.c. non ex voluntate dei, sed ex errore populi rex factus est, 5. tom. 130.e. Saul interpretatur, appetitio, quia contra dei voluntatem experierũt eum in regem Israelitæ, 6. tom. 472. d. & 7. tomo. 54. d.

vaticinatus est tota die vsque ad vesperam inter prophetarum chorum, 5. tom. 114. f. prophetauit, nesciens quid diceret, 6. tom. 23. a. Saul à spiritu dei malo suffocabatur, 5.tom. 196. f. per Saul intelligitur mors, per Dauid vita, 7.tom. 158. d. Saul signum accepit de terra, ac de profundo inferni, 4.to.60.e. typum diaboli gessit, 7.tom.54.d.

Saulus cur Paulus vocatus, 8.to.391.b.

Sauses monachi in Ægypto, cœnobitæ dicti, 9. 517.c.

Scabellum pedum eius est adorandum, 4. tom. 348. d.

Scæuæ filij videbantur eiicere dæmonia, 6. tom. 23. a.

Scala Iacob, Christi crucis typus, 7.tom. 278.d.

Scalpellus, medici cultellus, 5.tom.472.f.

Scandalum quid secundum scripturas, 6. tom. 66. f. 67. a. scandala omnia referuntur ad zizania, 6. tom. 57.b. scandalis plena sunt omnia euangeliorum loca apud hæreticos, 6. tom. 67.c.

Scapulæ dei quid indicent, 9.to.153.b.

Scarabeus spiritualiter sumptus, quid significat, 5.to.433.b.

Scelera nostra nos dæmonibus vendũt, 4.t.349.c.

Scenopegia, quod fuit Iudæorum festum, & quo anni tempore celebrabatur, 5.to.163.b.& 7.to.236.f.

scenopegiæ spirituales, 4.to.1064.c.

σκέπασμα, 4.to.496.f.

σχαρωσις, 6.to.415.a.

Schemata dei quattuor, 7.to.241.b.

Schemata, id est, figuræ, aut dictionis sunt aut sententiæ. Schemata enim à Græcis dicuntur gestus quidam, & cõfigurationes, habitúsque orationis: sententiarum autem schemata, maximè oratori necessaria sunt. Cicero libro tertio De oratore peregregiè hæc omnia explicat. Hieronymus præfatione in Iob, Obliquus enim etiam, inquit, apud Hebræos liber hic fertur, & lubricus: & (quod Græci Rhetores vocant) ἐσχηματισμένος: dum qui aliud loquitur, aliud agit. Quo dicendi modo librum illum non simplici vulgarique sensu res diuinas, sed figurato stylo, & à sensu vulgari alieno sacratè reconditéque mysteria continere significat.

σχῖνος quid sit, 4.to.1177.c.

σχῖνος nomen ambiguum, 5.tom.368.d.

Schismata vnde oriantur, 8. tom. 461.b. schismatis & hæresis discrimen, 6.to.466.f.

à Scientia omnis homo stultus factus est, 4. to. 555.b. scientia domini sunt omnia repleta, 5. to. 608.d. scientia dei non est super terram, 5. tom. 102.c. scientia domini terra repleta, 4.to.91.b.

scientia diuinæ legis necessaria ad salutem, 9.to. 88.c. scientia vitæ cælestis est necessaria homini, 8.tom.227.c. scientia pietatis in quo consistat, 6. to.440.f. scientiam qui apponit, dolorem apponit, 5.tom.13.a. scientiæ lumen omnes fugat errores, vt sol tenebras, 4.tom.420.c. scientia absque opere irrita est, 9. tom.432.c. scientia falsi nominis à domino perdetur, 4.tom.141.c.

Scientiæ sæculares per regiones flauescentes significatæ, 5.tom.16.d.

σκιογραφία, 4.to.747.b.

Scipio Africanus Hannibalem vicit, 4.to.1163.a.

Scipio Nasica, frater Africani, habetioris erat ingenij, 4.to.1163.a.

Scirpus sine aqua viuere non potest, 8. tom. 24.c.

Scribæ ex qua familia orti, 4.to. 69. a. clauem & notitiam habebant, 4.to.6. clauem habebant scientiæ, 7.to.367.f. vino & sicera inebriati, 4.to. 222.f. exactores, non magistri, 4. tom.32.d.

lupi, 6.to.35.c.

Scribit nullus tam citò, sicut dominus in cordibus sanctorum scribit, 7.to.140.d.

Scriptura diuina breui circulo contracta, 5.tom. 77.c. scriptura sacra, tota est de Christo, 7.t.163.b.

scripturæ diuinæ quomodo æternæ dicantur, 8. to.118.f. scriptura sacra Iudæis clausa, & signata est, 4.tom.233.c. scripturæ sacræ libri an corrupti fuerint ab Hebræis, 4. tom.55.b. scripturæ sacræ nihil turbidum, nec cœnosum continent, sed in eis omnia de vnda superiori purissima sunt, 5.to.261.b.

scripturas qui nescit, dei virtutem, eiúsque sapiẽtiam nescit, 4.to.1. scripturarum ignoratio, est Christi ignoratio, 4.to.1. in scripturis multa dicuntur, quæ videntur impossibilia, & tamen vera sunt, 9.to.511.d. scriptura diuina non solum docet populum auribus, sed etiam oculis, 4.to.595.f.

scriptura diuina ædificat lecta, sed multò plus prodest, si de litteris vertatur in vocem, 6.to.319.c.

scriptura diuina non medica ex parte allegoriis contexta, 6.tom.322.d. in scripturæ carne si quis permaneat, multorum malorum est occasio, 6.to. 336.d. scriptura tunc vtilis est audientibus, cùm absque Christo nõ dicitur, cùm absq; patre nõ profertur, cùm sine spiritu non eam infinuat qui prædicat, 6.tom.276.f. scripturæ sacræ secundum voluntatem legentum sapit: si sanctus es, inuenis refrigerium: si peccator, inuenis tormentum, 7. tom. 420.f. scriptura sancta vnus liber appellatur, obsignatus, & clausus, 4.to. 233.c. scripturæ sancti quo pacto & animo legendæ, 9.to. 21.a. scripturę sacræ vt legendæ, & intelligendæ, 6.tom.37.b.

scriptura diuina sermone breuis, sensu longa, 5. to.77.c. scriptura sancta habet verborum vilitatem, sed sensuum maiestatem, 5. tom.117.f. quæstionibus plena est, etiam si plana videatur, 5.t.65.c.

Nullus illius apex vacat mysterio, 5.to.386.e.

Intellectu difficilis est, 4.to.1170.f. Et difficultatem sensuum difficultas quoque sermonis inuoluit: vt non facilè pateat sanctum canibus, & margaritæ porcis, & prophanis sancta sanctorum, 5.to. 409.a. Triplicem sensum habet sacra scriptura. Primum iuxta litteram, facientes in ethica quæcũque præcepta sunt. Secundum mediè per tropologiam, siue iuxta allegoriam, ideſt intelligẽtiam spiritualem. Tertium mysticum, & sublimiorem, secũdum futurorum beatitudinem, 4.to.813.e. secundum litterã illud est. Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt & cætera. Mediè autem & iuxta tropologiam, quando recedimus à littera, & paululum ad altiora conscendimus, dicente Apostolo. Scriptum est: Non alligabis os boui trituranti: statímque sequitur. Numquid dc bobus cura est deo? An propter nos vtique locutus est? Extrema autem, id est tertia, & sublimis sacráque intelligentia, iuxta illud eiusdem Apostoli. Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Sacramentum hoc magnum est. Ego autẽ dico in Christo, & in ecclesia, 4.tom. 813.d.e. scripturæ mysticus semper sensus quærendus, 4.to. 235.c. 238.d. Iudæi litteram tantùm in ea sequũtur, 4.to. 429.a.b. Nõ putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla:



medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis, 6.tom.276.f. scripturæ sacræ explanatio non quærit flores oratorios, sed rei veritatem, 5.to. proœmio in cap.6.Amos. scripturæ sanctæ intelligentiam absque dei gratia & doctrina maiorum nemo sibi vendicet, 4.tom. 1170.f. & sequent. & ipse dominus præcepit apostolis, cunctísque doctoribus ecclesiæ: vt quidquid asperum videretur, atque difficile, sua interpretatione dissoluant, & intelligentiæ viam præbeant, omniáque tollant de medio scandala: vt populus dominí absque vllo impedimento, quod legit, intelligat, & in dei timore proficiat, 4. tom. 411. b. c. scripturæ nostrum sensum accommodare debemus, non contrà, 6.to. in cap.10.Matth. scripturam sacram malè citant hæretici, & eorum testimonia nesciunt coaptare, 4.tom.in cap.6.Ezech. eam decurtant, atque deprauant, 4.tom.804.f. diabolus, & hæretici quoque sacram citant scripturam: indéque sibi consuũt ceruicalia, 6.tom.276.e.f. scriptura sacra nunquã sibi contraria, & si aliud videatur, 4.tom.733.c.

Sculptilia & conflatilia hæreticorum, 5.tomo. 438.e.

Scurram non decet esse Christianum, 6. tomo. 414.f.

Scurrilitas quid sit, & vnde nascatur, 6.tom.414.e

Scutum, pro corona, 7.tom. 324.d.

Scylla Siculi maris monstrum, quale, 4. tom. 561.b.

Scyllei canes, 5.tom.114.a.

Scyphus, quid significat allegoricè, 5.tom.16.f.

Sebaste & Samaria, idem, 5.tom.229.b.

Seboim vna ex quinque Sodomorum vrbibus, 5.tom.157.a.

Securis, quæ enatauit, & emersit, 6.tom.194.d.

securis ad arborum radices est posita, 5. tomo. 545.a. securis, est euangelij prædicatio, 6. tom. 7. a. securis pro diabolo in scripturis, 4. to.83.a.

Securitas negligentiam parit, 4.tom.669.b.

Sedada interpretatur, latus eius, 4.tom.1090.e.

Sedechias, rex Iudæ, captiuus in Babylonem ductus, 4.tom.607.c. intrauit in Babylonem, & nõ vidit eam, 4. tom. 97.b. Sedechiam sacerdotem frixit in igne rex Babylonis, 4.tom.1175.b.1179.a.

Sedechias rex, filiis interfectis, excæcatus, & instar feræ clausus cauea transfretus in Babylonem, 4. tom. 1188.e. extremus regnauit in Hierusalem, 4.tom.636.d.

Sedere aliquando est humilitatis, & surgere gloriæ, 278.e. sedere quo pacto dicatur deus, 9.tom. 154.d.

Seductorum tantus numerus, vt computatione comprehendi nequeat, 5.tom.12.f.

Segor vrbs Moabitarum, fines à Philistiim diuidens, 4.tom.107.c. Segor, id est, parua, 4. tom. 157.a. quid moraliter, 4.tom. 157.c.

Quinta vrbs post Sodomam, & Gomorrham, Adamam, & Seboim, quæ ad preces Lot parua seruata est: appellatúrque בלעה Balach, id est, absorpta: tradentibus Hebræis, quòd tertio terræmotu postrata sit. Ipsa est, quæ hodie Syro sermone vocatur צוֹעֲרה Soara, Hebræo צֹעַר Segor, vtroque paruula.

Seir, montes Idumææ, 4. tom. 627. b. & 5. tom. 216.d. Seir interpretatur, hispidus & pilosus, 4.to. 125. a.b.& 180.f.& 981.c.

Selebi, turris in terra sancta, 4.tom.1098.c.

Seleucia, Persarum vrbs, pro Babylone euersa, constructa, 4.tom.100.d.

Seleucus, cognomento Callinicus, primus rex Syriæ, post Alexandrum magnum, 4. tom. 1141. b. 1160.d. Seleucus subiugata Babylone, diadema totius Syriæ & Asiæ capiti suo imposuit anno duodecimo mortis Alexandri, 4.tom. 1149. b. Seleucus Nicanor post Alexãdri Magni obitum Syriam, Babylonem, & omnia orientis obtinuit regna, 4. tom.1143.b. anno duodecimo post Alexandri Magni mortem, eo tempore quo Onias pontificatum apud Iudæos gerebat, Seleucus subiugata Babylone, diadema totius Syriæ & Asiæ capiti suo imposuit, Antigonus pater Demetrij Seleuco regni partem abstulit: Ptolemæus Lagi, victo Demetrio, eam recuperauit, Seleucóque restituit. Rerum autem potitus est Seleucus Nicanor annis duobus triginta. Secundus Syriæ & Asiæ rex fuit Antiochus Soter. Hic regnauit annis decem & nouem.

Tertius Syriæ & Asiæ rex fuit Antiochus cognomento Theos, id est, deus. Hic aduersus Ptolemæum Philadelphum pugnauit: sed affinitate inter eos contracta, finitum certamen est. Duxit enim in vxorem Berenicem Ptolemæi filiam: quæ Laodices prioris vxoris dolo vnà cum filiis, Antiocho veneno è medio sublato, interfecta est. Seleucus Callinicus Antiochi, & Laodices filius, post Antiochum patrem veneno per Laodicẽ vxorem absumptum, in patris locum substitutus, quartus Syriæ, Asiæque regnauit, 4.to.1160.d. hic vnà cum matre Laodice rerum potitur, ibid. Ptolemæus Euergetes illi bellum mouet: capítque ex eius regno Syriam, & Ciliciam, & superiores partes trãs Euphratem, & propemodum vniuersam Asiam: sed mota in Ægypto seditione, Callinici regnum diripiens, eo reuersus est: afferens secum è præda quadraginta millia talentorum argenti, & vasa pretiosa, simulacráque deorum, duo millia quingenta: in quibus erant & illa, quæ Cambyses capta Aegypto in Persas asportauerat, ibid. Syriam Callinico ablatam ipse Ptolemæus Euergetes obtinuit: Ciliciam Antiocho amico suo gubernandam tradidit: & Xantippo alteri duci prouincias trans Euphratem, ibid.

post fugam & mortẽ Seleuci Callinici, duo filij eius, Seleucus cognomẽto Ceraunos, & Antiochus, qui appellatus est Magnus, prouocati spe victoriæ, & vltione parentis, & exercitu congregato aduersus Ptolemæum Philopatorẽ arma corripiunt, ibid.

regnauit autẽ Seleucus Callinicus annis viginti.

Seleucus Ceraunos (qui interpretatur fulmẽ) Seleuci Callinici filius, & Antiochi Magni frater, natu tamẽ maior, quintus Syriæ & Asiæ rex, 4.to. 1160.f. 1161.a. hic vnà cum Antiocho Magno eius germano bellum contra Ptolemæum Philopatorem, mouet, ibid. anno tertio regni in Phrygia occiditur per dolum Nicanoris & Apaturij. Quo mortuo exercitus, qui erat in Syria Antiochum Magnũ, qui sextus Syrię rex fuit, de Babylone vocauit ad regnũ, ibid. Seleucus Philopater, id est, amator patris, septimus Syriæ, & Asiæ rex, filius magni Antiochi, 4. to.1163.c. hic nihil dignũ Syriæ, & patris gessit imperio: & absque vllis præliis inglorius periit, ibid.

Ptolemæ Epiphanes Seleuco molitus insidias est, & ingentẽ aduersus eum exercitũ cõgregauit, 4.to. 1163. c. Regnauit hic annis 12. post quem Antiochus Epiphanes eius germanus annis vndecim regnũ obtinuit, ibid. Iosephus libro duodecimo antiquitatum capite quarto, Seleucum filium Antiochi Magni, σωτῆρα, non φιλοπάτορα cognominat. Eusebius tamẽ, cæteríque omnes, Hieronymo magis assentiuntur.

Seleucus alius Demetrij pater fuit: qui Demetrius ab vrbe Roma rediens, obtento Tyro, regni diadema capiti suo imposuit: interemptísque Antiocho Eupatore, filio Antiochi Epiphanis, & Lysia exercitus illius duce, post duos annos, ex quo Antiochus regnauerat, Syriæ, Asiæque regnum obtinuit. Hic est ille Seleucus, illéque Demetrius, de quibus 1. Mach. 7. & apud Iosephum duodecimo antiquitatum libro capite x v. & x v j. latè mẽtio fit.

Sellem interpretatur, cõsummatio, seu completio, eo quòd regnum Iuda in ipsis finitum sit, 4.to. 607.c.

Sellum, hoc est, pax, siue pacificus, 4. tom. 665.c.

Selmon interpretatur, vmbra, 7.to.195.b.

Sem quam terræ partem occupauit, 4. tomo, 494.f. Sem fuisse Melchisedech, 4.to.299.b.

Semeias pseudopropheta irascitur contra mendacium suum vera scripsisse Hieremiam, 4. tom. 648.e.

Semen sermonis Christi cum virili semine comparatur, 6.to.319.a.

Semen longæuum, 4.to.379.c. semen æternũ, 4.to.377.b. semen verum in amaritudinem versum, 4.tom.1185.a. semen tuũ semina in matutino, 5.to 69.b. semina, in plurali numero, in scripturis sacris nusquam legitur, 6.tom.305.a. semẽ apostolorum, 4.tom.381.c. semen ex iniquo cõcubitu peribit, 5.tom.141.c. in his, qui verbum dei seminant, quadrifaria diuisio custodienda, 6. tom. 319.b.

Semiiudæi chiliastæ, 4.to.435.a.

Semiramis, vxor Nini, muros extruxit Babylonis, 5.tom.96.c.

Semita quid à via differat, 7.tom.78.f.357.c.

semitæ auari quænam sint, 8.tom.170.c.

Seon, arbor infructuosa, 5.to.222.f.& 223.a.

Senatus consulta quæ, 4.to.28.d. senectus ipsa, morbus est, 7.to.269.b. senectus multa secũ bona affert, & mala, 5.tom.233.a. senectus nostra dei indiget oleo, 7. tom. 278.d. senectuti mors obrepit, 7.to.406.f.407.a.

Senex & decrepitus quî discrepant, 4.to.535.c.

senes sobrios, & vigilantes esse oportet, 6.tom. 453.c. senes sine honore, 4.to.724.f. senum est propriè nosse vetera, 4.tom.634.d.e. senum gloria, canities, 4.to.27.a.

Seniores plurimos fuisse à domino reprobatos, & iuniores electos in typum synagogæ, & ecclesię, 4.to.915.b.c.

Sennaar, Chaldæorum est campus, vbi superbiæ turris ædificata fuit, 5.tom.547.c. Sennaar interpretatur, excussio dentium, 4.to.41.c.

Sennacherib, Assyriorum regis, ex præcepto dei populum blasphemare fecit, 4.to.58.d.

Semmacherib filius Salmanasar fuit, vt Persarũ monumenta testantur: quæ res 4. Reg. decimooctauo etiam apparet. Regnauit autem Salmanasar annis decem & septem: Sennacherib eius filius, septem: Asaradon filius Sennacherib, decem. Post Asaradon Merodach, annis duobus & quinquaginta. Deinde Ben Merodach, annis xxj. Mox Nabuchodonosor primus xxxv. Nabuchodonosor Magnus xlv. Euilmerodach xxx. Reg Assar tribus, Lab Assardach sex. Balthassar omniũ postremus, quinque. Sub hoc enim Assyriorum regnum defecit, & in Medos, Persásque, sicut Daniel prædixerat, translatum est.

Sennan שנן Samaria dicitur: interpretatúrque exitus, vel (vt Symmachus vertit) abundans. Est enim in ipsis captiuitatis foribus, & vberi solo posita, 6.tom.332.c.

Sensus omnes in capite locati sunt, 6.to.430.c.f.

Sensus nostri sunt portæ mortis, 8.tom.127.a.

sensus aureus, rationis ac sapientiæ iudicio fabricatur, 8.tom.78.d. sensuum exterioris & interioris hominis comparatio, 8.to.309.a.b. sensus animæ vitio caligatur, 6.tom.19.a.b. sensus interdum significat intelligentiam, 8.tom. 466.d.

Sephala, regio campestris, 5.tom. 299.b.

Sephora tollẽs calculũ filiũ circuncidit, 6.t.327.c.

Sepis vineæ, custodia est angelorum, 6.to.181.a.

sepis allegoria, 5.tom.64.d. sepem qui dissipat, mordebit eum serpens, 5.to.63.a.

Septem, numerus mysticus, 8.to.11.a.b. septem panes, dona sunt spiritus sancti, 6. tom. 171.a. septem sportæ, sunt primæ septem ecclesiæ, 6. tom. 171.a. septem mulieres. i. septem gratiæ spiritus sancti, 4.tom.36.e.

Septenarius numerus sanctus, 4.tom.777.c.

Septenarius ac denarius numerus Iudæis familiaris, & cur, 4.to.36.e. septenarius, mysticus numerus, 4. tom. 666.f. septenarij & septuagenarij numeri mysterium, 4.to.194.e. septenarij numeri mystica contemplatio, 5.to.244.f. septenarij numeri perfectio, 9.tom. 221.a. septenarius numerus quid designat, 8. to.164.f. septenarius numerus quid mysticè indicet, 8.to.131.c.

Septimus dies, vera requies, 4.to.499.c.

Septuaginta interpretes tantum quinque libros transtulisse, 4.to.756.f.757.a.

Sepulcrum reuera quid sit, 9.tom.35.c.d. sepulcrum duplex est, 9.to.35.d. & 36. a. sepulchrum Christi cur nouum, 6.to.145.a. sepulchrum beatæ Mariæ Virginis in valle Iosaphat, 9.to.102.b.c.

Seraph in singulari numero, & Seraphim in plurali, 4.to.53.b. seraphim senas habentes alas quid significat, 4.tom.733.a. seraphim cur alas habere dicuntur, 4.to.52.d. seraphim faciem dei, & pedes operientes, quid significant, 4.to.52.d.& 5.to.10.f.

seraphim interpretantur, incendentes, 4.to.51.c.

omnis Sermo diuinus de hominibus est, 4. tom. 980.c. sermo domini velociter currit, 7.to.421.b.

sermo diuinus nascitur de anima virginali, 5. to. 282.e. sermo dei, incantatio contra serpentes & aspides, 4.to.29.b. sermo dei viuus & efficax, & acutus super omnem gladium, 4.tom.214.c.& 5. to.575.b.c. sermo dei interficit, vt viuificet mortuum, 6.tom.405.a.b. sermones dei qui fecerint, fulgebunt vt lumina cœli, 5.to.43.c. sermones dei tacere, magnum est discrimen, id est, periculum, 4. to.742.f. sermo Christi miraculis confirmatus, 6. to.24.d.e. sermo euangelicus abbreuiatus, atque perfectus, 4.to. 85.a. sermo ecclesiasticus, vrens est vetus, qui omnia hæreticorum arefacit dogmata, 5.tom.172. sermones dei, id est, prophetarum & legis scripta, 7. tom. 368. f.

sermo doctrinæ,panis appellatur & aqua,4.tom. 44.d. sermo bonus est ad ædificationem opportunitatis,dans gratiam audientibus , qui docet virtutes sequendas, & vitia fugienda , 6.tom. 408. f.

sermo humanus quandiu videtur habere rationem, 4.tom. 28.a. sermo omnis qui non intelligitur,barbarus reputatur, 8.tom.502.f. sermonis nouissimum melius,quàm principium eius, 5.tom. 41.b. sermones suos in iudicio disponere , quid sit, 7.tom.339.b. sermo magnam habet vim, 6.to. 319.c. sermonem consummatum , breuiatúmque deus fecit super terram, 5.tom.77.c. sermones dei qui sit locuturus , suos debet accingere lumbos, 4. to. 507. a. in sermonibus multis inuenietur stultitia , 5.tom. 34.e. sermo arte dialectica constructus, est mortuus, 4. tom.22.e.

Serpens intelligibilis in paradiso sapientior erat pre omnibus bestiis,4.tom.214.e.409.b. 7.tom. 305.c. serpens terram, quasi panem, comedet, 4. tom.483.b. serpes,si calamo percutitur, moritur: si verò iterum percutiatur, confirmatur: hiemali tẽpore infirmior efficitur , & à soricibus deuincitur. Igitur ante hyemem circa se segetes colligit, vt illis escam præbeat, 9.tom.551.d. serpentes suas obturant aures, ne incantantium voces exaudiant, 4.to. 29.b. serpens toto corpore, occultat caput, & illud in quo vita est, protegit , 4.tom.35.c. serpentis caput contritum , 7.tom. 33.e. serpentes pennati, 4.tom. 154.e. serpentes volantes exibunt de aspidibus,4.tom.105.c.154.e.

Serpentum oua quid allegoricè significant, 4. tom. 427. a.b. serpens allegoricè quid , 5. tom. 64.d. serpentis natura, 197. c. serpentes, id est, peccatores , 4. tom. 29. a. serpens infidelitatem designat, 9.tom.585.b.c.

Seruitus, quam accepit Christus, charitatis est,6. tom.439.c.

Seruus & liber non conditione separantur , sed fide,6.tom.308.d. seruus felix,propter quem gloriatur dominus, 7.tom. 287.a. serui dominis carnalibus cum timore,ac tremore obedire debent, 6. tom.421.b. serui gloria, domini gloria, 7. tom. 287.a. seruum tuum maledicentem tibi non audias, 5.tom.47.a. serui allegoricè sumpti, 5.tom. 15.b.c. serui patrisfamilias, id est angeli, qui quotidie vident faciem patris,6.tom.57.c. seruum esse domini , grandis est dignitatis , & non seruum peccati , 7.tom.350.c. serui domini, qui & quales , 7. tom. 387.f. 388.d. serui in vineam missi, sunt prophetæ, 6.tom. 181.a.

Sethim lignum imputribile , 4.tom. 302. e. & 5. tom.206.f.

Sethim שטים genus arboris est nascentis in eremo , spinæ albæ habens similitudinem : vnde omnia ligna arcæ , & tabernaculi facta sunt instrumenta : quod lignum imputribile , & leuissimum, omnium lignorum tam in fortitudine , quàm in nitore soliditatem superat & pulchritudinem , 4. tom. 302.e. nulli dubium est , omnia quæ in tabernaculo dei legimus, de lignis Sethim fuisse perfecta . Quæ Septuaginta interpretati sunt ligna imputribilia . Est autem genus arboris in eremo, spinæ albæ simile , colore , & foliis , non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores sunt , vt latissima ex illis tabulata cædantur : lignúmque fortissimum est , & incredibilis leuitatis, ac pulchritudinis : ita vt ex his etiam vasa torcularium , quæ ἄρσενες, καὶ θηλύκες (id est masculæ, & feminea) vocant diuissimi quique , & studiosissimi faciant : Quæ ligna in locis cultis , & in Romano solo , absque Arabiæ solitudine, non inueniuntur , 5. tom. 206.f.

per eremum montis Sina Sethim שטים arbores nascuntur, similes spinæ albæ : ex eáque facta sunt arca testamenti , altare, tabernaculum , cæteráque quæ de lignis imputribilibus facta Septuaginta referunt : vbi enim illi imputribilia ligna legunt , ibi in Hebraico scriptum est Sethim, 5. tom. 367. c.

Sethim dicitur ὁμωνύμως etiam solitudo , locúsque , vbi huiusmodi arbores proueniunt. Quæ solitudo in Arabia est iuxta montem Sina , 5.tom. 207.a. Septuaginta interpretes vocem Hebraicam שטים Sethim , σχοίνους , id est, funiculos transtulerunt in Ioel , & Michea , 5. tom. 207. a. sed verius est eos initio vertisse σχίνους , id est , lentiscos : sed paulatim librariorum errore factum esse σχοίνους, hoc est funiculos,5.tom.206.f.

Seuerus scriptor, Millenariorum tamen opinionis,4.tom. 985.a.

Amicus Hieronymi Seuerus fuit : est autem ille , qui Sulpitius Seuerus appellatur : clarus historia , clarus & Martini Turonensis vita, quam luculenter , sanctéque conscripsit: sex autem mensibus hic cum diuo Hieronymo in Bethlehem versatus est : propterea suum illum appellat. Dialogus,cui Gallo nomen est , colloquium Galli & Posthumiani continet , tractatúrque in eo de vita, & conuersatione monachorum orientalium , & ipsius etiam sancti Martini : Duobus autem libris consummatur, in quorum primo refert Alexandrinæ Synodi, suo tempore celebratæ , decretum. Non solùm autem Millenariorum falsam secutus opinionem est: sed etiam extrema in senectute Pelagianorum labe fœdatus est : qua de re pœnitens silentium vsque ad mortem tenuit . Presbyter Aquitaniæ prouinciæ fuit. Scripsit etiam alia,quæ apud Gennadium inuenire poteris.

Seuero & pluribus aliis in Turonensi ciuitate apparet anima D.Hieronymi,9.tom.683.a.

Sexta hora apud Iudæos est meridies apud nos, 8.tom.330.d.

Sibilus , de quo Micheæ 6. scribitur, Vt darem te in perditionem , & habitantes in ea in sibilum, significat : vel vt pastoris boni,iuxta Zachariam,sequaris sibilum , dicentis , Sibilabo eis , & congregabo eos , quia redemi eos. Vel certè in sibilum draconis: id est, in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat, & correpti discant non blasphemare , 5.to. 372.b.c. & leuabit signum in nationibus procul: & sibilabit ad eum de finibus terræ : & ecce festinus velociter veniet , Esaiæ 5. de Romanis intelligit : quòd sibilo domini prouocati venturi essent ad destruendam Hierusalem : non autem de Chaldæis,vt Hebræi putant:nec etiam(vt alij existimãt) loquitur de gentilibus,quòd conuertendi essent ad Christũ,4.to.48.f. & erit in die illa,sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti: & api: quæ est in terra Assur : Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, &c. Esaiæ 7.

notat Ægyptios, & Assyrios, quòd vocaturus sit dominus sibilo suo, & mandato, vt veniant contra Iudæam,& Hierusalem,4.to.63.c. ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilũ. Omnis qui præterierit per eam,obstupescet,& sibilabit super vniuersa plaga eius, Hierem. 19. ponam eos in stuporem , & in sibilum , & solitudines sempiternas, Hierem. 25. sibilus autem & miraculi, & stuporis indicium est,4.tom.625.c. omnes transeuntes per viam,sibilauerunt, & mouerũt caput suum super filiam Hierusalem, Thren.2. gaudium exprimit inimicorum, quo lætati sunt de casu Israëlitarum:qui plaudentes manibus,ore sibilantes,capútque mouentes , in manus inimicorum de summa fœlicitate eos decidisse: cum irrisione insultabant, 4.to.245.c. Negotiatores gentium sibilauerũt super te.Ad nihilũ deducta es: & non eris vltra vsque in sæculum,Ezech.27. cordis mœrorem fletu,& lacrymis indicabunt: stuporísque magnitudinem, admiratione,& sibilo testabuntur:quomodo nihili facta sit,& perierit,4.to. 926.d. omnis qui transit per eam,sibilabit,& mouebit manũ suã, Soph.2.

cùm transierint per eam angeli , & non manserint in ea,vt prius facere consueuerant, cum sibilo attollent manus:& quasi plangentes in morem lugentium concrepabunt : Si autem intelligamus de diabolo, & angelis eius, dicemus, per animam, de qua Christus recesserit , & quæ prius templum dei fuerat,transire serpentem, & sibilare in ea, & venena suæ malitiæ euomere,5.to.477.b. sibilabo eis, & congregabo illos:quia redemi eos, Zach.10.

signum congregationis suæ, vel sub Macedonibus,vel in consummatione mundi, vt prius diximus, Meum,inquit, habebunt sibilum : vt ex sibilo meo illos congregem, & me doceam esse pastorẽ, 5.to.580.f. secundum ἀναγωγὴν, significat dominus, & sibilat his qui peccatis fuerant antè captiui, & loquitur ad eos, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis,& ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos,& discite à me, quia mãsuetus sum,& humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris . Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quid hac significatione , sibilóq; clementius,quo dispersus populus congregatur? 5. tom.ibid.

Sicena quid, 7. tom.176.f.

Sicera statum euertit mentis,4.tom.1063.b.

ficera interpretatur, ebrietas,6.tom. 342.f. per

ficeram & vinum consolatio diuina intelligitur, 8. tom. 270. d. ficera quid tropologicè, 4.to.222.f.

Sichem, vna ex fugitiuorum ciuitatibus,4.tom. 1093.c. Sichem interpretatur, ὦμοι, id est, humeri:quæ hodie Neapolis appellatur,5.tom.121.b.

Sicima interpretatur,humeri:humeri autẽ interpretantur, opera,7.to.323.c.

Siclus quanti valeat, 4.to.666.f.750. e.& 5.tom. 350.d.

Sidera errantia, quibus caligo tenebrarum in æternum reseruatur,4.tom.959.c.

Sidon,ciuitas in littore Phœnices,4.tom. 627.b. & 934.f.

Sidon est in terra Chanaan, 4.to. 192.d. Et Sidon צידון venatrix,siue venatio,4.tom.190.d. & 6. to.169.b. psalmo cxxiij. vbi legimus.Anima nostra quasi passer erepta est de laqueo venãtium:pro venantium,Sidoniorum est in Hebræo,4.to.915.a.

Nisi ad verbi ipsius significationem alludat Hieronymus, aut codex Hebraicus mutatus , aut ipse memoria lapsus est . Quippe cum eo in psalmo, יוקשים Iokesim legatur,non צידונים Sidonim.Imo hæc vox צידונים nusquam apud Hebræos in sacris litteris pro venatoribus inuenitur: quamuis à צדה, quod venari significat,deiciendat . Toties autem id Hieronymus,ac tam constanter asseuerat , vt ego mutatum Hebraicum codicem magis credam : sicut mutatus etiam est psalmo quarto:eo versiculo. Filij hominũ vsque quo graui corde.Duplex enim ibi mutatio facta est : Pro אדם supposita est vox איש: & pro לב לכבה factũ est לכלמה. Hebraicæ linguæ periti hoc norunt:verum autem id esse, cõstat non solum ex ipso Hieronymo in commentariis super decimum sextum Matthæi caput:verum etiã ex ipsis Lxx.eo in psalmo . Qui cũ interpretati sint υἱοὶ ἀνθρώπων, non autem ἄνδρες, constat eos legisse בני איש non בני אדם . Quippe cum moris eorum sit,si quis sedulò omnia eorum perpendat loca,pro אדם, ἀνθρωπος, & pro איש ἀνὴρ , interpretari: Similiter autem quod legerint , ככבודי לב לכבה graui corde. Vt quid:non autem ככבודי לכלמה . Gloria mea ad ignominiã, vt Hebræi & Nouatores hodie legunt, apparet ex eorum versione, dum dixerũt υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι . Filij hominum vsquequo graui corde.Tanta est autem in Hebræo litterarũ, apicúmque similitudo, vt quã Hebraicè peritus sit, mutationis causam facilè agnoscat. Sensus autem ipse veræ lectionis est iudex. Idem accidit Hieremiæ 23. vbi pro אחם חמשא , Vos estis onus: subtituta est adulterina , ac nullius sensus lectio, את־מה־משא,Vt quid onus? Quam falsam lectionẽ omnes postea ætate nostra secuti sunt : Genuinam autem retinent antiqui Bibliorum codices manuscripti fermè omnes,& ex impressis,ij,qui anno domini M. CCCC. LXXV. Venetiis per Franciscum de Hailbrum, & Nicolaum de Frãkfordia, typis excusi sunt: Vt Lxx. Aquilam, Symmachum, & Theodotionem , ipsúmque Hieronymum omittã. Qui omnes interpretati sunt ὑμεῖς ἐστε, Vos estis: vel ἄρμα id est,onus,vt Aquila,& Hieronymus: vel λῆμμα,assumptio:vt cæteri . Quot autem aliis in locis Hebraici Bibliorum codices mutati sint , longum esset hic recensere: propriúmque hæc res σύνταγμα sibi depositum est . Nósque, si Deus annuerit , proprio deinde opere demonstraturi hoc sumus . Ex quo,. quanti facienda sit vulgata Latina editio : & quam toto aberrent cælo Nouatores , qui Hebraicos codices impollutos,& incontaminatos vbique esse existimant : illíque veluti sinceris , genuinísque ad conuellendam,redarguendámque vulgatam ecclesiæ editionem Iudæorum more vtũtur, omnes cognoscent. Sidon mysticè Ioel 3. ponitur pro eo, qui populum dei persequitur , venatúrque. Quam significationem nomẽ Sidonis indicat:cum Sidon venatrix interpretetur,5.tom.in cap.3.Ioelis.

Signaculum,& resignaculum, 4.to. 928.d. Tu (inquit)signaculum similitudinis:iuxta illud, quod propriè de Saluatore dicit Ioannes Euãgelista,Hũc enim Deus signauit pater.Et de hominibus,Signauit,quoniam Deus verax est.Et in psalmis, Signatum est super nos lumen vultus tui domine, ibidem. Dicitur & ad principem Tyri, Tu es signaculum similitudinis dei . Signaculum autem dei est:vt quomodo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem dei : sic in secũda regeneratione, quicumque spiritum sanctum fuerit consecutus,signetur ab eo , & figuram conditoris accipiat,6.tom.369,a.b. Nolite contristare spiritum sanctum dei : in quo signati estis in die redẽptionis,Ephes.4. Signati sumus spiritu dei sancto:vt & spiritus noster,& anima imprimantur signaculo dei:& illam recipiamus imaginem & similitudinem,ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus, iuxta eloquiũ saluatoris,deo imprimente signatur.Hunc enim, ait, signauit pater deus. Signatur ergo à patre & spiritu sancto,omnis qui ex eo quod credidit deo, signauit,quia verus est Deus. Qui iccirco signatur: vt seruet signaculum,& ostendat illud in die redẽptionis,purum atque sincerum , & nulla ex parte mutilatum: & ob id numerari cum his valeat , qui redempti sunt,6.tom.410.d. Et ponam te quasi signaculum:quia elegi te,dicit dominus exercituũ, Agg.2. Cùm hoc fuerit impletum,ponet illum (scilicet Christum)in manu sua.Hunc enim signauit deus pater:Et hic est imago dei inuisibilis , & forma substantiæ eius:vt quicumque crediderit in deum , hoc quasi anulo consignetur , 5. tom. 520.d.

Signum Christi dum venerit , erit crux, 6. tom. 118.c. Signum crucis vexillum nostrum est,7.to. 271.b. signum crucis in omnes leuabitur nationes,4.tom.62.f. signorum Christi maximum,6. tom.97.c. signum filij hominis videbitur in cælo,4.tom.92.d. signa à domino facta totus non caperet mundus,si per singula scriberentur, 6. to. 99.a. signa non fidelibus,sed infidelibus dantur, 9.tom.83.a. signa magna dabunt pseudochristi, & pseudoprophetæ,6.to.117.b.

Signum,Christus de quo Esaiæ 66.scribitur: Et ponam in eis signum, hoc est id quod in Ezechielis principio sub thau litteræ Hebraicæ interpretatione mõstratur. Quo signo qui fuerit impressus, manus percutientis effugiet.Hoc & postea domorum in Aegypto signabantur:quando pereũte Aegypto,solus Israel mansit illæsus . De hoc signo, quod Achaz rex Iuda nolebat accipere,Esaias propheta testatur : Propterea dabit dominus vobis signum.Ecce virgo in vtero concipiet & pariet.Vnde & propheta quod promissum fuerat , deprecatur.Fac mecum signum in bonum.Et in alio loco: Dedisti metuentibus te significationem,vt fugeret à facie arcus.Hoc nobis ad patrem ascendens dominus dereliquit,siue in nostris frontibus posuit, vt liberè diceremus: Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine,4.tom.495.a. Et erit dominus nominatus in signum æternum,Esaiæ 55. Sequitur:Et erit dominus in nomen,& in signũ sempiternum,quod non deficiet. His qui de malo cõmutati fuerint in bonum,erit dominus in nomen, & in signum æternum: Vt ex ipsius appellẽtur nomine Christiani, & crucis eius inurantur cauterio. De quo signo Symeon tenens vlnis paruulum, loquebatur, Hic erit in ruinam,& in resurrectionem multorum, & in signum cui cõtradicetur. De quo & supra dictum est,Dabit vobis dominus signum. Et sanctus cantat in psalmo, Fac mecum domine signum in bonum.Et ipse,qui signum est, Cùm videritis(ait)signum filij hominis: quod nõ deficiet, nec vllo fine mutabitur: sed de præsenti conuersatione transiet in futurum,4.tom.396.f.397.a.

signum ponitur etiam pro cruce : Et hoc sensu intelliguntur ea Esaiæ 5.verba , Et leuabit signum in nationibus procul,4.tom.50.d. In die illa radix Iesse,qui stat in signum populorum: ipsum gẽtes deprecabuntur,Esaiæ 11.Erit radix Iesse , & qui de eius stirpe consendet,in signum omnium populorum . Vt videant populi signum filij hominis in cælo:Qui habet cornua in manibus suis,in quibus absconditur fortitudo eius:vt exaltatus omnia trahat ad se,4.tom.91.c. Et leuabit signum in nationes,& congregabit profugos Israel, Esaiæ 11. Iccirco nunc dicit,quod postquam surrexerit radix Iesse,vt regnet in gentibus: & vexillum crucis ob salutem totius orbis fuerit eleuatum : hinc etiam Idumea,& Moab,& filij Ammon:omnis scilicet Arabiæ latitudo, dent apostolis manus : & in locis idololatriæ Christi ecclesiæ suscitentur, 4. to.93.b.

Leuate signum in Sion, Hierem.4. Hoc est:Leuate crucis signum in specula,id est, in sublimitate ecclesiæ,4.to.522.c.f. signum ponitur etiam pro vexillo:leuare signum est vexillum ad bella protẽdere.Et hunc sensum habent Esaię 13.illa verba:In montem caliginosum eleuate signum, 4. tom. in cap.13.Esaiæ. signum ponitur etiam pro mandato,ac iussione: quo sensu Esaiæ 18. exponuntur illa verba:Cùm eleuatum fuerit signũ in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis,4.tom.115.c. Vel pro signo hæreticorum verba illa intelliguntur.Omnes enim qui habitant & morantur in orbe terrarum,ad hæreticorum signum , quod quasi in montibus eleuatum est, erigunt oculos suos , & clangorem tubæ, id est,doctrinæ eorum , audiunt, 4.tom.168.f. signum veluti ad sagittam poni,est ictibus hostium appeti ac sauciari,secundum illud Threnorum 3. Tetendit arcum suum : posuit me quasi signum ad sagittam,4.tom.699.c. Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, Esaiæ 7. signum de terra accepit Moyses , quando terrena miracula perpetrauit . Signum de profundo terræ accepit Saul, quando Samuelem visus est suscitasse. Ionas quoque de faucibus mortis liberatus,signum dedit, & accepit inferni.Signum verò de cælo Ezechias accepit: quando sol decem regressus est lineis.Et Iosue filius Naue,cùm solem & lunam precibus suis stare fecit,4.tom.60.d.e. Volumus à te signum videre de cælo:vel in morem Eliæ ignem de sublimi venire cupiebant: vel in similitudinem Samuelis tempore æstiuo cótra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura,imbres ruere:Quasi non possint & illa calumniari,& dicere ex occultis & variis aëris passionibus accidisse, 6. tom. 49.c.

signum prostitutionis, est cùm signum in excelso ponitur: vt volentibus fornicari , fornicationis locus procul appareat,& non necesse sit quæri.De quo ita scribit Ezech.16.Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, 4.tom.816.d.e.

signa multa à Christo facta sunt, similiter & ab apostolis: quæ tamen scripta non sunt, 6.to.99.a.

Vide suprà Miraculum.

Silas ab apostolis,apostolus est nominatus,6.to. 281.c. Silas,id est,missus,6.to.271.a.

Silentium indictum emendat linguam maledicam, 9. tom. 540.d. silentiũ,iustitiæ custos,7.to. 107.b.

Silices præruptæ quid indicent,8.to.147.c.

Silo,locus vbi tabernaculum priùs fuit , 4. tom. 541.b.

Extructo tẽplo cessauit religio Silo:nec postea ibi sunt celebrata sacrificia , ibidem. propterea dictum est à Hieremia, Dabo domum istam sicut Silo : Hoc est , sicut extructo templo religio Silo cessauit:ita extructa ecclesia , & spiritualibus in ea victimis immolatis , cessauerunt legis ceremoniæ. ibidem.

Siloe, siue Siloa fons vallem filiorum Ennon,vbi Baal delubrum erat,irrigat,4.tom.511.c. amænus,nemorosúsque locus est , hodieque hortorum præbet delicias, 4. tom.543.c. Vno fonte Siloe, eóque non perpetuo,Hierusalem ciuitas vtitur: & vsque in præsentem diem sterilitas pluuiarum , nõ solum frugum,sed & bibendi inopiã facit,4. tom. 571.c. Vallis filij Ennon,per quam excurrit Siloe fons, est iuxta portam Hierusalem , quæ Hebraicè טיסרח Charsith, hoc est fictilis appellatur. 4. tom. 596.f. Ad radicem scilicet montis Moria : vallis ipsa,per quam Siloë excurrit,irrigua , & nemorosa est,plenáque deliciis : lucúsque in ea idolo Baal consecratus erat, 6.tom.36.f.& 37.a. In portarum exitibus, quæ ad Siloam ducunt , rubra saxa monstrantur:quæ simpliciores fratres sanguine Zachariæ infecta putant,6.tom.in cap. 23.Matth. Notat mysticè fons Siloë,Christi aquas,quæ saliunt in vitam æternam : Et hoc modo exponuntur Esaiæ, 8. verba illa.Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloë,quæ vadunt cum silentio,4.tom.67.c. Portam fõntis ædificauit Sellum filius Choloza, princeps pagi Maspha : ipse ædificauit eam, & texit, & statuit valuas eius,& seras, & vectes, & muros piscinæ Siloë in hortum regis,& vsque ad gradus,qui descendunt de ciuitate,Nehem. 3. De turre Siloë, quæ cadens decem & octo homines simul oppressit, Lucas Euangelista meminit : De natatoria autẽ Siloë, ad quam sanandum cæcum à natiuitate hominem Christus miserit,Ioannes Euangelista testatum reliquit.

Siloë aquæ turbidæ,& cœnosę,4.t.937.b. Siloë aqua vadit cum silentio, 5.tom. 66.f.

Siloa fluit ex radicibus montis Moria, 6.t. 37.a. interpretatur,missus,4. tom. 67. c. Siloæ fontis descriptio , ac tropologia,4.tom. 67.b in Siloa turris corruit,quid significat, 5.tom. 371.b Siloæ turris decem & octo interfecit homines, 4. tom. 22.d

Simeo post D.Iacobum Hierosolymitanorũ episcopus,pro Christo crucifixus.6.tom.282.d.

Simila quid,& ex quo fit,4.tom.821.b.

Similitudo aliud , & aliud æqualitas, 4. tom. 928. d. similitudo interdum recipit veritatem. 8.tom.589.a

Simon interpretatur tristitiam ponens, 6. tom. 158.f. interpretatur,obediens,vel mundus, in cuius domo est ecclesia,6.tom. 127.a.

Simon Cyrenæus,qui tulit crucem Christi,vnde oriundus,9.tom.503.d Simon,qui portat crucem in angaria,ipse est,qui pro laude laborat humana, 6.tom.194.f.

Simon, cognomento Petrus , ad distinctionem alterius Simonis,6.tom.33.a.

Simon leprosus cur ita cognominatus, 6. tom. 127.a. mundum infidelem primò , & postea fidelem significat,6.tom.187.b.

Simon Zelotes,& Simõ Chananæus,idem, 5.to. 387.a.b. Simon interpretatur obediens, 6. tom. 127.a

In Hieronymi catalogo ex Sophronio ita de Simone legitur. Simon Chananæus, cognomento Iudas,frater Iacobi Episcopi , qui & successit illi in Episcopatum,post obitum Iacobi cognomento iusti. Vixit annos viginti supra centum : Crucifixus autem, sub Traiano præfecto , mota persecutione graui,dormiuit.Quibus verbis Simeonem Chananæum , eundem facit cum Simone , cognomento Iuda,Episcopo Hierosolymitano. Cuius sententiæ est etiam Isidorus Hispalensis Episcopus . Dorothæus autem Martyr Tyri episcopus in Synopsi, Simonem Chananæum a Simone Iuda,Hierosolymitano episcopo , diuersum facit : ita de vtroque scribens. Simon Zelotes peragrata Mauritania , & Aphrorum regione,Christum prædicauit:Tandem Bretaniæ crucifixus,occisus , ac sepultus est . Rursus. Simon Iudas cognominatus , qui & post Iacobum Hierosolymorum Episcopus factus est (arbitror eum Iacobum Alphæi)sub Traiano rege cruci alligatus, occisus est in Ostracina ciuitate Aegypti Cæsariæ,cùm annos vixisset.120.Ita enim legendũ est,non.102. Egesippus, Eusebius , & Nicephorus, Simonem Episcopum Hierosolymitanum post Iacobum iustum , & consobrinum domini faciunt: quam sententiam refert , ac sequitur Haymo Episcopus Halberstattensis libro tertio de rerum Christianarum memoria. Difficilis quæstio, & quæ solui absque veritatis periculo , & veterum patrum præiudicio nequeat : Ita enim diuersæ proferuntur historiæ , vt quocunque te verteris, alterius sententiæ testis occurrat : Confutatis nihilominus , quæ minus probabilia sunt , veritas eluceſcet. Falsum in primis est,Iacobum Alphęi,& Simonem Iudam, quod Dorotheus voluit , eundem esse : dilucidè enim Iacobum Alphæi , & Iacobum cognomento iustum, eundem fuisse Apostolum , Hieronymus in libro contra Heluidium , Pauli etiam apostoli testimonio probat:Si idem igitur est sequitur, cum Simone Iuda non esse eũdem. Cum(ipso etiã Dorotheo teste)Iacobo iusto, Simon Iudas in episcopatu Hierosolymarum successerit.Falsum etiam est quod Haymo ex Egesippo refert, filium Ioseph Simonem Iudam fuisse quãdo,præter quod Ioseph nullum filium habuit,Egesippus hoc ipsum nequaquam prodit : imo prorsus contrarium : Neque hac ratione consobrinus domini fuit, quod ex Ioseph progenitus sit : sed quia fuit filius Mariæ Cleopæ, Mariæ virginis sororis : vt ex ipso Egesippo in hunc modum Eusebius libro tertio historiæ ecclesiasticæ, capite xxxij. refert. Post Neronem, Domitianúmque , sub hoc ( cuius nunc tempora memorauimus ) per singulas ciuitates ex insolentia populi , persecutionem in nostros accepimus motam. Quo in tempore etiam Simeon Cleopæ filius, quem secundum Hierosolymis ordinatum Episcopum supra edocuimus, per martyrium carnis vinculis resolutus est. Horum adstipulator ille ipse est Egesippus,quem in pluribus iam produximus testem. Is ergo refert,quod à quibusdam hæreticis accusatus sit supradictus vir,tanquam Christianus,& multis suppliciis afflictus fuerit per multos dies:ita vt etiam iudex ipse cum amicis suis, de eius patientia miraretur : & ad vltimum iuberet, simili eum, quam dominus pertulit, passione vitã finire. Sed & ipsa verba , quibus hæc protestatur audire gratius puto. Ait ergo cùm de hæreticis di-

ceret. Ex his igitur ipsis accusatoribus quidam Simeonem Cleopæ filium, tanquam qui esset ex genere Dauid, & Christian⁹: Et ita martyr effectus est, cùm esset annorum centum viginti, sub Traiano Cæsare, apud Atticum consularem. Addidit autem etiam hoc, quod accusatores eius, cùm in illis temporibus perquireretur, si qui ex genere Dauid, & ex regia tribu descenderent, comprehensi sint inter ipsos. Quod autem Simeō vnus fuerit ex ipsis auditoribus domini, vel longæuitas eius indicio est, vel euangeliorum fides, vbi etiam mater eius Maria, Cleopæ vxor refertur: sed & alios quosdā idem scriptor refert, præter eos, de quibus suprà diximus, nepotes Iudæ, vnius ex fratribus domini, per idem tempus superstites inuentos, & Domitiani temporibus martyres factos, hoc modo scribens: Veniunt igitur hi, & præsunt omni ecclesiæ, tanquam martyres & propinqui domini: & reddita pace ecclesiæ, permanserunt vsque ad tēpora Traiani Cæsaris, vsquequo consobrinus domini Simeon, de quo supra diximus filius Cleopæ calumniam pateretur ab hæreticis Christianis, Consulari delatus. Cúmque multo tempore suppliciis fuisset affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & ipso iudice, mirantibus, vt cētum viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Quod autem Traiani tempore Hierosolymitanā ecclesiam rexerit Simeon, idem Eusebius cap. 22. eiusdem libri, testatum reliquit. Quomodo autem in Hierosolymitanum episcopum sit ab apostolis electus, ita cap. 11. libri eiusdem refert. Post martyrium Iacobi, & continuò consecutum ciuitatis excidium, traditur apostolos, cæterósque domini discipulos, qui ad illud tempus reliqui erant, in vnū è locis omnibus cōuenisse, simul cum his, qui propinqui, secundum carnem, domini dicebātur (Plurimi nanque & ex his per illud tempus supererāt) & habuisse in commune consilium, quem oporteret dignum successione Iacobi iudicari: omnésque vno consilio, atque vno consensu Simonem Cleopæ filium decreuisse (cuius mentio in euangeliis facta est) vt episcopatus sedem susciperet Consobrinus is secundum carnem saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleopam fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est. Hactenus de Simone Eusebius. Superest famosa illa quæstio, ac omnium ecclesiarum disputationibus ventilata: An vnus tantùm, idémque prorsus fuerit Simon, Chananæus scilicet, Iudásque cognominatus: an duo potius Simones fuerint: Vnus Chananæus, idem qui & apostoluus: alter Iudas vocatus, Hierosolymorum episcopus non apostolus. Vnum tātùm fuisse Sophronius, Isidorúsque confirmant: Antoninus diuersos omnes asserit: Diuersos Dorotheus etiam facit: quamuis pro Iacobo Alphæi, Simonem Iudā (quod falsum esse diximus) accipiat. Abdias Babyloniæ episcopus Hebraicè Simonis Chananæi, & Thaddæi martyrium describit: Quod ab Aphricano in Græcam (vt ego reor) non in Latinam, vt Antoninus refert. (Quippe cùm Græcè, non Latinè eruditus Aphricanus fuerit) conuersum fuit. Quæ historia, si vera est, verum etiam erit, duos fuisse Simones: Quando in vrbe Chaldææ Sanir pascum, sepulchróq; vnà cum Thaddæo Babyloniæ Simonem Chananæum mandatum, in ea prodatur: Cū tamen Simonem Iudam, episcopum Hierosolymitanum, vel Hierosolymis (vt ex Egesippo refert Eusebius) vel in Ostracina ciuitate Aegypti (vt Dorotheo magis placet) martyrium fecisse, compertissimum sit. Quid certi hac in re statui deberet, incertum, nisi ecclesiæ cui semper parendum est, auctoritas intercederet. Ipsa enim de duobus ex vetustissima institutione diem festum agit 18. videlicet die Februarij de Simone filio Cleopæ, Hierosolymitano episcopo: Octobris verò 28. de Simone Chananæo, siue Zelote, apostolo Simon Iudæorum pontifex, 4. to. 1149. b.

Simon Samaritanus se magnam dicebat & prædicabat esse dei virtutem, 6. tom. 115. a.

Simon Magus in aqua baptizatus, sed nequaquā baptizatus in salutem, 4. tom. 814. e. probatus est ad aquam contradictionis, quia in hypocrisi accepit baptismum, 7. tom. 239. b. lauacrum acceperat aquæ, sed quia sanctum spiritum non habebat, indutus non erat Christum, 6. to. 307. c. D. Petro resistebat, 4. to. 389. a. consendere cælum volens interiit, 7. to. 36. f. hæreticorum primus, 6. to. 159. a. b.

Simon Samaritanus, quem in Actibus apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse dei virtutem: hæc quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens. Ego sum sermo dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei, 6. to. 115. a. Simoniaci episcopi, presbyteri, & diaconi qui vendunt gratiam spiritus sancti: contra illud quod præceptum est: Gratis accepistis, gratis date: & omnia faciunt vt subiectos populos deuorent, eiiciuntur à Christo, sicut eiecti sunt illi qui columbas in templo vendebant, 6. to. 96. f. 97. a. Sacerdotes quoque non docebāt populum, nisi accepto pretio: & cùm dicatur ad sanctos: Gratis accepistis, gratis date: illi dei respōsum accepta pecunia proferentes, gratiam domini auara mercede vendebant. Et post hæc mala nō intelligentes peccatum suum, quasi sceleribus redimerent charitatem dei, iudices, ac sacerdotes, & prophetas dei esse se memorabant: & secundum impœnitens cor suum dicebant: Dominus in medio nostrūm est, & non venient super nos mala, 5. to. 344. e. Principes eius in muneribus iudicabant: & sacerdotes eius in mercede dicebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrūm? Non veniēt super nos mala. Propter hoc causa vestri Sion vt ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum, Micheæ 3. Sed & prophetæ Hierusalem in pecunia diuinabant: nunquam enim diuinatio in scripturis in bonam partem accipitur: Non est, ait, augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Videbantur quidem sibi esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipsorum facta est diuinatio. Petrus apostolus, Argentum, inquit, & aurum non habeo. Poterat vtique Simoni Mago vendere, quod petebat, imò poterat simulare vendentem. Spiritus enim: sanctus nec venundari, nec emi potest. Sed oblatā pecuniam cum offerente damnauit. Nunc videas prophetas Hierusalem non habere in ore prophetiam, & in domino requiescere, & dicere: Non venient super nos mala: quorum causa speculatoriū dei hostili aratro diuiditur: & locus quondam pacis, ruinis plenus fit: & templum domini in vepres, spinásque conuertitur, & est habitaculum bestiarū. Nec quemquam moueat illud, quod in primo Regum libro legimus: Saul volentem ire ad Samuelem, dixisse puero suo: ad eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret pro vaticinio non haberet, & puerum respondisse: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli pecunię: & dabo viro dei, & annunciabit nobis viam nostram. Nō enim scriptum est, quod Samuel acceperit, aut quod illi obtulerint: quin potius à propheta pascuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac eum accepisse: stipes magis æstimādæ sunt tabernaculi, quam munera prophetiæ. Siclus enim viginti obolos habet: & quarta pars sicli, quinque sunt oboli. Et nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas dominus flagello subuertit: qui vtinam non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. Hoc ipsum sonat & in tertio Regnorū libro, quod vxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem dei, & defert ei panes, & vuas passas, & vasculum mellis. Dicitur enim quid secum illa portauerit: & tamē propheta non dicitur accepisse. Quippe cùm & corripuerit eam, & vēturum luctum prædixerit: licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueuerant (quia multi diuini, & arioli erant in Israel) ma'a consuetudine æstimasse id ipsum etiam de prophetis: & voluisse sanctis viris offerre, quod diuinis offerre consueuerant: & tantūmodo scripturam narrasse quid illi voluerint: nec tamen intulisse quod ipsi aut offerre ausi fuerint, aut prophetę acceperint. Apostolus Paulus: Qui altari, inquit, seruiunt, de altari participant, & viuunt. Permittitur tibi ô sacerdos vt viuas de altari, non vt luxuries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus ista, & tamen licentia hac Apostolus non abutitur: & habens victum vestimētúmque, contentus est: nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis sit. Et iurat in epistolis, se sanctè & sine auaritia in Christi euangelio conuersatum: & non solum de se, sed de discipulis quoque suis hoc ipsum asserit: quod nullum miserit, qui ab ecclesiis aut posceret aliquid, aut vellet accipere. Si autem gratulatur in quibusdam epistolis, & mittentium munera beneuolentiam dei appellat: non tam sibi congregat quàm pauperibus sanctorum, qui erant in Hierusalem. Sancti autem pauperes hi erant in Hierusalem, qui primum in Christo crediderāt de Iudęis: & proiecti à parentibus & cognatis atque affinibus suis, tam possessiones, quàm vniuersam suppellectilem sacerdotibus templi ac populo vastante perdiderant. Si tales pauperes sunt, accipiant. Si autem sub occasione pauperum paucæ ditantur domus, & in vitro ac vase fictili aurum comedimus: aut cum thesauris mutemus & vestes: aut pauper habitus non quærat diuitias senatorum. Quid prodest circa collum ad abstergendos sudores linteolum non habere? Quid iuuat esse μονόχιτωνας, & præferre habitu paupertatem, cum marsupium nostrum vniuersa pauperū turba suspiret? propter hoc causa nostri, qui tales sumus, qui Sion ædificamus in sanguine, & Hierusalē in iniquitate: qui iudicamus in muneribus: qui mercedibus respondemus: qui in pecunia diuinamus: & super hoc fictam nobis sanctimoniam vendicantes, dicimus, non venient super nos mala. Audiamus sententiam domini quæ sequatur: Sion & Hierusalem, & mōs templi speculatorium, & visio pacis, & templum Christi in consummatione & in fine: quando refrixerit charitas & rara fides fuerit, quasi ager arabitur, & redigetur in tumulos: & erit in excelso syluarum, siue in custodiam pomorum: vt vbi amplæ quondam domus erant, & absque numero acerui frugum, ibi vix parua sit casula seruans speciem ciborum, refectionem animæ non habentium, 5. to. 344. e

Sina סיני Mons Arabiæ, confinis, siue conterminus ei quæ nunc est Hierusalem, 6. tom. 322. f

Simplicitas & rectitudo abinuicem nō separantur, 8. to. 175. a. Simplicitas absque prudentia, est stultitiæ vicina, 4. to. 429. c. simplicitatem hæretici imperitiam arbitrantur esse, 4. to. 77. b.

Simulacrum vnde dicitur, 8 to. 608. d. simulacra domus Israël, quæ sint: 4. tom. 851. a. simulacra gentium facta sunt bestiis, & iumentis, 4. tom. 329. b simulacra hæreticorum, 4. tom. 319. b.

Simulatio tempore & loco honesta, & necessaria, exempla huius rei, 6. to. 286. c. 288. d.

Simulatores dominus interficit in die furoris sui, 4. tom. 696. f

Sin, desertum iuxta Edom, 4. to. 1092. d.

Sina, mons est in Arabia, qui iunctus est ei, quæ nunc Hierusalem, 280. e. f. Sina interpretatur, tentatio, 6. tom. 322. f. & 7. to. 193. c. Sina est Agar, quæ seruit cum filiis suis, 5. to. 214. f.

Vox græca συσοιχῶ, naturæ cognationem, mysteríque potius similitudinē & affinitatem, quàm locorum coniunctionem significat: Alioqui longo interstitio mōs Sinai à Hierusalem distat. συσοιχεῖν enim dicuntur, qui eundem ordinem habere dicuntur. Sic in acie apud veteres συσοιχοῖ ordines sunt à fronte ad tergum recta protensi: & σύσοιχα idem quod ὁμόσοιχα, hoc est eodem in versu locata. Duo enim testamenta, vnum in Sina Arabiæ latum: alterum in Hierusalem Iudææ promulgatum, magnam mysterij affinitatem, & similitudinem habēt: quamuis vnum in seruitutem, alterum in libertatē hominem genuerit. Sinai סיני tentationē sonat: ערב Arabia occasum: Quibus significabatur vetus testamentum non fore perpetuum, 6. tom. 322. f. Mons Sinai ab austro Hierusalem adiacet, in cap. 49. Esaiæ. Pharan mons Sinai monti vicinus est: à quo sanctum venturum ideo Habacuc dixit: quia ea in ora lex Moysi data fuit, 5. tom. 444. f.

Sinapis granum non modicam fidei portionem, sed totam fidem significat, Apostolo id attestante, 4. to. 1035. b. c. Nam & si modicum sit, in magnam succrescit arborem: ita vt volatilia cæli in ramis eius habitent, ibidem. Euangelium eiúsque prædicationem granum sinapis notat: quæ quidem initio vilis, & humilis est, & omnium disciplinarum minima apparet: lata autem in magnam excrescit arborem: cunctásque alias scientias vincit: ita vt in ramis eius, quę dogmatum varietates sunt, volucres requiescant, idest, vel angeli, vel animæ, 6. tom. 55. b.

Spineta Aristotelis, & Chrysippi, 413. a. b.

Singularia pro plurali numero abusiuè frequenter in scripturis leguntur, 6. tom. 200. d.

Sinistra scire non debet, quid faciat dextra, 6. to. 17. a Sinistra dei, sunt virtutes angelorum, quibus ad puniendum traditur, 4. tom. 138. c. sinistram non habet iustus, 6. tom. 166. d. Sinister fuit spiritus, qui egressus est, & stetit coram domino, & ait, Ego decipiam Achab, & egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. De sinistris quoque partibus erat spiritus, qui suffocabat Dauid, 5. to. 195. e. f. Cor sapientis in dextera eius: & cor stulti in sinistra illius. Ecclesiast. 10. Cum ad iudicandum venerit Saluator, agni stabūt à dextris, hœdi vero à sinistris erunt: Et in prouerbiis scribitur. Dexteras vias nouit dominus: quæ autem peruersæ sunt, à sinistris sunt. Qui ergo sapiens est, semper de futuro sæculo cogitat, quod ducit ad dextram. Qui vero insipiens est, de præsenti, quod positum est in sinistra. Quæ quidem secutus idem philosophus & poëta, ait.

*Dextera quæ magni Ditis sub mœnia ducit.*
*Hac iter Elysium nobis: At læua malorum*
*Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.*

Firmianus quoque noster in præclaro institutionū suarum opere, Y. litteræ meminit: & de dextris, ac sinistris: hoc est de virtutibus, & vitiis plenissimè disputauit. Nec putemus huic sententiolæ illud esse contrarium, in quo dicitur. Ne declines in dexterā, neque in sinistram. Hic enim pars dextera pro bono accipitur. Ibi verò non tam dextera, quàm declinatio dextræ accusatur. Ne plus sapiamus, quam sapere necesse est: quia virtutes in medio sunt: & nimietas omnis in vitio est, 5. tom. 62. c. f. Hæc via: ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad sinistram, Esaiæ. 30. Hæc via recta est: ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad sinistram: secundum illud, quod alibi legitur: Nec ad dextram, nec ad sinistram declinabimus, via regia gradiemur. In vraque enim parte quidquid supra modum est, in vitio est. Et de dextris partibus dicitur: Ne sis iustus multum. De sinistris autem, quod in hœdorum, & in pereuntium parte ponantur, nulla dubitatio est. 4. tom. 246. b. Dextra autem & sinistra in scripturis sanctis, tunc in bonam partem accipitur: quando eas & iuxta spiritum intelligimus, & iuxta litteram, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris: vt humilior intelligentia vitæ teneat institutionem, exemplóque maiorū: & spiritualis, atque sublimis de præsentibus nos transferat ad futura. Hoc est quod & dominus, pharisæis interrogātibus loquebatur. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Vt & potestatibus istius sæculi subiiciamur, quæ non iniustè tenent gladium in vindictam eorum, qui malè egerunt, quæ sinistra intelligitur: & deo reddamus, quæ dei sunt. Vt nullum alium timeamus, nisi eum, qui & animæ habet, & corporis potestatem: quod in dextra accipitur. Denique de sapientia dei dicitur (cui nihil pretiosum comparari potest) quod in dextra sua vitæ habeat lōgitudinem, & annos plurimos. In sinistra autem diuitias, & gloriam. Vt diuitiæ illæ accipiātur, quæ in præsenti scientia sunt, & bonis operibus: & gloriam, quam accipit is, per cuius opera deus glorificatur in gentibus. Longitudo autem vitæ, & anni plurimi futuram vitam significent: quæ præsentia negligens, ad futura festinat, 4. to. 382. d. Comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Esa. 9. De hæreticis mystice prophetia est: qui cùm semper sinistra inueniant, tamen suis nunquam satiantur erroribus: vorantes carnem brachij sui, & aduersum ecclesiā pari studio dimicantes, 4. tom. 79. a. b.

Sinopis, 5. tom. 112. f.

συντήρησις, 4. tom. 731. a. Sic vocant Græci cōscientiam: hoc est, animæ partem, quę semper vitiis aduersatur, & de perpetratis sceleribus hominem remordet: à conseruando dicta, quòd animæ candorem conseruare studeat.

Sinus κόλπος dupliciter accipitur: est enim vel inferior pars vestimenti à genitalibus vsque ad pedes: Vel sinus maris: verbi gratia Hadriatici, Ionij, vel Propontidis, 5. tom. 129. b. c. Reddam, & retribuā in sinu eorum iniquitates vestras, Esa. 65.

Sinus dei, est sanctuarium eius, 7. to. 213. c. sinus quot modis sumitur in sacris scripturis, 4. to. 472. c.

Sion priùs appellata desertum, 4. to. 259. c. arx est Hierusalē, 5. to. 572. c. f. hæc & Hierusalē vna est vrbs, 4. to. 365. a. & 5. to, 527. a. Sion Iudææ metropolis fuit, 5. to. 341. a. specula, culmēque virtutum cum gaudio, atque lætitia sempiterna, 4. to. 360. c. eo quòd in monte sita sit, arx vocatur, reliqua autem vrbis pars, Hierusalem dicitur, 4. tom. 362. c. mons, in quo ædificata est Hierusalem, 4. tom. 15. c. pars vrbis Hierusalem, interpretatur specula, 4. to. 533. f. 534. d. mons est, in quo Hierusalem condita est, 4. to. 11. a. mons, latera aquilonis, 4. tom. 102. c. quatuor modis in scripturis sanctis intelligi debet, & quibus, 4. tom. 345. a.

cur appellatur filia, 4. to. 9. virgo, 4. to. 277. a.

à domino fundata, 4. tom. 155. c. id est, specula vitæ, 4. to. 82. f. 5. tom. 527. c. & 7. to. 26. c. prophetarum seminariū fuit, in quam extructum templū: & visiones domini multiplicatæ sunt, 4. tom. 126. a.

de Sion dominus rugiet, 5. to. 209. a. & 211. a.

Sion filij protecti à domino suo, deuorabūt aduersarios suos, 5. to. 576. c. hanc deus saluam faciet, 4. tom. 480. f. in sion morabitur dominus, 5. to. 207. a. 208. c. sion dominus zelatus est zelo magno, 5. to. 527. a. in sion regnabit dominus exercituum, 4. tom. 200. f. propter sion non tacebo, 4. to. 450. c. sion est ecclesiæ specula, 5. tom. 211. b. sion omnis populus erit iustus, 4. to. 443. a.

sion filij, sunt ecclesiæ filij, 5. tom. 575. b. ex sio veniet, qui liberet, & auertat impietates à Iacob, 4. to. 434. d. sion nostra plurimas habet portas, quas si aperuerimus, ingreditur ad nos sponsus, & nobiscum dormit, 7. tom. 260. c. sion nostra; nisi plures habuerit virtutes, dei non erit ciuitas, ibid.

sion nostra, in qua est aliquādo Raab meretrix, & Babylon, repentè efficitur virgo, ibidem. sion repleta est iudicio & iustitia, 4. tom. 259. c. sion plena iudicij, & ciuitas fidelis, facta est meretrix, 4. to. 381. a. sion portæ, quid moraliter, 7. t. 257. b.

tropologicè refert ecclesiam, 4. tom. 182. f. quid mystice significet, 8. to. 131. a. sion pro animabus fidelium accipi, 5. tom. 558. e. ecclesiæ typus, 4. to. 356. d. sion, id est, ecclesia, vbi est speculatio & intuitus dei, 4. to. 653. b. sion non est alia, nisi populus dei, 4. tom. 361. b. sion viæ lugent, 4. tom. 680. f. de sion vox lamentationis est audita, 4. tom. 551. b. filiæ sion conspersērunt cinere capita, sua, 4. to. 692. f. filia sion reliquit decorem suum quid significat, 4. to. 681. a. sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate, 5. to. 350. a. sion, quasi ager, arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, 4. to. 624. e.

Sirenæ, animalia portentosa, dulci carmine atque mortifero, nauigantes seyllæis canibus lacerādos præcipitabant, 4. tom. 314. f. sirenarum vox lamentabilis, quæ auditores suos ducit ad mortē, 4. to. 144. e. sirenarum mortifera carmina, 4. to. 561. b. & 5. to. 114. a. sirenæ dulci & mortifero carmine protrahunt animas in profundum, 4. tom. 144. f. sirenarum cur in sacris scripturis fit mentio, cùm sit fabula gentilium, 6. tom. 293. b. sirenarum filiæ lugebunt, 5. tom. 331. b. sirenes deum benedicent, 4. tom. 314. f. sirenes mysticè significant hæreticos: quorum dulcia sunt carmina, & suaui voce populos decipientia, nec potest eorum carmina præterire, nisi qui obturauerit aurē suam, & quasi surdus euaserit, 5. tom. 331. b. item notāt homines voluptati ac luxuriæ deditos, 4. tom. 314. f.

sitis animę fidelis in deum, 7. tom. 181. c. interficitur quis siti, cùm potu doctrinæ sacræ, & auditione verbi dei priuatus exarescit, 5. tom. 91. a.

ecce dies veniunt, dicit dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini, Amos cap. 8.

Mittit dominus famem in terram super eos, qui terrena sapiunt: & famem non panis, sitimq; non aquæ, sed audiendi verbum domini; quando propter peccata populi doctrina deficit in ecclesiis, 5. to. 278. d. sitis sancta, 7. to. 180. d.

Smilax, siue voluola, herba hederæ similis, quæ vitibus & virgultis circunligando se, nectitur, & in longum serpit, 5. tom. 392. d. peregregiè D. Hieronymus similarem herbam describit: illam scilicet (plura quippe sunt similaria genera) quæ in vineis, sepibúsque, quidquid sibi obuium fuerit, apprehēdendo, ac circunligando se, scandit. Florem autem fert candidum lilio similem, rudimentum (vt scribit Plinius) naturæ lilia facere descentis, campanellas appellant Reatini, quòd campanis sint simules.

sochem, tabernaculum, pastophorion, 4. tom. 272. d. e.

sisara, militiæ princeps, à Debbora cæsus, 7. to. 246. c. sisara interpretatur, equi visio, 7. tom. 246. f.

sixtus senensis compilauit bibliothecam sanctā, 8. tom. 7. c.

smerdes magnus, Persarum rex, Pantapten, Cābysis filiam, duxit vxorem, & à septem magis fuit occisus, 4. to. 1158. c.

Sobna scriba, 4. tom. 130. d. sobna, præpositus templi, 4. to. 272. d. e. sobna anagogicè quid significat, 4. to. 131. a.

societas, amicorúmque contubernium, communéque solatium hoc bonum habet, quòd alterius auxilio subleuetur: & curas domesticas, ipsius quoque noctis requiem meliùs exigat ille, qui fidum amicum habet, quàm qui solis opibus incubat acquisitis, 5. to. in cap. 4. Eccles.

socrates nūquam plus solito nec tristis fuit, nec lætus, 4. tom. 305. c. socratis dictum, Hoc vnum scio, quòd nihil scio, 4. tom. 287. 288. b. c. e. f. socrates Phædonē è lupanari multorū libidini seruientem conuertit, & in Academiam adduxit: ex cuius nomine Platonis extat liber, 5. tom. 85. b.

sodalis nominis etymologia, 9. to. 501. a.

sodoma & Gomorra principes fuerunt in peccato, 5. tom. 157. c. ita subuersæ, vt non habitabātur in æternum, 4. to. 1100. d. hæ, nunc mortuum nominatur mare, 5. tom. 194. f. sodoma & samaria, Hierusalem sorores, iustificantur, 4. to. 836. f.

sodoma in antiquum restituetur statum, 5. tom. 241. b. spiritualiter vocatur locus, vbi crucifixus est dominus, 4. tom. 252. f. sodomorum principes, 4. tom. 10.

solein in cælo deus posuit in lumine diei, 4. to. 661. c. sol suum ipsius cursum vno anno conficit, 4. tom. 296. d. sol duplicem habet virtutem, 8. to. 323. c. sol metitur annum, 5. tom. 9. a. sol in lucem mortalibus datus, interitum mundi indicat ortu suo & occasu, 5. tom. 8. c. sol aliquando terræ vicinior, & aliquando ab ea remotior, 5. to. 9. a. sol quanto tempore suum absoluit circulum, 4. to. 1148. d. & 8. tom. 430. d. sol oritur, occidit, & ad locum suum ducit, & c. 5. tom. 7. a. solis visibilis & spiritualis differentia, 8. tom. 322. c. solis deliquium quomodo fit, 4. tom. 141. a.

sol deo seruit, 7. to. 276. d. e. sol & luna deum laudant, 4. to. 786. f. & 7. to. 423. b. sol in Gabaon ad vocē Iesu filij Naue, precéq; stetit, 6. tom. 475. a.

sol stetit spatio vnius diei, 4. tom. 227. c. sol & luna steterunt in habitaculo suo, 5. tom. 60. e. 451. a. 453. a. sol decem regressus est lineis, 4. to. 60. c. & 281. b. sol & luna obscurabuntur, & non dabunt lumen suū, 6. to. 118. d. sol tenebrescet, & luna nō dabit lumē suum, & c. 5. t. 73. a. sol nube tangetur, 4. to. 959. c. sol & luna induētur sacco, 5. to. 320. f.

sol confundetur, & erubescet luna, 4. to. 200. f.

sol conuertetur in tenebras, 5. tom. 189. c. 5. tom. 191. b. c. sol obtenebrescet ortu suo, 4. to. 98. f.

sol præ tristitiæ magnitudine, occidet in meridie, 4. to. 380. f. 5. tom. 276. e. sol contenebrabitur ad gelida corda, 6. tom. 185. b. sol mysticè, 7. tom. 63. c. sol super peccatores occidet meridie, 4. to. 571. c. sol verus occidet super prophetas meridie, 6. tom. 407. b. sol septuplum lumen accipiet, 4. tom. 478. c. & 5. tom. 248. e. sol septies tantùm lumen accipiet, & luna soli cōparabitur, 4. t. 1074. f.

sol iustitiæ in summo cœli vertice positus, 4. to. 1011. a. sol iustitiæ, dominus, 7. to. 63. b. solem iustitiæ adoramus, 4. tom. 779. c. sol iustitiæ semper oritur deum timentibus, & occidit peccatoribus, 4. tom. 442. f. sol iustitiæ super pseudoprophetas occidit, 5. tom. 347. c.

Sol tribus nominibus Hebraicè appellatur, 4. t. 199. c. In duodecim mensibus cursum suum peragit, 5. tom. 228. d. e. Ab austro in boream fracta transiens linea, & per occultos meatus ad nos reuertens, 5. to. 8. f. esse autem etiam per diem stellas in cælo, probat solis deliquium: quod quando vmbra terræ (vt philosophi disputant) & obiecto orbe lunæ fuerit obscuratus, clariora in cælo astra videantur, 4. tom. 141. a. lunam vmbra terræ, lunæ verò orbis tantùm obiectu solem obscurari, & nos supra diximus, & apud Astrologos, probante idipsum experientia; compertissimum. sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, Ioel. 2.

sol quoque est versus in tenebras, quando pendentem dominum suum videre non ausus est: & luna in sanguinem. Quod aut iuxta historiam factum esse credamus, & ab Euangelistis silētio prætermissum: Neq; enim omnia quæ fecit Iesus scri-

pta referuntur: quæ si scriberentur per singula, nec ipsum quidem arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libri. Aut certè quomodo sol versus in tenebras est: non quòd ipse sit mutatus in tenebras, sed tenebras mundo induxerit. Sic & luna non est versa in sanguinem: sed Iudæorum blasphemiarum, & negationis in Christum horrore coopertos, æterno testimonij sui sanguine condênauit, dicentium: sanguis eius super nos, & super filios nostros, 5. tom. 199. c. Iudæi (quod dominus per Ezechielem reprehendit) solem in ostio templi, inter vestibulum & altare adorabant, 4. tom. 779. b. Cùm in consummatione mundi omnis creatura fuerit liberata, liberabitur & sol & luna, & in suo stabunt statu, 5. tom. 453. a. sol post mundi consummationem septies amplius lucebit: & ita laboris sui præmium consequetur, 4. tom, 248. d.

Per diem sol non vret te, neque luna per noctẽ: id est, nec prospera huius sæculi senties, nec aduersa, 4. tom. 206. f.

Solennitas domini, quæ, 4. to. 1074. f. solennitas omnis die finitur octauo, 5. to. 512. d. solennitas vera est in ecclesia, 4. tom. 262. f. solennitates veræ dei, quæ, 4. to. 1064. c. solennitates tres in lege habebantur scriptæ: Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ, 7. to. 236. f.

Solicitos esse nos non oportet animæ nostræ, quid comedamus, 6. to. 19. c.

Solitudo id plerunque appellatur, vbi deus non habitat, 8. to. 95. b. solitudo sempiterna in his deprehenditur, qui præsidem non habent deum, 4. to. 625. c. solitudinis laus, 9. tom. 529. d. & seq.

Solium gloriæ dei non solùm templum, quod sæpè destructum est, dicitur: sed etiam omnis sanctus: iuxta illud quod scriptum est, Thronũ eius in terram allisisti, 4. to. 585. b. c.

Soluuntur peccata ab apostolis, 4. to. 149. a. b.

diuersum est apud Esaiam dimitti peccata, & solui: cui enim dimittuntur, solutione nõ indiget: cui autem soluuntur, propterea soluuntur, quia purgata sunt & soluta per pœnas, 4. tom. 731. a. & b.

σωματικώτερος, hoc est, magis corporeus, 4. tom. 336. c.

Somniantes carnem maculant, &c. 4. tom. 644. c.

Somniatores frustrà locuti sunt, 5. tom. 578. d. e.

somniatores hodie in ecclesia multi, 4. tom. 617. c.

Somnia multas sequuntur curas, 5. to. 34. c. in somniorum multitudine vanitates, & verba plurima, 5. to. 35. a.

somniis ne facilè credas, 5. to. 35. a.

somniis qui crediderit, vanitatibus se, & ineptiis tradet, 5. to. 35. a.

somnia non attendenda, 9. tom. 19. a.

somnia exponere quorum hominum est, 4. to. 617. c. 618. d.

somniis futura demonstrata, 4. t. 1108. e. f.

symbolis quibusdam & ænigmatibus, 4. to. 1106. d. e.

somnia in quibus aliqua ventura signantur, patent non cœnobitoribus, sed dei scientiæ, 4. tom. 1111. a. b.

Eorum est exponere somniũ, qui dei merẽtur habere sermonem, & dicere, Hæc dicit dominus: Quibus locutus est dominus: in quibus veritas est, & non mendacium fraudulentum, 4. to. 618. d.

Sunt autem multa genera prophetãdi: quorum vnum est somniorum: quale fuit in Daniele. Iccirco & ad eos prophetalis sermo dirigitur, qui credunt somniis, & omnia quæ cernũt, putant reuelationem esse diuinam: quæ propriè sanctis, & seruis dei aperitur. Quod si legerimus Pharao & Nabuchodonosor impios reges, vidisse somnia: quæ vera fuerint: non eorum fuit meriti, qui viderant: sed vt per eorum occasionem sancti viri Ioseph, Danielque clarescerent: & dura corda, atque indomabilia Tyrannorum propria conscientia sentirent domini maiestatem. Sunt hodie quoque somniatores in ecclesia, & maximè in nostro grege: qui errores suos domini iactant prophetiã, & crebrò ingerunt: Somniaui, somniaui, quos corripit dominus dicens, Vsquequo istud est in corde prophetarum, vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? 4. tom. 617. c.

Nabuchodonosor rex impius vidit somnium futurorum, vt interpretãte sancto quod viderat, deus glorificaretur, & captiuorum, deoque in captiuitate seruientium sit grande solatium. Hoc idem in Pharaone legimus: non quod Pharao & Nabuchodonosor videre meruerint: sed quod Ioseph & Daniel digni extiterint, qui interpretatione eorum omnibus præferrentur, 4. to. 1106. f. In condemnationẽ sui Pharao & Nabuchodonosor per somnia futura vident: & tamen deum non intelligunt reuelantem, 5. to. 308. d. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates: seu, in multitudine somniorum, & vanitates, verba plurima, Ecclesiast. 5.

Cùm diuersa videris per nocturnam quietem, & variis anima fuerit exagitata terroribus, siue incitata promissis: tu ea contemne quæ somnij sunt: & solum deum time. Qui enim somniis crediderit, vanitatibus se, & ineptiis tradit, 5. tom. 35. a. Frequenter somniamus quæ cogitauimus, 5. to. 34. f.

In templo Aesculapij somnia gentiles captabãt, 4. tom. 470. f. Idémque fiebat à Iudæis in sepulchris & delubris, ibidem. somniatores quos Hieremias 29. redarguit, mysticè sunt hi qui non audiunt illud scriptum, Ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis: de quibus Iudas apostolus loquitur. Similiter & hi somniantes, carnem quidem maculant: dominationem autem spernunt: quorum mens nequaquam vigilat: sed arrogantiæ, & soporis errore depressa, nocti horrore circundatur: quibus loquitur & Apostolus, Eleuare qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus, 4. to. 644. c.

Sõnus quid propriè sit, 7. to. 242. a. 244. f. Somnus operanti dulcis, 5. tom. 35. b. Somnum oculis dare quid sit, 8. to. 188. f. sõnus pro vita præsenti, 7. to. 194. f. & 195. a. mors sanctorũ, somnus dicitur, Lazarus amicus noster dormit: dixerat autem de morte eius Ioann. xj. Et, nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Epistol. 1. ad Thess. 4. cap. obdormiscere nos semper diabolus quærit, 5. tom. 414. f. somnus laboranti dulcis, dituiti grauis, 5. tom. 36. e. ex mœrore interdum illabitur, 5. tom. 807. b.

Sophar interpretatur, speculator, vel buccina, 8. tom. 9. a.

Sophocles poëta quo tempore vixit, 4. t. 1158. e. f.

Sophonias interpretatur, κεκρυμμένος κυρίου, hoc est, arcanus domini, 5. tom. 177. b. Sophoniæ prophetæ genealogia & eius nominis interpretatio, 5. tom. 463. c.

σώφρων, 6. tom. 447. b.

Sordes affectatæ & exquisitæ munditiæ non cõueniunt Christiano, 9. tom. 549. b.

σωρὸς, id est, tumulus, quis mons, 4. tom. 606. f.

σωρίτης, 5. tom. 213. c.

Sortium euentus incertus, 5. tom. 308. d. & dixerunt, vir ad collegam suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus, quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, & cecidit sors super Ionam, Ionæ 1. nouerant naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebant tempestatum, ventorúmque rationes: & vtique si solitos, & quos aliquando experti fuerant, fluctus vidissent consurgere: numquã sorte auctorem naufragij quærerent, & per rem incertam, certum cuperent euitare discrimen. Nec statim debemus sub hoc exemplo sortibus credere: vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare: vbi sorte in Apostoliatũ Mathias eligitur: cùm priuilegia singulorũ non possint legem facere communem. Sicut enim in condemnationẽ Balaam asina loquitur: & Pharao & Nabuchodonosor in iudicium sui, somniis futura cognoscunt: & tamen Deum non intelligunt reuelantem. Caiphas quoque prophetat ignorans, quòd expediret vnum perire pro cunctis. Ita & hic fugitiuus sorte deprehenditur: non viribus sortium, sed voluntate eius qui sortes regebat incertas, 5. tom. 308. d. singulæ tribus iuxta multitudinem suam, æqualia accipiunt terræ spatia: nequaquam arbitrio diuidentis, sed sorte, quæ in Domini potestate consistit, 4. to. 1090. f. pars & sors Domini Leuitæ, & sacerdotes dicebantur, 4. to. 407. b. sortium medio requiescere, quid, 8. to. 349. b. sortes à Domino temperantur, 8. to. 223. procedunt ex prædestinatione diuina, 8. t. 227. b. comprimunt contradictiones, ibid. earum consuetudo displicet, 9. tom. 234. c. d.

σωτὴρ, id est, saluator, 6. to. 149. c.

Soter in Alexandria annis regnauit triginta quinque, 4. to 1152. c.

Species, corpore temporis, aut languore consumitur, 4. to. 289. c.

Specula dei, 7. to. 216. f.

Speculatores cæci, 4. to. 408. f.

Speluncæ hæreticorum, 5. to. 149. b. Spelunca mysticè, 4. tom. 257. c. hæretici facti dicuntur spelunca: quia in erroribus versantur, & in tenebris, 4. to. 470. f.

Aduersum hos qui habitant in speluncis, & Habacuc lamentabili voce dicebat. Veh qui potum dat proximo suo subuersionis turbidæ, & inebriat eum, vt respiciat ad speluncas suas. De his speluncis & dominus loquebatur. Scriptum est, Domus patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum: in quibus animas interficitis deceptorum, vt non videatis in eis visiones, 4. t. 470. f. Ecclesia dei vertitur in speluncam latronum, quando furta, homicidia, adulteria, sacrilegia, periuria, hæreseos adinuentio, & omnia in ea scelera versantur: quando auaritiæ facibus principes inardescunt: & regum quondã opes, vile, aut certè non vile palliolum possidet, 4. tom. 540. c. Ecclesiæ dogmata libera sunt: die gratulantur, & lumine. Qui autem inebriantur, nocte inebriantur: & qui eos inebriant, non ducunt in atria domini, quæ nulla tectorum premuntur vmbra: sed in speluncas. Fecerunt enim domum patris, quæ fuerat domus orationis, speluncas latronum: pollicentes initiationes quasdam, & mysteria, & recondita, solúmque hæreticis notas sacramenta: de quibus loquitur & Esaias. Et manufacta omnia abscondẽt: inferentes in speluncas, & scissuras petrarum, & foramina terræ. Non ingrediamur ergo in speluncas hæreticorum, nec abscondamur ibi, vbi impius Saul stercora doctrinarum suarum egerere consueuit: sed magis ascendamus ad speluncam excelsam, montis Sina: vbi & Elias vidit dominum, & Moyses posteriora eius ante conspexit: & Esaias de domino clamitãs: Hic habitabit, ait, in spelunca excelsa, 5. to. 436. f.

Sperat ille in domino, conscientiam non habet peccatorum, 7. to. 251. b. sperauit nullus in Deũ & confusus est, 7. to, 104. f.

Spes quid sit, 9. to. 566. c. spes est de futuro, 7. to. 413. c. spes iusti non erit irrita, 4. to. 198. f.

spes non potest esse absque patientia, 8. tom. 427. a. spes non confunditur, 7. to. 177. b. spẽ qui habet in homine maledictus, 7. tom. 325. c.

spes præmij, solatium est laboris, 9. tom. 25. d.

spes dei quæ sit, 7. to. 177. a. spes in homine vana in deo vera, 5. to. 377. b.

Sphæram plumbi, 5. to. 546. e. sphæra ænea ad Mineruæ simulachrum Athenis posita, qua Athletarum robur & fortitudo comprobatur, 5. tom. 593. c.

Trinitas omnes materiales ſuperat ſubſtantias, quare nullum verbum poteſt eius ſignificare ſubſtantiam, 6. tom. 507.c. Trinitas eſt æqualis, 9. to.320.a. Trinitatis indiſſociabilis atque indiſcreta ſubſtantia, 6.to. 510. f. Trinitas eſt in perſonis ſubſiſtentibus , vnitas verò in natura atque ſubſtantia, 9.to.359.d. Trinitatis maieſtas manifeſtiſſimè ibi declaratur, 7. t.102.e. Trinitas intimata his verbis,deus Abraham,deus Iſaac, & deus Iacob, 6. to.183.c. Trinitas in anima noſtra per fidem veram habitare conſueuit, 4. tom. 683. a.

Trinitatis ſacramentum apud Aggeum prophetam, 5.to.510.c. Trinitatis myſterium in Chriſti baptiſmate demonſtratur, 6.tom. 8.d. Trinitatis myſterium, ſalus eſt credentium, 6.tom. 463. c.

Trinitatis myſterium per oliuam , ficum , & vineam ænigmaticè monſtratum, 5. tom. 461.c.

in Trinitate vna poteſtas,vna voluntas,vna maieſtas patris & filij & ſpiritus ſancti , 7. tom. 54. f.

Trinitas humanis ſenſibus inueſtigari non poteſt, 9.to. 164.a. Trinitas, vna in tribus perſonis deitatis natura, atque ſubſtantia , 5. to.318. d. & 6. tom. 56. f. Vbi expreſſè probetur, 6. to. 463.b.c.

Trinitatis fides, myſteriúmque , credentium ſalus, ibidem, Quódque ſequitur. Domiue abſque te alium non nouimus:nō excludit filium,ſed iungit patri. Neque enim dixit alium non nouimus, Sed extra te alium non nouimus.Cùm autem dicat filius, Ego in patre,& pater in me,extra patrem nō nouimus filium : quia in patre cognoſcimus eum. Denique & nomen illius nominamus, dicentes in oratione dominica, Pater noſter qui es in cælis, 4. to.208.f. Et hæc omnia fient, vt veritas mundo prædicetur:& ſciant, & credant, & intelligant: quorum mēs prius bruta erat , & inſenſibilis:quod præter vnum deum nullus alius deus ſit, nec ante, nec poſtea. Neque enim temporum conditor habet aliquando principium,cùm hoc ipſum aliquando ſit temporis.Et quomodo nūc locutus eſt. Ego teſtis, dicit dominus deus:& puer,quem elegi : dicente hoc ipſum domino in euangelio, Duorum hominū teſtimonium verum eſt. Ego ſum , qui teſtimonium perhibeo de me, & qui miſit me pater. Sic & de diuinitate illius ſentiēdum eſt:quod nullus ſit deus, niſi ipſe,qui loquitur,& puer eius, quē elegit. Pulchréque præter patrem alter nullus eſt deus : quia Chriſtus, dei virtus eſt, & dei ſapientia: qui loquitur in euangelio. Ego in parte,& pater in me eſt. Sicut enim vnus Chriſtus dominus nō aufert patri,ne dominus ſit : ſic vnus deus pater non aufert filio ne deus ſit. Qui in principio erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum:Hoc erat in principio apud deum. Quódque ſequitur. Et non eſt abſque me ſaluator, oſtendit in patre filium cuncta ſaluare : de quo idem propheta teſtatur. Et mittet eis dominus ſaluatorem, qui ſaluos eos faciet. Neque enim deus ſapiens, & fortis,ſine ſua poteſt eſſe ſapientia , atque virtute, 4. tom. 312. c. Ego dominus , & non eſt alter. Pater enim in filio, & filius in patre. Qui loquitur in euangelio : Ego, & pater vnum ſumus, 4. tom. 322. e. Denique ad Scribas dicitur, & Phariſæos. Vos eſtis , qui iuſtificatis voſmetipſos coram hominibus : Deus autem cognoſcit corda veſtra. In quo conſiderandum, quod non dixerit , Pater iuxta hereticorū blaſphemias,ne filiū videretur excludere,ſed deus:quod patri,filióq; cōmune eſt. In principio ǫnim erat verbū,& verbū erat apud deū, & deꝰ erat verbū:Hoc erat in principio apud deū,

De quo



De quo idem Ioannes ſcribit.Ipſe autem Ieſus non credebat ſe eis : quia ſciebat omnes , & non habebat neceſſe, vt aliquis teſtimonium daret ei de homine . Ipſe enim nouerat , quid eſſet in homine. Cui & illud congruit . Sciens autem Ieſus cogitationes eorum. Et in alio loco. Sciens autem Ieſus malitiam eorum, 4.to.in cap.66. Eſaiæ. ſimilam, & mel,& oleum comediſti , Ezech.16. ac ſub tribus nominibus, vt nonnulli putant , ſacramentum indicat Trinitatis.Non quo alia,atque alia ſubſtantia ſit:ſed quo diuerſis,ſimilæ,& mellis, & olei nominibus, patris,& filij, & ſpiritus ſancti vna dulcedo monſtretur , 4.tom. 821.a. oleum refertur ad patrem : ſimila ad filium:mel ad ſpiritum ſanctum, ibidem. aliud eſt enim ſimilitudo,aliud æqualitas. Vnde ſæuiſſima hæreſis eſt, quæ in Chriſto tantum patris ſimilitudinem confitetur, aufert naturam. Nos autem in filio non ſolum ſimilitudinem dicimus, ſed æqualitatem. Propterea enim eum perſequebantur Iudæi : quia non ſolum ſoluebat ſabbathum, ſed & æqualem ſe faciebat deo . Vbi autem æqualitas eſt,ibi eadem natura, vnáque ſubſtantia, 4.tom.928.d. quattuor autem numerus, euangelica ſacramenta demonſtrat, longitudine, & latitudine habēs vnum cubitum,& dimidium,id eſt, per quadrum : quæ ſimul iuncta tres cubitos faciunt, qui tres cubiti habēt in altitudine cūbitum vnum: vt myſteria Trinitatis vnius cubiti , hoc eſt diuinæ maieſtatis menſura conſeruet, dicente domino ad diſcipulos. Ite,baptizate omnes gentes,in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Nomen autem dei, quaſi vnius altitudinis cūbitus eſt:qui tres complectitur proprietates , & holocauſta oblationum noſtrarum ſemper aſſumit,4.tom.1025.a. ſtatímque prudens lector intelligit,trium numerum ad Trinitatis myſterium pertinere:quę porta eſt ingredientium ad deum : dum & pater in filio eſt , & filius in patre , & in vtroque ſpiritus ſanctus . Qui ternus numerus vna porta eſt eorum qui poſt baptiſmum Trinitatis perueniunt ad ſalutem,4.tom.1026.e.f.

non ſolum autem pauimentum ſtratum erat lapide,ſed & porticus erat iuncta porticui triplici.Vna porticus ab imbre, & æſtu protegens ſacerdotes , & iuncta porticui triplici , demonſtrat myſterium Trinitatis:quod cum patris,& filij, & ſpiritus ſancti diuidatur nominibus, tamen vna ſibi diuinitate coniungitur , 4.tom.1039.a. viſus eſt autem filius in regnātis habitu, & locutus eſt ſpiritus ſanctus propter conſortium maieſtatis , vnitatémque ſubſtantiæ. Quærat aliquis quomodo nūc prophēta dominum vidiſſe ſe dicat : & non abſolutè dominum, ſed dominum ſabaoth, vt in conſequentibus ipſe teſtatur: cùm euangeliſta Ioannes dixerit: Deum nemo vidit vnquam : & ad Moyſen loquatur deus. Non poteris faciem meam videre: neque enim videbit homo faciē meam, & viuet. Ad quod reſpondebimus, non ſolum patris diuinitatem: ſed ne filij quidem,& ſpiritus ſancti(quia vna in Trinitate natura eſt) poſſe oculos carnis aſpicere, ſed oculos mentis . De quibus ipſe ſaluator ait . Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt , 4.to. 51.a. notandum quod verba dei viuentis, domini exercituum, dei noſtri, Latini, & Græci codices non habeant : & Hebræi in ſuis voluminibus contra ſe legant: quod propriè myſterium ſignificat Trinitatis, 4.tom.620.e.f. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti , Matth.28. Baptizantur autem in nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti : vt quorum vna eſt diuinitas, vna ſit largitio: noménque Trinitatis, vnus deus eſt,6.tom.146.a. ſi igitur manus,& brachium dei filius eſt,& digitus eius ſpiritus ſanctus: patris , & filij , & ſpiritus ſancti vna ſubſtantia eſt. Non te ſcandalizet membrorum inæqualitas, cùm ædificet vnitas corporis, 6.to.47.c. quoniam autem eſtis filij dei,miſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra,clamantem,Abba pater,Gal.4. manifeſtè apoſtolus Paulus tres ſpiritus nominat: ſpiritū filij dei:vt in præſenti loco. Miſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra. Et ſpiritum dei , vt in illo. Quotquot ſpiritu dei aguntur , hi filij dei ſunt. Et ſpiritum ſanctum, vt ibi. Corpora veſtra templum ſancti ſpiritus ſunt, qui eſt in vobis. Alium autem ſpiritum ſanctum eſſe, quàm filium dei , manifeſtè & in euangelio comprobatur. Qui dixerit verbum contra filium hominis, dimittetur ei . Quicunque autem dixerit contra ſpiritum ſanctum: nec hic, nec in futuro dimittetur ei . Hoc ideo, quia multi per imperitiam ſcripturarum,quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum epiſtolarum libro facit: aſſerunt ſpiritum ſanctum ſæpe patrem , ſæpe filiū nominari.Et cùm perſpicuè in Trinitate credamus, tertiam perſonam auferentes, non ſubſtātiam eius volunt eſſe, ſed nomen. Ne autem longum faciam (non enim dialogus , ſed commentarius ſcribitur) de quinquageſimo pſalmo tres ſpiritꝰ nominatos, breuiter oſtendam: propheta dicente. Cor mundū crea in me deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me à facie tua : & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui : & ſpiritu principali confirma me. Principalem ſpiritum patrē appellat : quia filius ex patre,& non ex filio pater. Spiritum autem rectum,veritatis, atque iuſtitiæ, Chriſtum dominū ſignificat. Quia pater omne iudicium dedit filio, vt Dauid ait: Deus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis . Porro ſpiritum ſanctum aperto nomine vocat. Quæ quidem cùm vocabulis, perſoniſque diſſentiant, ſubſtantia naturáque ſociata ſunt: & indifferenter idem ſpiritus ob naturæ ſocietatem , nunc patris dicitur eſſe , nunc filij, 6.tom.310. f. & 311.a.

Triones gemini, 5. tom.247.c.

Τριακτιμόδες, 4.tom.385.a.

Triphon tyrannus,4 tom.1163.b.

Latè Ioſephus de eo libro antiquitatum decimotertio,capite octauo.

Triſtatæ quos nos principes principū interpretati ſumus. De quibus & in Exodo legimus . Electos aſcenſores , Triſtatas : pro quibus Latina ſimplicitas, ternos ſtratores tranſtulit. Triſtatæ autem nomen eſt apud Græcos, ſecundi gradus poſt regiā dignitatem : de quibus ſcriptum eſt. Veruntamen ad tres primos non peruenit. Qui principes peditum, equitúmque erant , & tributorum: quos nos magiſtratus vtriuſque militiæ , & præfectos annonarij tituli nominamus, 4.tom.888.f.

Quos Hebræi vocant שְׁלִשִׁים Lxx. τριστάτας verterunt.Hinc Exod. xv. vbi nos legimus, Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro : Lxx. verterunt : ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν ὁ ἐχυρὸς θαλάσσῃ.

Triſtega,hoc eſt,tres cœnaculorum ordines, ſeu tricamerata ædificia, 4.to.139.c.

σίγας,σίγη tectum:hinc δίστεγα, & τρίστεγα, id eſt bicamerata,& tricamerata ædificia, ſeu(vt ita dicam) bitecta,& tritecta, duarum ſcilicet, triúmve contignationū ſtructuræ. Geneſis ſexto, quod eſt in Hebræo, שְׁנִים וְשְׁלִשִׁים תַּחְתִּים, id eſt, inferiora cubicula,ſecunda,& tertia, quæ Septuaginta tranſtulerūt: κατώτερα διώροφα,καὶ τριώροφα: Hieronymus(vt eſt in vulgata)tráſtulit:Cœnacula,& triſtega facies in ea: vnico fermè verbo , trium contignationum cōprehendens ſtructuras.erat enim arca tribus contignationibus fabrefacta:quippe cùm haberet manſiunculas inferiores,medias , & ſuperiores quæ omnia Triſtegarum nomenclatura ſignificat . Sic in naui Stega, tabulatū vocatur: de qua Plautus in Bacchide,Fortè,vt aſſedi in ſtega.

Triſtia proſperis ſemper miſcet Chriſtus,6.tom. 49.b. triſtibus læta ſubiunguntur,4.to.669.c.

triſtitia duplex eſt, 8. tom. 532. f. per triſtitiam vultus melior fiet animus,5.tom. 41.b. per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquens , 5. tom. 42. d. triſtitia ſomnum generat, 6.tom.132.a.

triſtitia patris,filiorum gaudio conſolatur, 7.to. 251.b. triſtitia eſt,quæ ducit ad mortem: & eſt triſtitia,quæ ducit ad vitam,4.tom.297.a. & 460.b.

Tritemius abbas,8.to.7.a.

Triticum pro medulla & ſenſu ſacræ ſcripturæ, 4.tom.91.b. triticum,de quo panis cælestis efficitur, 4.tom.451.c.

Triticum notat Catholicam doctrinam : paleæ hereticam. quid paleis ad triticum,dicit dominus, Hier.23. quid ſibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum Eccleſię?de quo Ioannes Baptiſta plenius loquitur:quòd purget dominus aream ſuam ventilabro,& paleas ventorum flatibus diſpergendas, vrendáſque ignibus derelinquat:triticum autem cōdat in horrea: vt fiat cælestis panis , & loquatur vnuſquiſque credentium:Guſtate,& videte , quoniā ſuauis eſt dominus, 4.tom. 618.d. ſeminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt , Hier.12. meliora, inquit,expectauerunt, & venerunt peſſima : ſperabant proſpera,& aduerſa perpeſſi ſunt: acceperunt à domino rerum omnium abundantiam , quæ eis non proderit.Iuxta Septuaginta verò, omnes hæretici quaſi triticum ſeminant, & ſpinas metunt : expectanre domino vt facerent fructum , & non fecerunt iudicium,ſed clamorem.Dicitur autem hoc & Eccleſiaſticis,qui verba domini, & doctrinam eius mala conuerſatione diſperdunt. De quibus infertur, Cleri eorum non proderunt eis,4.to. 565.c.

triticum notat etiam myſticè ſacram Euchariſtiā, 4.tom. 451.c. ſi dedero triticum ſuum vltra inimicis tuis:& ſi biberint filij alieni vinum tuum, Eſaiæ,62. hoc eſt triticum, & hoc vinū , quod non comedent niſi laudantes dominum , & non bibent niſi in atriis ſanctis eius : de quo dominus in paſſione dicebat:Amen amen dico vobis: Non bibam de genimine vitis huius , donec illud bibam nouū in regno patris mei. Quæ ex parte complentur in Eccleſia,quando dicit dominus diſcipulis ſuis , Bibite amici mei,& inebriamini fratres: quod vinum lætificat cor hominis:& in plena luce , atque meridie bibitur à Ioſeph cum fratribus ſuis. Et complebitur plenius,quādo inebriabitur terra benedictionibus domini. Triticum quoque de quo panis cæleſtis efficitur, illud eſt, de quo loquitur dominus, caro mea verè eſt cibus. Rurſumque de vino. Et ſāguis meus verè eſt potus,4.tom.161. bibent,& inebriabuntur frumento , Oſee 14. ſec. 70. ſiue quia dominus noſter ipſe eſt frumentum,& vinea : quicumque crediderit in eo, inebriari dicitur , 5. tom.

triticum , quod plauſtris trituratur Eſaiæ 28.

notat populum Iudæorū, qui maloribus in die iudicij afficietur pœnis,quàm gentiles,qui non cognouerunt deum:qui gith , & cymino , quæ virga excutiūtur,cōparātur,4.t.229.a. triticū ſignificat etiā verbū dei,ſeu gratiæ ſpiritualis. Matribus ſuis dixerunt,vbi eſt triticum,& vinum?Thren.3. fruſtrà tunc auditores negligentes quærunt à doctoribus ſuis triticum, & vinum verbi gratiæ ſpiritualis:cùm in terrenis negotiis, & voluptatibus ſæculi ad effectum peruenerunt præſentis vitæ, & ſub ipſo magiſtrorum nutrimine, tempus indultum perdiderunt in praua conuerſatione , 4. tom.

cúmque manifeſta ſit littera , iuxta ſpiritualem ſenſum dicemus, non debere terram confeſſionis, & ſenſu cernentis deum,qui refertur ad eccleſiam, deferre Tyro primùm triticum,quod cadens in terram multiplicatur,& accipitur pro verbo dei.Non enim in pane ſolo viuit homo, ſed in omni ſermone dei,4.tom.419.b. multi accepere aurum,& argentum ſapientiæ & eloquentiæ,de quibus faceret candelabrum ſeptem lucernarum ex auro puriſſimo:& menſam propoſitionis auream, & propitiatorium, & Cherubim auri ſplendōre radiantia , & baſes columnarum argenteas,& triticum ſermonis dei,& vinum,gaudium ſpiritus ſancti : veſtimenta quoque & linteamina, quibus credentes veſtirētur in Chriſto , quæ vniuerſa verterunt in idololatriæ cultum, varia errorum dogmata componentes, & decepti alios deceperunt,5.tom.43.a. triticum in malam ſuſtinuit partem,cùm dicitur, ſuper triticū, & vinum ruminabant:receſſerunt à me, Oſee 7.

ſuper tritico & vino falſis myſteriis corporis , & ſanguinis Chriſti, qui dicit in nEuāgelio, Niſi ceciderit granum tritici in terram,& mortuum fuerit, ipſum ſolum manet . Et in alio loco : Ego ſum vitis vera. Et niſi biberitis ſanguinem meum. Super hoc ergo tritico & vino hęretici conciduntur,& diuerſa ſibi conſtruunt tabernacula: ſiue præciduntur ab eccleſiæ corpore,& legem dei meditari,& ruminare ſe ſimulant,5.to.128.f. dilexiſti mercedes ſuper omnes areas tritici,Oſee 9. iſti verò(hæretici)ſub nomine dei idola colūt, & fornicātur à deo ſuo: & plures ſibi areas,& torcularia infinita multiplicant, & comedūt triticum,de quo efficitur panis luctus: & bibunt vinū Sodomorū , quod cum aſpidū felle calcatur , 5. tom. ibid. triticum ponitur etiam pro rerum omnium abūdantia, Oſee 14. dum dicitur: Viuent tritico:& germinabunt quaſi vinea, 5. tom. 175.a.b. deuaſtatum eſt triticum : confuſum eſt vinum:elanguit oleum, Ioël 1. tunc confundētur agricolæ , cùm viderint in poſſeſſionibus ſuis non naſci triticum,quo aluntur homines: & hordeum , quo iumenta irrationabilia ſuſtentantur , & confuſam eſſe vineam,de qua ſcriptum eſt, Vinea frōdoſa Iſrael, fructus abundans in ea: expectante domino, vt faceret vuas,& fecit ſpinas, 5.tom.184.e.

τρύγητις, vindemia,5.tom.238.d.

Tuba quid propriè ſit, 5.to.113.c. tubarum duo genera , 7. tom. 292. f. tubarum multa genera,

9.tom.256.d. tuba ductilis quid mysticè, 7.tom. 292.f. tubæ ductiles tropologicè, quid, 6.tom.118. c.f. tuba spiritualiter quid significat, 5.to. 190.d.
tuba dei de tumulis excitabuntur mortui, 8. to. 37.a. tuba magna, id est, euangelicus sermo, 4.to. 220.d. cum tuba mittet angelos, 6. tom. 118. e.
tubæ clangentes in anno Iubilæi, 4.tom. 27.b.
per tubam nouissimam, nouissimus Christi aduētus intelligitur, 8.tom. 512.d. tubæ sacerdotales, 7.tom.223.a. quidquid in scripturis sanctis dicitur, tuba comminans est, & grandi voce aures credentium penetrās. Si iusti sumus, per tubam Christi ad beatitudinem prouocamur: si peccatores, audimus quæ simus tormenta passuri, 5.tom.228.e.
tubarum, buccinarúmque clangorem nō solùm in Leuitico, & Numerorum libro legimus, in quibus iubetur, vt duas argenteas tubas faciat Moyses quibus in kalendis, & in septimo mense, ptima die mensis, & in iubileo, & in cæteris festiuitatibus: & quando ad bella procedant, canant hi qui huic officio mancipati sunt: sed etiam muros Hiericho ad tubarum clangorem scriptum est corruisse. Et dominus angelum missurū se dicit esse cum clāgore tubæ: & Apostolus resurrectionem mortuorum ad tubæ sonitum fieri prædicat: Et in Apocalypsi quoque Ioannis legimus, septem angelos accepisse tubas singulas, quibus per ordinem canētibus, facta sunt, quæ scriptura describit. Præcipitur ergo nunc sacerdotibus, & magistris, vt exaltent quasi tuba vocem suam, & impleāt illud quod scriptum est, In montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion: exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuncias Hierusalem: vt canant tuba in Sion, id est, ecclesia, quæ interpretatur specula, atque sublimitas, 5.tom.189.c.190.d. clangetur in tuba magna, Esaiæ 27. tuba magna potest intelligi sermo euāgelicus: de quo & in hoc eodem propheta legimus, super montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion: exalta, sicut tuba, vocem tuam, qui euanzelizas Hierusalem, 4.tom.220.d. & constitui super vos speculatores: audite vocem tubæ, Hier.6. & cōstitui super vos speculatores: haud dubium quin Apostolorum indicetur chorus: iuxta Ezechielem. Fili hominis, speculatorem te dedi domui Israel: Et præcepi vt audiretis vocem tubæ, vel mandata euangelij, vel doctrinam apostolorum: iuxta illud Esaiæ, In montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion: Exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuncias Hierusalem, 4.to.537.a. canite tuba, præparentur omnes, Ezech.7. de tubarum clangore, & sonitu in multis locis legimus, vt ibi. Sicut tuba exalta vocem tuam. Et alibi. Clangite in Neomenia tuba, in insigni die solēnitatis vestræ. Et in Apostolo. Quoniā ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. Et in euangelio, Nolite tuba clangere ante vos. Et tubas ductiles, atque argenteas Numerorum narrat historia: quæ sermoni prophetico comparatur, & doctrinæ Apostolicæ: præcipitúrque nunc, vt omnes ad signum clangoris, & buccinæ præparentur ad bella, 4.tom.766.f.
Tunica summi sacerdotis allegoricè expositа, 7. tom.385.c. tunica lætitiæ, 4.tom. 151. c. tunicis duabus vestiri quid sit, 9.tom.569.c. tunica ecclesiæ desuper contexta est, & nulla ex parte consutilis: quę ne ab inimicis quidem scindi potest, 6.tom. 408.f. tunica dominica scindi omnino non potest, 823.a. tunica Christi ecclesiæ significat vnitatem, 7. tom. 72.d. tunica inconsutilis, Christi corpus, 4.tom.454.d.e. nunc scire volumus quare vestimēta tua sint velut musto tincta: Vt quid causæ extiterit, vt tunicam, quæ desuper texta est, & scindi non potest, & de vtero virginali tantum cādorem habuit, quantum nullus fullonum possit facere super terram, sanguine cruentares, ibid. tunica inconsutilis, sacra scriptura, quæ texta spiritu sancto nullam recipit scissionem: hæretici tamen dum scripturæ testimonia vni loco congruentia, alteri vbi non congruunt, aptant, illam scindunt, 4.tom.822.f.
Turbæ quæ præcedebāt, & quę sequebātur Christum ingredientem: Hierosolymam tropologicè quid, 6.tom.95.c. turba non est vnius sententiæ, sed diuersarum in singulis voluntatum, 6. tom.52. d.c. turba semper esurit, & cibis indiget, nisi saturetur à domino, 6. tom.70.d., turbæ, quæ impediunt panem manducare, peccata & vitia sunt, 6. tom.159.c. turbæ à domino per apostolos alimēta suscipiunt, 6.tom.63.a.
Turpitudo Iudaica quanta fuit, 4.to.19.b. turpitudo sola, malum est, 4.tom.90.f.
Turris in medio vineæ, quid significat, 4. tom. 38.f. turris in medio vineæ, est templum, 6. tom. 181.a. turres, ecclesiæ principes, 7.to.148.f. turris fortitudinis, deus pater factus est nobis, 7.tom. 178.e. turris custodum, 4.tom.105.b. turrim nostrūm quisque ædificare debet, 4.tom.22.d. turris quandiu torcular habebit, aper non ingredietur in vineam, 5.tom. 355. b. turris Babylonica quanta fuerit, 4.tom.103.c.
Turtur, est animal castitatis: non habitat in humilibus, sed semper facit sibi nidos in excelsis arboribus, 7.tom. 249. a. turturum natura, 8.tom. 338.f.
Tutores, id est, prophetæ, 6.tom.308.f.
Τυβὶ quis mensis apud Ægyptios, 4.tom.935.a.
Tychicus interpretatur, silens, non proiiciens margaritas ante porcos, nec dans sanctum canibus, & liberè ad deum loquens, 6.tom.411.a.
Tympanum quid sit, 9.tom.258.a. tympanum non habet carnem, sed pellem, 7.tom.426.c. tympanorum lætitia ac omnis dulcedo in planctum ac gemitum vertetur, 4. tom.197.a. tympanum ex corio extenditur: & quid sit mysticè, 7.tom.105.c.
Typhoca tela, 5.tom. 247.c.
Typhon, deus Ægyptiorum, 4.tom.119.a.
Typhon, terræ & Titani filius, Typhois aliter dictus, & Typhoëus, 4. tom.119.a.
Typhones aquila transtulit, vbi nos Esaiæ 13. dracones habemus: quod est Hebraicè אִיִּים, 4. tom.100.b. sic igniferi dæmones appellantur, vt Suidas testatur: ac etiam globi quidam flammantes ex nubibus erumpentes.
Tyrus, ciuitas in littore Phœnices, 4.tom.627.b.
Phœnices metropolis, 4.tom. 907.a. in terra Chanaan condita est, 4.tom.733.c. Tyrus & Sidon, vrbes idololatriæ, & vitiis deditæ, 6.tom.43.a.
Tyrus lingua Hebræa dicitur, Zor: quod interpretatur, tribulatio & angustia, 7.tom.245.c. Tyrus mari cingitur, 5.tom.140.c. Colonia Sidonis, 4.tom.132.c. interpretatur tribulatio, siue coangustans, 5.tom.215.c. & 6.tom.169.b. emporium totius orbis, 4.tom.132.e. Tyrus fulgens, opib⁹ excelsa, auróque, & gemmis, ferico, ac purpura nitēs, & regina in cūctis gentibus existimata, 4.to.133.a.
Tyri populus duplex, 4.to.134.e. Tyrus sabbatizauit sabbata sua per annos septuaginta: & sic in antiquum statum restituta est, 4.tom.938.f. Tyrū sex mensibus obsedit Alexander magnus, & cepit, 4. tom.913.c. Tyrus meretrix, 4.tom. 132.d. de Tyro quidquid dicitur ad hui⁹ mūdi angustias referri debet, 4.tom.912.f. Tyrus post septuaginta annos restituenda, 4.to.912.d.

V

VAcandum est ad agnitionem dei, 7. tom. 145.a.
Vacca rufa, cuius cinis expiatio populi, 4. tom. 45.c. Notat mysticè hominem, qui peccatorum iugum, & vincula Nabuchodonosor diaboli perpessus non est, ibid. vacca lasciuiens, de qua Osee 4. dicitur. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israël, notat hæreticos, qui ardētibus diaboli iaculis, sicut asylo vacca percussi, à lege & veritate declinant, 5.to.108.c. vacca asylo percussa insaniuit, 5.tom.108.e. vaccæ Basanitides quæ sint, & quid significent, 5.tom.235.c.& 236.d. vaccæ Basan, siue pingues, de quibus Amos 4. scribitur. Audite verbū hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confunditis pauperes: notant hæreticos, qui ventri, & gulæ seruientes rectè appellantur, vaccę pinguissimæ: siue vaccæ ignominiosæ. Hoc enim interpretatur Basan, id est, ἀισχύνη, 5.tom.235.b. vaccas deas coluerunt habitatores Samariæ, 5. tom. 146. f.
Vaccæ Samariæ quid tropologicè significant, 5. to.236.e.
Væ impænitentes manet, 6.to.243.c. Scriptæque erant in eo lamentationes, & carmen, & væ, Ezech.2. Scriptæque erant in eo (scilicet libro) tam intus, quàm foris, Lamentationes, & carmen, & væ. Lamentationes de his, qui ad pœnitentiam prouocantur. Sicut Samuël, & Apostolus Paulus plangebant, atque lugebant Saul, & Corinthios: quos saluare cupiebant: Carmē super his, qui dei digni sunt testimonio: & quibus psalmista præcipit: Cantate domino canticum nouum. Porro væ super illis, qui penitus desperantur? & cùm venerint in profundū peccatorum, contemnunt, 4.to.741.a. væ duplex, est væ carnis, & spiritus, præsentis sæculi, atque futuri, 5.tom.253.a. Quod habent ij qui ad dextrā, vel ad sinistram declinant, à via regia recedentes, ibid. væ pœnarum vltimum est, ibid. vę, qui desiderant diem domini, 4.tom.139.c. væ, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, 4.to. 46.f. 47.a. vę ei, qui multiplicat sibi auaritiam pessimā, 5.tom.433.a. væ illis, qui sua scelera receperunt, 4.tom.31.b. væ, qui despiciunt Sion, & qui confidunt in monte Samariæ, 4. tom.835.a.& 5. tom. 277.f. væ, qui habitatis funiculum maris, 5. tom. 477.b. væ, qui portabunt peccata sua, quasi funē longum, &c.5.tom.369.b. væ, qui multiplicat sibi, quæ non sunt sua, 5. tom.438.d. væ illi, qui tulit opprobrium, atque suscepit, 5.tom.497.b. væ, qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, 5.tom.438.d.
væ, qui dicit ligno, expergiscere, 5.tom. 442.f.
væ, qui potū dat proximo suo, id est, amentiam turbidam, 5.tom.435.b. væ vobis, qui ridetis, 4.to. 196.f. væ illis, quoniam recesserunt à me, 4. tom. 349.b. væ vobis diuitibus, 4.tom. 196.f. væ vobis, qui nunc saturati estis, 4.tom.196.f. væ super habitatores terræ, 4.tom.212.f. væ, qui ebrij estis absque vino, 4.tom.173.b. væ, qui congregat auaritiam malam domui suæ, 5.tom.438.d. vę ei, qui incredulus est, 4.tom.324.c. væ eis, qui contradicunt deo, 4.tom.325.a. væ eis, qui vos miseros faciunt, 4.tom.258.e. væ, qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, 4.tom.252.d.368.d. væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, 4.to.694.d.
væ, qui dicunt malo, bonus es: & bono, malus es, 4.tom.46.f. væ, qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, 5.tom.265.b. væ, qui cogitatis inutile 5.tom.336.f. væ genti peccatrici, filiis alienis, populo pleno peccatis, 7. tom.61.b. væ impio populo in malum, 4.tom.31.b. væ, vnum abiit: & væ, alterum veniet citò, 4.tom.771.b. væ nobis, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi, 4.tom.534.e.
væ, qui condunt leges iniquas, 4.tom.80. e.
væ his, qui peruersarum doctrinarum magistri sunt in Niniue, 5.tom. 414.e.f. væ, qui prophetāt de corde suo, 6. tom. in epistol. væ, qui scribunt iniquitatem, 4.tom.419.c. væ his, qui consuunt ceruicalia sub omni cubito manus, 4.tom.823.a.
væ pastoribus Israël: &c.4.tom.975. c. væ nobis, qui peccauimus, 4.tom.725.a. væ tibi ciuitas, cuius rex inuenis, 4. tom. 29.b. & 78.f. væ mihi, anima, 4.tom.577.c. væ mihi, quia factus sum, 4. 577.c. væ mihi, mater mea, 4.tom.577.c. vę mihi, nisi euangelizauero, 4.to.601.a. væ mihi, quia tacui, 4.tom.53.a.& 742.f. væ sempiternū, si non se correxit, habebit, 4.tom.694.d.
Valens hæreticus, doctissimus fuit, 5. tom. 144.d.
Valentinianus imperator, cùm aduersus Sarmatas, Quadósque propter Illyrij vastationem in cōsistorio æquus infremeret, & totius gentis excidium rigidus minaretur, erūpente sanguine, discrepuit, 9. tom.196.d. Valentinianus secundus imper. ostogenarius adhuc virgo, cùm audiret die fati sui triūphorū præconia recoli, quibus frequentissimus erat, ait: vna se tantùm gloriari victoria. Et requisitus, qua? respondit, quòd inimicorum nequissimum deuici, scilicet, carnem meam, 9. tom. 507.b.
Valentini hæresis, 5.to.462.c.& 52.f.& 397.a.& 9. tom.326.d. Valentinus hæresiarcha duōs introduxit deos, sicut Marcion, & Apelles, 6.tom.470.e.f.
vbi sunt Marcion, & Valentinus, & omnes hęretici, qui alterum mundi, id est, visibilium, & alterum asserūt inuisibilium conditorem? Hunc iustum esse dicentes, illū nescio quem semper ignotū, tantùm bonū: qui pater Christi fit, 6.tom. 388.d.
Vetus laniat testamentum, 6. tom. 334. f. Valentini delyramenta, & fabulę contemnendę sunt. Qui triginta αἰῶνας suos, ex eo quod in scripturis sęcula legantur, affinxit: dicens eos esse animalia: & per quadradas, & ogdoadas, decadas quoque, & duodecadas, tot edidisse numeros sęculorum, quot Æneia fœtus scropha generauit, 6.tom.273.a.
Valentinus sęculorum suorum parabolas, atque coniugia, ex hoc vel maximè loco confirmandas putat, nequaquam intelligens (vt suprà diximus) ad similitudinem dei patris, & in cęlo, & in terra, paternitates



ternitates non fieri, sed appellari, 6.tom.392.e.
Cum Valentinus triginta ęonas, & quadradas, & octadas, & duodecadas, & duplicem deum, & portentosum Abraxas in medium sermo protulerit: tunc prudentia Esau, stultitia demonstrabitur, & inuestigabuntur secreta eius, 5.tom. 293. c. vnum baptisma, & contra Valentinum facit, qui duo baptismata esse contendit: & contra omnes hæreticos, vt sciant non habere se baptismata: sed in vna Christi ecclesia fontem esse vitalem, 6.tom. 397.a.
omnis hæreticus, & falsum dogma defendens, impudenti vultu est. Denique Marcion & Valentinus melioris se dicunt naturæ esse, quàm conditor est. Et hoc posset aliqua ex parte ferri, si spem se huius rei habere contenderent, & non iam possidere naturam, 5. tom. 49.c. nullus potest hæresim struere, nisi qui ardentis ingenij est, & habet dona naturæ, quæ à deo artifice sunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Marcion: quos doctissimos legimus. Talis Bardasanes, cuius etiam philosophi admirantur ingenium, 5.tom.144.d. verè ab hæreticis exibit aduersus dominum inimica cogitatio. Añ non videtur esse aduersus deum, malitia, & præuaricatio, dicere, quod Valentinus, quasi abortiuum errantis sapientiæ, extremum editum creatorem? Nonne contra deum cogitatio est Basilidis impudica, & portentosum ἄβραξας nomen, quod præfertur domino conditori? 5.tom.392.e. vnusquisque fingit, quod voluerit, & adorat figmentum suum: vt Marcion bonum deum, & otiosum: vt Valentinus αἰῶνας triginta, & extremum Christum, quem appellat ἔκτρωμα, id est abortiuum. Vt Basilides, qui omnipotentem deum, portentoso nomine, appellat ἄβραξας, & eundem secundum Græcas litteras, & annui cursus numerum, dicit in Solis circulo cōtineri: quem ethnici sub eodem numero aliarum litterarum vocant μύθραν. Et Iberæ ineptiæ in Balsamo, Barbelóque mirātur. Nōne hæc insanię sunt, & multæ insaniæ, vnoquoque fingēte quod in animū eius inciderit? 5.to.229.c. Quis autē hæreticorum non requiescit in memoriis? non dormit in specubus magistrorum? Qualis fuit Marcion, & Valentinus, & nuper Eunomius, mentis immunditiam leprosa carne contestans. Qui lumen sancti spiritus relinquentes, & cœnaculum in quo Apostoli versabantur, in diaboli tenebris commorantur, & speluncas diligunt, quas Hieremias mystico sermone condemnat, 4.tom.471.a. iste igitur draco fluminibus quasi cornibus ventilabat plurimas nationes: quæ super Marcione, Valentino, Arrio, & Eunomio, cæterisque hæreseon principibus intelligere possumus. Qui imitantur ecclesiasticos viros, dicentes ad dominum saluatorem: In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & non ventilant ad salutem, vt de terra ad cælum leuent: sed vt in profundum abiiciant, 4. tom. 958. e. montes autem ad principes referamus hæreseō: qualis fuit Valentinus, & Marcion: colléque successores eorum, qui saturantur sanie draconis, 4.tom.959.b.
Valentinianorum qualis de Christo hæresis, 9. tom.in Apologia Pamphili pro Origene, pag.2.ante finem.
Valles, fundamenta terræ, 5.tom. 366.f. vallis pinguis, 4.tom, 221.c. vallis oliuarum quæ, 7.to. 278.e. in valle lachrymarum sumus, 7.to.249.b.
valles quondam plenæ cultu dæmonum, 4.tom. 407.a. valles spiritualiter expositæ, 5.tom.367.b.
valles quid significant tropologicè, 4.tom.758.f.
vallium nomine humiliati peccatis homines significantur, 8.tom.141.b. vallis filij Ennom, 4.to. 543. c. Vide suprà Gehenna. vallis Raphaim, est litteræ vilitas, in qua Iudæi legunt messis, quæ per Apostolos saluatæ sunt, reliquias & rarissimas spicas, 4.tom.165.a.b. & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim, Esaiæ 17. hanc vallem φάραγγα σπόρων, id est, vallem duram interpretati sunt Lxx. vt duritiam cordis Iudaici exprimerent, 69.c. vallis visionis, seu vallis Sion cui dominus comminatur, Esaiæ 22. est locus hæreticorum, qui de Sion ecclesia, & sublimitate sensus ad humilia deuoluti, & in modum brutorum ad terrena depressi sunt, 4.to. 182.f. & erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, Esa. 22. dogmata scilicet humilia hæreticorum erunt plena quadrigis, & curribus Pharaonis diaboli, 4.to.185.c. vallis pinguissima, in quam ebrij Ephraim deciderunt, quibus Væ Esaiæ 28. dicitur, notat vel humilitatem dogmatum hæreticorū, vel Iudam, & Iudæos, qui Christum tradiderunt & crucifixerunt, secundum illud, Impinguatus est dilectus, & recalcitrauit, &, Tauri pingues obsederūt me, 4.tom.221.c. vallis Gabaon, de qua scribitur, Esaiæ 28. quod dominus stabit in valle Gabaon & irascetur, notat peccata eorū qui cùm propter scelera in valle, id est, humili consistant loco, propter tumorem animi eriguntur in superbiam: Gabaon enim collis interpretatur, 4.to.228.f. omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, Esaiæ 40. vallis exaltatur, cùm virtutibus implemur: mons & collis humiliatur, cùm humilitate inclinamur, 4.tom.288.f. vallis Achor, quæ est in cubili, seu requie armentorum, Esaiæ 65. notat eorum statum, qui omissis tumultibus & perturbationibus, in quærenda veritate domini requiescunt, 4. tom. 474. e. vallis solida Hierusalem est, & mysticè ecclesia: cuius malis principibus deus comminatur, dum Hieremiæ 21. scribitur, Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait dominus: qui dicitis, quis percutiet nos? 4.tom.605.a.
vallis ruinarum, seu Phagarim, quam funiculus circuit, Hier. 31. est cùm quis semper timet ruinas, & ne de statu virtutum corruat, formidat, 4.tom. 664.d. vallis notat nouissimum in ecclesia. Hæc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, Ezech.6. videntur mihi tropologicè, montes esse, qui ad perfecta scientiam peruenerūt. Colles, qui paulo inferiores sunt. Rupes, qui nullam habentes scientiam, & tantum in conuersatione fidentes, aliqua sibi de scripturarum interpretatione præsumant: habentes iuxta Apostolum donum dei, sed non secundum scientiam. Valles autem appellari nouissimos in ecclesia: qui & vita, & scientia inferiores, tamen de consentu familiæ domini non recedunt. Qui omnes verbum dei iubentur audire: vt vnusquisque pro suo modulo, & sensu intelligat, quid dominus præcipiat, 4.tom.758.f. Vallis viatorū, notat humiles, & nouissimos in ecclesia, qui sæculum istud pertranseunt. Et erit in die illa dabo Gog locum nominatum, sepulcrū in Israël: Vallem viatorum ad Orientem maris, Ezech.39. Sepulcrum Gog non erit in mōtibus, sed in depressis vallibus, & in confragosis locis, quæ Hebraicè appellantur גֵּיא quæ hæretici cùm in occidente sint, orientis loca esse confingūt: vt decipiant viatores, eos videlicet, qui sæculū istud pertranseunt, & non sunt habitatores, sed peregrini: dicentes illud propheticū. Aduena sum ego, & peregrinus, sicut omnes patres mei, 4 tom.105.b. Vallis Iezrahel, de qua scriptū est Osee 1. Conteram arcum Israel in valle Iezrahel, vallis est, vbi inito certamine ab Assyriis cæsus est Israel, 4.to.in cap.1.Osee. Vallis Iosaphat, pro iudicio ponitur: omnisque qui iudicatur positus est in valle Iosaphat, 5. tom. 401.b. Valles populos, montes principes significant, Michææ 1. cùm dicitur. Consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, 5.tom.in cap. 1. Michææ. Valles ibidē significant etiam animas terreno corpori infertas, nec cū cæsti homine resurgentes: quæ aduenientе domino, & discutiente peccata, scindūtur, ac resoluūtur, 5.tom.329.a. Vallis inter duos montes, Sion scilicet, & Moria, vbi templū erat, notat mysticè Zachariæ 14. differentiam, quæ inter duo testamenta est, 5.tom. in cap. 14. Zachariæ. Valles, quæ implentur draconis sanguine Ezechielis 32.
notant inferiores quosque credentiū, in hæresim lapsos, 4.tom.959.b. Vel aduersarias potestates, quæ inferna penetrant, & æternis suppliciis mancipatæ sunt, ibidem. Valles significant etiam homines humilitate depressos, 4.tom.985.b. Valles & campi, ad comparationē Christi, vniuersa hominū dicitur vita, 5.to.351.c.
Vulua maris est terræ sinus, 8. tom. 122. f.
Vana sunt omnia, donec veniat quod perfectū est, 5.tom.8.d. Vana esse omnia quæ aliquo fine clauduntur, 9. tom.94.561.d. Vana gloria in quibus, & quomodo cōmittatur, latè describitur, 6.to. 346.f.
Vanitas quid sit, 8. tom. 426.e. vanitas sensus bifariam diuiditur, 6.tom.402.f. vanitas vanitatum, omnia vanitas, 5.tom.7.a.b. vanitati creaturæ subiecta est, 5.tom.8.d. vanitates qui custodiūt, suam misericordiam relinquūt, 5. tom. 317.a. vanitatis dies, 5.tom.58.f. Vanitas omnia dicuntur ab Ecclesiaste, eo quod transeant, miniméque permaneant, 5.tom.7.a. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, Psal.38. Si viuens homo vanitas est: ergo mortuus vanitas vanitatū, 5. tom. 7.a. væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, Esa.59. Vanitatis funiculi peccata sunt: vanitatis dicta, quod peccatū facientibus facilè texitur: & tam inutile & futile est, vt velut aranearum sit fila: Funiculi verò, quia cùm inde exire volumus, solidissimis vinculis tanquam funiculis nectimur, 4.tom. 45.b. confidunt in nihili, & loquūtur vanitates, Esaiæ 59. Verè Iudæi confidūt in nihili, & loquūtur vanitates, docentes fabulas, & mandata hominū auersantiū se à veritate: repudiato Christo, Antichristum expectantes, quem susceperi sunt, 4. tom. 426.f.
Varia sunt vitia, quibus languescit ciuitas mūdi, 6.tom.155.a.
Varro, cunctarū antiquitatum perscrutator diligentissimus, 6.tom.297.a.
Vasa domini quæ sint, 4. tom.371.b. vasa iræ apta in interitum, 5.tom. 89.a. vasa iniquitatis à diabolo conflata, 4.tom.389.c. vasa mortis non habet Christus, sed vasa vitæ, 7.to.30.d. vasa diaboli, 7.to.63.c.
Vasa Hierusalem quòd in templo Bel à Chaldæis posita, idolisque sacrata fuerint, deus reprehendit, 5.to.202.e.f. vnde postea Balthasar potat in phialis, & statim regnū eius in Medos & Persas transfertur, ibidem. immundū vas, seu inutile, matula est: quo ad suscipienda & proiicienda stercora vti solemus, 5.tom.132.f. notat vas immundum mysticè idololatras, & hæreticos, qui miscentur gentibus, dum dei non custodiūt veritatem: & facti vas in honorē, conuersi sunt in vasa contumelię. Quid enim immūdius dæmonico spiritu, & hæreticorū dogmatibus, quæ eos ethnicis miscuerunt? Talis erat Iechonias idolis mancipatus, de quo per Hieremiam loquitur deus: inhonoratus est Iechonias, sicut vas cuius nulla est vtilitas. E contrario Paulus, qui dicere poterat: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? appellatur vas electionis, aureum & argenteū: quia habebat sapiētiam & eloquium, quo Christi euangeliū prędicabat, 5. to. 132.f. vasa iniquitatis sunt hæretici, quorum voces contra ecclesiam surgūt: de quibus scribitur Esaiæ 54. Omne vas quod fictū est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi, in iudicio iudicabis: seu secundū Lxx. omnis vox surgęt contra te in iudicio, 4.to.389.b.c. vasa domini sunt Apostoli, & omnes sancti, qui sunt vasa domⁱ magnæ ecclesię, aurea & argentea, 4.tom. 371.b.c.
vel vasa domini sunt armatura dei spiritualis, lorica iustitiæ, clypeus fidei, galea salutis, & gladius spiritus, quod est verbum dei, ibid.
Vbera quid indicent, 8. tom. 302. d. vberibus verbum dei adstrictū, 8.tom. homilia 2. in cantic. cantic. sub finem. duo sponsæ vbera, duo ecclesiæ testamenta, quibus fideles rationabili alūtur lacte, 4.tom.489.c. gaudete cum eo gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, vt fugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius, Esaiæ 66. Gaudete, inquit, cum ea gaudio vniuersi qui lugetis eam. Quales supra Petrū & Paulū Apostolos docuimus, & omnes qui expectabant redemptionem Israel: vt fugant, & repleātur vberibus consolationis eius. Neque enim poterat fieri, vt quæ genuit masculū, & erat puerpera, careret lactis abūdantia in educationem eius gentis & paruulorū qui simul nati fuerāt: vt præberet eis duo vbera, nequaquam, vt prius, in Ægypto fracta & iacentia, sed integra, & virginali decore stantia, veteris ac noui instrumenti ad præbendū rationale lac. De quibus sponsus ad eam loquitur, bona vbera tua super vinū. Isti erant de quibus specialiter dicebatur, Beati lugentes, quoniam ipsi consolabūtur. Et hoc notandū, quòd qui paruuli sunt, consolationis indigent lacte, & adhuc in mortali versantur loco. Qui verò post lac consolationis ad solidū profecerint cibū, deliciis affluent veritatis, & scientia omnimodæ gloriæ, 4.to.489.c.
ablactati à lacte, auulsi ab vberibus (quod scribitur Esaiæ 28.) sunt perfecti homines: qui nequaquam lacte nutriuntur infantiæ, sed solido vescuntur cibo, 4.tom.91.a.b. aut apostoli, 4.tom.224.f.
vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, Ezech. 16. Honestè adolescentularum maturitas indicatur, quando intumescunt vbera, siue eriguntur, & germinat pilus, 4. tomo. da eis vuluam sine filiis, & vbera arentia, Osee 9. Imprecatio est contra Ephraim, id est, hæreticos, qui in

populorũ quos eduxerunt ab ecclesia, multitudine gloriantur,5.to.141.b.

Vbertas securitatem:securitas negligentiam:negligentia contemptum parit,4.to.669.b.

Vecterius apud Anglos Episcopus, 8. tom. 6.b.

Vectes,id est firmi homines.Propterea vectes,id est,qui firmi fuerant in Moab,& errorem suum intellexerint,vlulabunt:& spem habere profectus incipient, cùm anima eorum vlulauerit sibi, 4. tom. 157.c. Vectis, qui & Leuiathan,seu serpẽs tortuosus Esaiæ 27. diabolus est: vectis autem, seu concludens, vt interpretatus est Symmachus dicitur, quòd multos suo carcere concluserit, & propriæ subiecerit potestati: nihilque in se rectum habeat, & iccirco tortuosus dicatur, 4.tom.214.e. vectes ferreos confringit ecclesiasticus vir,cùm hæreticorum principes conuincit,ac prostrat,4.tom.322.e.f.

vectes significant etiam doctores,& defensores: de quibus Threnorum 2.scribitur. Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, 4.to.in cap.2.Thren. Vectes notãt munimẽta,& defensiones:quas non putant esse in ecclesia hæretici dum in eam irruunt, 4.tom.in cap.38.Ezech.

Omnes habitant sine muro: vectes & portæ non sunt eis,Ezech.38. vectes Damasci Syrorum fortitudinem,robúrque significant:dum Amos 1. scribitur. Conteram vectem Damasci, ibid. Vectes terræ, notant profunda terrarum , quibus quasi vectibus, & columnis dei voluntate globus terræ sustentatur,5.to. 315.a. Ad extrema montiũ descẽdi: terræ vectes concluserunt me in eternum, Ionæ 2.

Iidem infernum notant,seu Abrahæ sinum,dum pro Iona Christum interpretamur, 5.tom.315.a.

Portæ Niniue sunt sensus corporei : portæ Hierusalem sunt sensus diuini:vectes earũ, sunt hi, qui principes putantur in populis,5.to.409.b.c.

Vectigales ecclesiæ fiunt ij, qui à diabolo quondam decepti,ad eam veniunt, 4.to.in cap.31. Esaiæ.

Iuuenes eius vectigales erunt, Esa.31. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: Cui vectigal,vectigal, Rom.13. Nósque infelices,qui Christi censemur nomine , & nihil dignum tanta facimus maiestate.Ille pro nobis,& crucẽ sustinuit, & tributa reddidit : Nos pro illius honore tributa non reddimus,& quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus, 6.to.79.c.

Velamen signum est potestatis,8.to.49.a.

Velum ante arcam testamenti quid significat, 4. tom.52.d. Velum templi scissum in Christi morte,siue superliminare,4.tom.in cap. 28. Ezechielis.

Postquam autem ille pependit in cruce,& locutus est ad latronem:hodie mecum eris in paradiso: statim velum templi scissum est,& aperta sunt omnia, ablatóque velamine dicimus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam,4.tom.1054.f.1055.a. Hæc igitur audiẽtes quid possumus respõdere nisi illud propheticũ: Quis sapiens,& intelliget ista:intelligẽs,& cognoscet ea?Vnde & nobis dicendũ est cum Dauid: Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. Vt introducat nos rex in cubiculum suũ,& velamen, quod ante oculos Moysi positum fuit in lectione veteris testamẽti,tollat à nobis.Statim enim vt locutus est dominus: Pater in manus tuas commendo spiritũ meum,& hæc dicens expirauit: Velum templi scissum est,& omnia Iudæorum secreta patuerunt,5.tom.79.c. Moyses cum deo reuelata & aperta facie loquebatur,id est, absque velamine.Ad populũ aute.n loquens,quia vultũ eius attẽdere non valebãt, velamen ponebat in facie . Ante arcam quoq; testamenti velũ oppansum erat: quod cũ fuisset reductũ,ea quæ ante absconditа fuerant, prodebantur:&(vt ipso verbo vtar)reuelabantur,6. to.277.a.

Venator nullus sanctus inuenitur fuisse,7. tom. 272.d. Venator nunquam in bonam legitur partem,5.tom.363.b. Nemrod venator, & superbiens Gigas fuit,ibid. Ismahel & Esau venatores fuerũt, & præcesserunt in typo populi Iudaici: quorum alter filius Ægyptiæ est, ambulans iuxta carnem , & iuxta carnem viuens : Alter primitiua propter lenticulam perdidit, & benedictionibus fratris inuidens,fugat eum in Mesopotamiam,5. tom.363.b.

Sunt venatores mali,sunt etiam & boni, 4. tom. 933.c. Sidonij interpretantur venatores : de quibus & in psalmis scriptum est. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ . Et in Prouerbiis,oculus meretricis laqueus est peccatoris. Sunt autem & in bonam partem his cõtrarij venatores: de quibus scribit & Hieremias . Ecce ego mittam piscatores,& venatores, qui venentur vos de omni colle,& monte:quos & dominus mittit ad piscandum,& facit eos de piscatoribus piscium, piscatores hominum.Vnde & viculus Petri & Andreę hoc appellatur vocabulo.Bethsaida enim in lingua nostra, interpretatur, domus venatorũ. Aduersus hos igitur pessimos venatores,dei sermo dirigitur: & imperatur prophetæ, vt ponat , siue obfirmet faciem suam contra Sidonem:& nequaquam fluctuet omni vento doctrinæ,sed in veritate consistens, interficiat venatores,4.tom.363.b. qui Sidonij,siue venatores,deducẽtur ad inferos pauentes,in sua quõdam confisi fortitudine, & dormient immundi , & portabunt confusionem,siue tormentum,habentes malæ conscientiæ pænitudinem sempiternam,4.to. 966.f.

Veneficia inter opera carnis numerantur,6.tom. 341.a.

Venenata animalia non nocebũt iis,qui habitant in ecclesia,4.to.81.b.

Venenũ mors est homini,sed tamen vita serpenti,4.to.706.f.

Venter quid allegoricè, 8. tom.55. a.b. venter tripliciter intelligitur,7.tom.53.b. in ventris vmbilico est omnis diaboli virtus contra castitatem , 6.tom. 455.c. venter quæ & qualis humani corporis pars,8.tom.38.f. venter sponsæ quasi tabula eburnea super lapidem sapphirũ, 4.to.737.b.

venter,voracium deus,6.tom.415.c. vbi venter ibi & oculi,7.tom.406.f. venter plenus & æstuãs obruit animum,9.tom.539.a. venter dei quid indicet,9.tom.153.b. venter meus conturbatus est, Thren.1. lucerna domini spiraculũ hominis: quæ inuestigat omnia secreta ventris, Prou. 20. lux enim gratiæ, quæ desuper venit , spiraculum hominis præstat ad vitam, quę videlicet lux omnia secreta vẽtris inuestigare dicitur: quia occulta mẽtis penetrat:vt ea,quæ de ipsa latebãt animã, ante eius flendo oculos reducat.Hinc ipse Hieremias in anterioribus ait.Ventrem meũ doleo: qui vt ventrem suũ,quid dixisset,ostẽderet, adiunxit, Sensus cordis mei turbati sunt. Vteri itaque nomine, mens rectè accipitur:quia sicut proles in vtero cõcipitur,sic eo gitatio in mẽte generatur:& sicut in ventre cibi,ita continentur in mente cogitationes , 4.tom. 677.a.

